FABRUS

UNIVERSALIS
SAPIENTIA

1654



J/3.

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

FABRE, P.J.

65299/A

VNIVERSALIS SAPIENTIÆ.

SEV

PANCHYMICI

TOMVS VLTIMVS.

IN QVO NATVRA HVMANA demonſtratur, anima illius inquiritur, & qualis ſit oſtenditur; ſpiritus eius declaratur, corporis autem humani elementa oſtenduntur, & eius morbi omnes curandi vitaque illius proroganda proponuntur, horumque agendorum arcana manifeſta fiunt.

Opus omnibus gratum & perutile, Phyſicis potiſſimùm & Medicis.

Authore PETRO IOANNE FABRO Caſtri-nouidarrenſi, Doctore Medico Monſpelienſi, & nunc in Gallijs Conſiliario ac Medico Regio.



TOLOSÆ,
Apud RAYMVNDVM BOSC.

M. DC. LIV.

ILLVSTRISSIMO VIRO
DOM. DOM.
FRANCISCO VAVLTIER
olim Reginæ Mariæ Mediceæ, archiatro, nunc Regi Ludouico XIV. à Sanctioribus Conſilijs & Archiatrorum in Gallia Comiti.

PETRVS IOANNES FABER
Conſiliarius ac Medicus Regius.

S. P. D.

VIR Illuſtriſsime, hoc opus VNIVERSALIS SAPIENTIA *nuncupatũ, à multis iamdiu exoptatum tibi vt darem, donarem ac*

dedicarem, non ſolùm mihi perſuaſit tua inclyta virtus, ſapientia & eximia doctrina, ſed & me coëgit, vt ita dicam, ſæculi huius liuoris & inuidiæ pleni neceſsitas, tuaque cum dignitate coniuncta virtus & ſingularis & perfecta quam habes vtriuſque Medicinæ Hermeticæ, & Galenicæ cognitio & ſcientia, quarum ope cùm deſperatos morbos, minimèque vulgo medicorum curabiles, ab omni nobilium ciuium procerumque genere, depuliſti, Tum vero Regem Regiſque fratrem ſub idem fere tempus, neſcio quo fato periculoſiſsimè ægrotantes vniuerſæ Galliæ ſeruaſti, illum quidem variolis in extremum vitæ diſcrimen adductum recta prudentique remediorum cōmunis Medicinæ adminiſtratione: hunc verò fluxu colliquatiuo macie enectum, &

animam agentem, mirabili tibique peculiari arcano è profundioribus, quos apertos habes, Chymiæ theſauris deprompto, in priſtinam valetudinem reſtituiſti. Quòd ſi apud Romanos olim ob ciuem ſeruatum ciuica corona donabatur, qui ſeruauerat in bello miles: quo te honore & præmio, ob ſeruatos tantos principes & in ipſis omnes Regni incolas, dignum eſſe exiſtimabimus? Eſt hoc quidem eximium, tum in vniuerſos Gallos promeritum, verùm peculiari quodam nomine obſtrictos habes ſingulos Medicinæ cultores, quorum artem ſic illuſtras vt eam cœleſtem ac prope diuinam, & admirabilium operum effectricem reddas. Inter hos verò, tibi ſe debere plurimum fatētur Chymiæ ſtudioſi, quod eam, quàm vtilem, tam obſcuram antea ac deſpectam in

Regiam benignus exceperis, & proceribus ac purpuratis commendaueris, & vt in horti Regij ædibus Regijs auſpicijs, quod antea non factum fuerit, publicè doceatur curaueris, hæc me cauſa præter cæteras, VIR ILLVSTRISSIME, *impulit vt hoc tibi opus offerrem, non modo, vt iudicio probares tuo, ſed vt & authoritate velut tuum contra obtrectatores & inuidos defenderes, quorum alterum erit humanitatis tuæ erga literatos, de quibus bene mereri nullam occaſionem prætermittis, alterum erit æquitatis. Vale ex muſæo noſtro: Caſtrinouidarrij ſexto Kalendas Nouembris anno* 1648.

LECTORIBVS TOTIVS HVIVS OPERIS ARGVMENTVM.

CVM ab omnibus abhorreatur inſcitia & ignorantia, & veram ſcientiam ac veritatem ipſam proſequantur omnes, veram rerum omnium ſcientiam & veritatem ipſam patefacere hoc in opere conatus ſum veris & clariſſimis argumentis & experientijs, authoritates nullas in medium adducendo, quòd doctrinam antiquorum authorum non ſcientiam veram & puram rerum veritatem inueniam, ſed puras rerum ipſarum tenebras, in quibus quidem veritas nulla & ſcientia latet, nec manifeſtata relucet. Quocirca has antiquitatis tenebras diſcutere ſum auſus igne quidem chy-

mico, & face Spagyrica, eſt enim hæc via & methodus ſecura & tuta admodum vt veritas ipſa tenebris corporum obuoluta, denudata ab ipſis clariſſimè omnibus illuceſcat. Animam perinde humanam ſpiritum & corpus tractatibus peculiaribus dilucidanda proponimus, vt homo potiſſimùm totius naturæ finis & cardo hinc clariſſimè cognoſcatur notis, & dilucidatis præcipuis eius partibus. Hiſce omnibus tractatibus anteponimus tractatum ſapientiæ vniuerſalis, quam Alchymiam dicunt nonnulli, vt ex eius operibus & miniſterijs natura vniuerſalis animalium, vegetantium, & mineralium innoteſcat, & quod in intimis cuiuſcunque naturæ thalamis occluſum latet huiuſce ſapientiæ miniſterio in lucem abeat manifeſtam, hinc virtus & energia rerum fit clara & potens: ſic medicamenta in morbos exſurgunt potentiſſima & efficaciſſima, ſic morbi curabiles omnes fiunt, ſic cauſæ morborum notæ etiam clariſſimè manifeſtantur, quòd excrementa naturæ illi inimica & peregrina & proinde illi nocumentum inferentia & morbum, etiam clara & aperta fiant, ſic ſcientia antiquorum obſcurata manifeſtatur & tenebris obuoluta in lucem redit nuda, aut ſaltem puris ipſius lucis veſtibus induta coram hominibus veritatem amantibus viſibiliter procedet: ſic decorè & venuſtè pro-

cedens, pauperum tabernas Regumque turres & palatia intrare non erubeſcet, ſi qui nouum & inauditum opus hoc inueniant, Quid perinde erit, modò verum reperiatur, veritatem enim tantùm ſequor non faſtum, non querelas, non vanitatem, ſed proximi mei vtilitatem & commodum. Vidi morbos fere omnes incurabiles, & ſi aliqui eſſent curabiles id naturæ debebatur, & non artis medicæ miniſterio, operæ & auxilio, expectanda enim eſt in cura morborum omnium criſis, ſi criſis ſit expectanda, ergo totum curationis opus naturæ eſt committendum non Medico & arti, quia criſis eſt ſolius naturæ non Medici, nec artis. Medici autem eſt curare morbos ante criſim & ſine criſi, alioquin nihil agit, & ſi agat & non curet, naturæ eſt nocumento, & plus nocet quam iuuat.

Hæc cõtemplando, & iuſta animi mei lance trutinando medicamenta inuenire ſum auſus, & conatus meus non fuit fruſtraneus, quibus curari poſſunt morbi nõ expectata criſi. Quocirca huic operi, quod Vniuerſalis Sapientiæ titulum præ ſe fert, tractatum de arcanis chymicis inſerere iuſtum iudicauimus, vt diſcant Medicinæ candidati in intimis naturæ thalamis latitare arcana multa, quorum ope & auxilio indigemus, vt nos à morbis defendere valeamus nulla expectata criſi.

Et ſi authorum antiquorum omnium non ſequor opinionem & ſententiam hac in parte, nullo pacto iuſtum eſt, vt quod ipſi neſciuerunt ſequar. Galenus & Hippocrates & multi alij Græcorum & Arabum hæc arcana chymica & quicquid chymicæ eſt artis & ſcientiæ penitus ignorarunt, qua ratione ergo fieri poſſet vt in arcanis chymicis tradendis Galeno & Hippocrati occultis, Galeni & Hippocratis ſequar authoritates? imo ex chymiæ operationibus, quæ naturam rerum omnium occultam & latentem manifeſtant ipſâmet experientiâ, Galenica principia in elementis & corporum omnium mixtorum compoſitionibus falſa experimur. Quid inde iniuriæ eſt ſi talia vt experiuntur prædicamus? Ego inde laudem potiùs quam vituperium conſequi deberem, cum veritatem tamdiu occultatam & tenebris antiquis ſepultam tandem in lucem manifeſtem & omnibus deguſtandam præbeam: hoc chymico lumine tanquam ſole claro, non ſolùm Medicinæ latebras omnes & occulta illuſtrare ardet animus, ſed & totius Philoſophiæ & Aſtrologiæ obſcura latibula in ampliſſimos & clariſſimos redigere campos exoptat, nullam enim ſcientiam naturalem & Phyſicam inuenio quin in eâ quamplurima falſa reperiantur, & obſcuritatis & falſitatis ſimul obſcuris tenebris tanquam denſis

velamentis obtegantur. Theologia ſola veris & certiſſimis fundamentis innititur, naturalis etiam ſcientiæ leges & normas non ſequitur, ſed tota à Deo eſt, & Spiritus ſancti lumine verè & certè perluſtratur, confirmatur, & conſeruatur, ne vllis falſitatis maculis inficiatur. In toto hoc opere ſola natùralia proſequor quæ Medicinam & Philoſophiam ſpectant, eaque chymico lumine, quo majori poſſum, illuſtrata & manifeſtata patefacio. Ne me quæſo arguant temeritatis & inſolentiæ lectores beneuoli, quòd antiquos authores Philoſophiæ & Medicinæ proceres erroris arguam, cùm enim errent, dum errant corrigendi ſunt & arguendi, aut maioris erroris & peioris ſum ipſe arguendus, ſi errores dum video, non corrigam, aut taceam: non poſſum ſimulare nec tacere hos antiquorum errores cum fundamentales ſint, & totam eorum doctrinam ſtabiliant & confirment: his detectis & declaratis erroribus, deſtruitur eorum doctrina nec manet doctrina, quæ falſo & erroneo fundamento innititur. Suſpicati ſunt hoc authores antiqui, dum decreuerunt non eſſe diſputandum contra eorum principia, cum diſquiſitionibus & diſputationibus veritas diſquiratur, imo iam ſtabiliendum & decernendum eſt, in principia ipſa potiſſimum eſſe diſputandum: nam ſi principia diſqui-

ſitionibus & diſputationibus veriſſima reperientur, reperietur & doctrina his principijs innixa veriſſima & certiſſima. Principia rerum omnium quæ à chymicis reperta ſunt experientia ipſa, certiſſima ſunt, & quo magis de his diſputatur & diſquiritur, eo magis eorum certitudo & veritas confirmatur, vnde etiam ſcientia & doctrina rerum omnium quæ ex chymica arte colligitur, certiſſima & veriſſima indies cenſetur, & confirmatur. Quocirca lectores admoneo præſertim chymicos, vt principia mea quibus hoc opus innititur arte chymica explorent, & vera & certiſſima in reſolutione corporum omnium experientur, ſic fautores chymicos omnes meæ ſententiæ habere ſpero, & nullo pacto dubito quin me tueantur ac defendant: hoc me victoriam certiſſimam reportare certiſſima ſpe ſum fretus in huiuſce operis inuidos omnes. Sic medicina & Philoſophia integra clariſſimè illuceſcet chymicis ignibus, & facibus, Deus faueat omini, &, Tu lector interim dilige & me ama, vt in inſurgentes Zoilos meos pugnare queas, inſurgent enim ſuperciliosi quamplurimi in hoc opus & iuſta quaſi cum ratione: quod Philoſophiæ & Medicinæ principia radicitus euertere tentem, quod Philoſophiæ & Medicinæ proceres, & authores perilluſtres quos tota fere adorauit antiquitas, inſcitiæ maculis inficere

videar, quod vniuerſitates totius orbis ijſdem inſcitiæ tenebris, hos authores ſequendo ac mordicus defendēdo, obuolui etiam videantur.

Temerarium certè opus & inſolens, vt multis videbitur ex ipſa fronte, at legant & perlegant, antequam de eo iudicent, & ſi rationes & experientias vt veritatis ſoboles non probent, inſurgant & quicquid velint in me conijciant extra liuorem. Ego adhuc ipſis rationes & experientias vrgentiores afferam, vt veritatem & lumen ipſum toto hoc opere diffuſum tot ſæculis ſepultum & tenebris obſcuratum, face adhuc clariori & radianti illuſtrare promitto, vt probem & confirmen ea quæ in toto hoc opere noua, & inaudita illis videntur. Parcant interim mihi manes antiquorum illuſtrium virorum, non proinde me illis doctiorem & genio acutiorem exiſtimo, ſed multo inferiorem: hęc tamen vt ſunt in lucem proferre audeo vt videam & experiar an & alij reperientur hæc noua probaturi. Nam ſi à multis probentur veriſſima ſuſpicabuntur, falſa ſiquidem à nemine probari poſſunt. Vale.

VNIVERSALIS SAPIENTIÆ

LIBER PRIMVS.

Quid ſit ſapientia & quare dicatur Alchymia, & quibus alijs nominibus inſigniatur.

CAPVT PRIMVM.

SAPIENTIAM expetunt & peroptant omnes, pauci verò ipſam inquirunt, cùm naturæ non ſolùm vniuerſalis ſed & particularis cuiuſque notitiam in ſe contineat & coërceat. Hanc notitiam & ſcientiam antiquorum multi Alchymiam dixerunt, ſed malè: cum Alchymia tantùm metalla reſpiciat, & adhuc reperiuntur multi chymicorum, qui Alchymiam aſſumant pro ſola & vnica tranſmutatione metallorum, eamque definiant artem quâ metalla inter ſe mutantur: hoc eſt metalla imperfecta &

Quare ſapientiam expetant omnes.

impura, in pura & perfecta vt eſt argentum & aurum. At pace eorum dixerim hæc definitio non comprehendit totam proprietatem & energiam huius vniuerſalis ſapientiæ, ſed particularem, & adhuc valde ſtrictam. Nam ſapientia vniuerſalis eſt vera, quæ totam naturam à Deo creatam cognoſcere docet, & ab ipſa natura nota, ad Deum aſcendit, non ſolum metalla impura & imperfecta in perfecta & puriſſima metalla tranſmutat, ſed omnes res quæ imperfectę & impuræ in rerum ſerie reperiuntur caloris viuifici defectu, adaucto eodem calore viuifico & humido radicali, in perfectas res, & puras & omni puritate abſolutas tranſmutare docet.

Sapientia quid agat.

Vnde generaliter poteſt definiri hæc ſapientia, vniuerſalis notitia cuiuſcunque naturæ, ex quibus componatur & in quæ tandem reſoluatur hæc natura, ſiue ſit vniuerſalis ſiue particularis, vt ex reſolutione & compoſitione rerum ſingularum, purum & impurum cuiuſcunque naturæ cognoſcatur vt hinc perfectionis & imperfectionis ſeminia verè nota habeamus: quibus notis facilis datur aditus ad res imperfectas perficiendas, non ſolùm metalla, ſed & res alias omnes: & ſic hæc ſapientia non ſolùm Alchymiam comprehendit, ſed & medicinam omnem in ſeipſa coërcet & continet, morbos enim

Sapientia quid ſit

enim curare, & ſanitatem perfectam & abſolutam dare, eſt verè res imperfectas perfectas facere.

Hæc eſt vera & generalis Sapientiæ vniuerſalis definitio cuius ambitu Alchymia & Medicina comprehunduntur: Sic Animalia cuncta, vegetabilia & mineralia huius ſapientiæ legibus ſubmittuntur, vt perfectionem naturalem ad quam naturaliter tendunt & inclinant conſequi valeant. Animalia primò omnia, perfectionem ſuam naturalem huius ſapientiæ beneficio conſequuntur, cum ſapientia hæc ſola purum naturæ animalis, ex centro naturæ animalis ſciat, & doceat elicere, cuius ope & virtute animalium omnium natura perficitur. Eodemque modo & artificio vegetantium & mineralium ac metallorum omnium natura perficitur, habito illo puro vegetantis & mineralis ac metallicæ naturæ: Quod quidem purum ab hac ſapientia præparatum, vegetantibus, mineralibus ac metallicis corporibus adminiſtratum ad perfectionem abſolutam vegetantia, mineralia ac metalla conducit: Sic animalia, & vegetantia à morbis omnibus vindicantur, vigentque vigore ſummo, adeo vt fructus perfectos & abſolutos quocumq; tempore ferre poſſint, & ſic viles lapides & ipſum vitrum in adamãtes & carbunculos, alioſque lapides pretioſos mutari poſſunt, cum

Purum naturæ mineralis quid agat.

purum naturæ mineralis, hoc naturaliter agere ſoleat, facit enim lapides pretioſos ex ſeipſo, & aurum & argentum ita vt habito illo puro naturæ mineralis habeatur & cauſa efficiens & mineralis auri, & argenti, & lapidum pretioſorum, & habita cauſa habetur & eius cauſæ effectus, ſic tota virtus & efficacia huiuſce Sapientiæ conſiſtit in poſſeſſione ipſius puri naturalis: modò enim habeamus purum creaturæ habemus & totam efficaciam & energiam naturæ vniuerſalis. Sic magna & mirabilis eſt hæc ſapientia & omni labore & pretio eſt acquirenda, ea enim adepta melior eſt omni poſſeſſione & nihilo magis in rerũ natura dum viuimus, opus habemus. Deum enim notum habemus per ipſam naturam, & Deo ipſo noto & ipſa natura, nihil optabilius eſt in rerum ſerie: ex notione Dei pendet eius timor & amor & ex timore & amore Diuino noſtra vera ſalus dependet, & ex ipſa natura nota dependet & exſurgit felicitas vitæ temporalis, nihil ergo optabilius eſt ipſa ſapientia, quæ Deum & naturam cognoſcendos exhibet, naturam potiſſimùm præbet colligendam & internam & intimam eius virtutem & energiam, quæ quidem ſolius iſtius ſapientiæ operibus haberi & obtineri poteſt, vnde à multis antiquorum & recentium Philoſophorum dicta eſt hæc ſapientia & nuncupata mul-

Sapientia dicitur Alchymia.

tis & varijs nominibus, nunc enim Alchymia dicta eſt ἀπὸ τοῦ ἁλὸς καὶ τοῦ χύμου, quaſi à Salis ſucco, nam tota virtus naturæ dependet ex ſalis interni ſucco & ſpiritu: In ſucco ſiquidem ſalis cuiuſcumque rei conſiſtit purum naturæ, in quo puro reſidet virtus interna cuiuſcumque rei. Vnde non immerito dixerunt aliqui hoc artificium quo ſuccus ſalis centralis ſeparatur ab impuritatibus ſuis Alchymiam, Alij vero Spagyricam artem à verbo Græco σπάω quod eſt ſeparo & eligo, nam dum impurum naturæ ſeparatur, eligit hæc ars purum ipſius naturæ, Alij vero Cabalã dixerunt quod antiquitùs per traditionem tantum traderetur: melius tamen & conuenientius dicitur ſapientia, cum qui hanc calleant verè ſapiant & intelligant.

Sapientia cur cabala.

Quibus operationibus indigeat ſapientia ad cognoſcendam naturam.

CAPVT. II.

COGNITIO naturæ dependet ex cognitione ipſius puri interni, quod quidem purum adeo permixtum eſt impuritatibus quàm multis, vt difficili admodum via & methodo poſſit ſeparari ab ipſis impuritatibus, vt inde ſeparatum per ſe eluceſcat vt cognoſci poſſit. His de

Cognitio naturę quid expetat.

cauſis excogitarunt antiqui huiuſce ſapientiæ proceres & authores, & veri patres, multas & varias operationes, quibus purum illud naturæ habetur ab omnibus excrementis ſeparatum, & vindicatum: imprimis calcinationẽ, ſolutionem, diſtillationem, putrefactionem & ſublimationem, & vltimo vnionem coagulationem ſeu fixationem excogitarunt de quibus generaliter & particulariter dicemus in capitulis ſubſequentibus, vt purum illud naturæ haberi poſſit purum putumque. Sine enim his operationibus Alchymia verè deficeret in ſeipſa, nihilque haberet virtutis & efficaciæ in eſſentijs & arcanis ſuis peragendis: mixta enim naturæ ſeu compoſita naturalia in ſeipſis permanerent integra & cum ſuis excrementis permixta, ita vt purum naturæ quod in centro eorum latet, inefficax & quaſi mortuum permaneret, niſi his operationibus chymicis ab excrementis ſuis expoliaretur, quæ ipſum purum inefficax reddunt & quaſi ab actionibus priuatum, quamuis ſit actionum omnium fons & ſcaturigo: excrementa ſiquidem quæ naturæ mixtæ adnaſcuntur, purum illud naturæ ita conſopiũt vt inefficax efficiatur, cum vero per calcinationes, ſolutiones, diſtillationes, putrefactiones & ſublimationes ſeparãtur excrementa illa, tunc temporis purum naturæ, ab excre-

Alchymia quibus indigeat.

Purum naturæ in centro latet,

Vnde ab excremẽtis ægrotat purũ naturæ.

mentis ſuis expoliatum valde potens ſit & efficax ad operandum, cum nihil impediat actiones ſuas, itaque neceſſariæ ſunt omnino Alchymiæ faciendæ operationes ſupradictæ, cum his ſolis mixta omnia & naturæ compoſitæ ad naturæ purum putum reducantur, quod Ariſtoteles vocat materiam primam, quæ quidem ſola eſt actionis capax, cum ſit formæ veręradix, in qua ſola conſiſtit actionis principium, ergo ſine reductione rerum, vſque ad materiam primam, hoc eſt ſine reductione rerum vſque ad purum centrale earum non videri & haberi poteſt actio mira & præpotens in rebus Phyſicis, itaque Alchymiæ faciendæ neceſſariæ ſunt operationes ſupradictæ, cum his ſolis res omnes naturales deducantur ad reductionē materiæ primæ, hoc eſt, puri centralis cuiuſcumque rei, in quo ſolo conſiſtit mira & potiſſima actio, vnde arcana chymica potentiſſima ſunt, cum ex ſolo puro naturæ ſeu materia rerum prima conſtent.

Quid eſt prima natura rerum.

De operationibus ergo hiſce chymicis nobis eſt dicendum, in genere, & in particulari, & qua ratione, & via faciendæ ſint, nobis manifeſtandum, vt percipiant chymicę artis alumni artem integram & abſolutam callere queant, & medici queant morbos curare, cum ſine puro iſto naturę morbi curari nequeant.

De calcinatione in genere quid ſit & qua methodo fieri poſsit.

CAPVT. III.

Calcinatio Alchymiæ neceſſaria.

CALCINATIO eſt totius Alchymię fundamentum & baſis & columna, ſine enim calcinatione perit & inutilis eſt tota Alchymia, puri enim ab impuro ſeparatio nullatenus fieri poteſt ſine calcinatione, ergo Alchymia inutilis eſt & verè ſterilis ſine calcinatione, cum tota Alchymia conſiſtat in ſeparatione puri ab impuro, vt ex eius definitione ſuperius tradita conſtat. Calcinatio ergo Alchymiæ faciendæ eſt ſummopere neceſſaria, quam vt probè intelligant Alchymiæ candidati, eius virtutem proprietatem & efficaciam ſua definitione palàm faciemus, quam ſequentibus verbis in genere definiemus.

Spiritu ſoluente calcinantur res omnes dum ſoluuntur.

Calcinatio eſt alicuius rei in calcem ſeu cinerem reductio igne potentiali vel actuali, alij definiunt calcinationem chymicam caloris primigenij reſtitutionem, humidi innati conſeruationem & ſolutionis inductionem, hæc autem verba indicant virtutem & proprietatem calcinationis, quia quicquid calcinatur ſeu in cinerem reducitur, calor innatus illi reſtituitur & in illo augmentatur, & humi-

dum radicale illi etiam conſeruatur, cùm in cinere illo & calce latitet ſal in cuius centro, copioſe latet humidum radicále, & ſolutio inducitur, cum calcinata omnia, Gebro dictante, ſalis habeant naturam quod ſolum ſolui poteſt. Itaque hæc tria in omni calcinatione perficiuntur, calor innatus augmentatur, humidum radicale conſeruatur & ſolutio inducitur, quæ in arcanis chymicis peragendis ſunt omnino neceſſaria, & ad finē laudatum conduci nequeunt ſine calore naturali augmentato, ſine humidi radicalis conſeruatione, & ſolutionis inductione. Qua ratione autem, res omnes calcinentur ex definitione calcinationis facile percipitur, ita vt non ingenio inſigni & acuto ſit opus, ad res omnes calcinandas, modò igne violento res omnes incinerentur, quod ſolo igne actuali fieri poteſt, imò & metalla ipſa poſſunt igne violento & continuo incinerari, & aurum ipſum & argentum quamuis fortiſſime ſint compoſitionis, modo enim amalgamentur argento viuo, & ipſi perquam-optime permiſceantur, argentum viuum ſua ſubtilitate & tenuitate ſubſtantiam auri & argenti diuidit in tenuiſſimas partes & in atomos, quæ ſi calore continuo & leuiter moderato foueantur, ita vt ne fluat auri ſubſtantia, verè tunc temporis incineratur & calcinatur aurum ita vt

Humidum radicale in ſale latet.

Calcinationi tria ſunt neceſſaria.

Res omnes vt calcinentur.

Purum vt communi aqua ſolui poſſit.

Meliùs ſpiritu ſoluente fit calcinatio auri & argenti, ſic verè in Salem conuertitur.

ſolui poſſit, hæc calx ſola aqua: communi & vulgari, & ita in ſalem conuertitur vt nunquam in aurum iterum redire poſſit: Sic ſolo igne actuali violento continuo & moderato, res omnes poſſunt calcinari, & incinerari, vt capitulis ſequentibus fiet omnino manifeſtum.

De *calcinatione animantium.*

Capvt IV.

Animalia vt calcinentur.

ANimalia cuncta vt & reliquæ naturę compoſitæ poſſunt calcinari, & in cinerem reduci, eo quòd purum animalium ſeu calidum innatum eorum & humidum primigenium, malleabile eſt, & incorruptibile, etſi enim deſtruantur corpora animalium, dum ipſa calcinantur, in calce & cinere tamen eorum remanet ſal fixum in centro calcis & cineris, quod quidem continet calidum innatum, & humidum primigenium animalium vt ſenſu ipſo patet, nam ſal cuiuſcumque animalis ex ſuo cinere ſeu calce extractum, habet calidum innatum ſuũ, quod exſiccat ſummopere, & à corruptione præſeruat, nihil enim exſiccat & à corruptione præſeruat, quin calidi innati habeat naturam & eſſentiam, nam ſola conſeruatio, & rerum duratio, à calido innato dependet, habet etiam & hu-

Cõſeruatio rerum à calido innato dependet.

midum primigenium : nam omne ſal funditur & in igne liquatur, veluti metallum, quæ fuſio & liquatio ab humidi primigenij natura dependet, ſolum enim humidum primigenium liquationem & in igne fuſionem conſtituit, cum ita adhæreat partibus calidi innati, vt non in auras abire poſſit, ita vt maneat cum partibus calidioribus calidi innati, & ſic cum non abeat, ſed permaneat liquationem & fuſionem cōſtituit, ſic metalla potiſſimùm & vitrum liquantur propter humidi radicalis abundantiã, & copiam. Calcinantur ergo animalia, & in cinerem reducuntur vt ex cinere eorum & calce, habeatur ſal eorum, aquæ communis & vulgaris ſolutione, & euaporatione. Quod quidem Sal ſic præparatum, continet in ſe calidum innatum & humidum primigenium animalium: ſic ſola calcinatione habetur calidum innatum animalium omnium in quo conſiſtit virtus & efficacia eorum fixa & permanens : Sic ex prædictis calcinationem animalium definire poſſumus, reductionem in Sal fixum & permanens, quod extrahitur ex cinere & calce animalium igne violento facta, vt inde exſurgat purum putum, calidum innatum animalium, & humidum eorum primigenium, quibus ſimul vnitis & permixtis, poſſunt adhuc vniri, & permiſceri Sal volatile & ſpiritus volatilis ani-

Quare animalia calcinantur.

Virtus animalium qua in ſubſtãtia conſiſtit.

Sal volatile animalium augmentat virtutem Salis fixi animalium.

malium, vt virtus integra & abſoluta perficiatur & abſoluatur Salis fixi ſupradicti, Sal enim fixum animalium continet quidem virtutem quandam miram & ſtupendam animalium ex quibus extrahitur, ſed ſi admiſceatur & vniatur Sali volatili animalium & eorum ſpiritui, (qui eſt aqua ſpirituoſa quæ latet in animalium ſanguine, quæque extrahi poteſt per diſtillationem, putrefactione prius peracta, ſanguinis animalium) Si admiſceatur, inquam, Sal iſtud fixum purum putum factum Sali puro puto volatili mirabiliorem adhuc habet virtutem, & potentiorem: ſequenti ergo methodo extrahuntur hæc duo Salia, cum ſpirituoſa ſanguins animalium ſubſtantia, occiditur animal & gladio extrahitur totus eius ſanguis, & dum calet Alembico vitreo imponitur & clauditur ſuo coopertorio, deinde tota caro animalis accipitur & mundatur ab excrementis tantum inteſtinorum, & inteſtina mundata & viſcera cuncta & cerebrum & oſſa omnia cum medullis, contunduntur & in fruſtula parua inciduntur, & vna cum ſanguine in Alembico vitreo ſupradicto ponuntur, & collocantur in fimo calido per quadraginta dies, deinde diſtillantur fortiſſimo calore balnei, & aqua illa quę diſtillatur calore balnei optime cuſtodienda eſt in vaſis vitreis optime clau-

ſis nam in illa latet ſpirituoſa animalis ſubſtantia, deinde poſtquam nihil diſtillat per balneum, mutandus eſt Alembicus à balneo ad cineres, & ibi per gradus ignis primo moderatos diſtillandum eſt quicquid diſtillari poteſt, aſcendit aqua fœtida & Sal volatile & oleum rubeum ſanguinis & carnis animalium, hæc omnia ſimul cuſtodienda ſunt, caput mortuum quod reperitur in fundo Alembici, calcinandum eſt aperto igne violentiſſimo, in vaſe fictili teſtaceo, donec albeſcat.

Cineres illi perfundendi ſunt liquoribus omnibus qui vltimo diſtillati ſunt per cineres, & in retorta diſtillandi ſunt fortiſſimo igne, vt egrediantur omnes liquores, & Sal volatile aſcendat in collo retortæ, quod liquore egreſſo ſoluendum eſt, & collo retortæ ſic extrahẽdum, caput iterum mortuum in fundo retortæ remanens, iterum aperto igne vt prius calcinandum eſt, vt vindicetur ab fœtore ſuo, & empyreumate, & toties hæc operatio iteranda eſt, & per cohobationes plures iteranda eſt affuſio liquoris diſtillati, vna cum ſuis omnibus partibus, vt tandem deponat fœtorem ſuum, & clareſcat liquor, & caput mortuum, quod quidem cum factum eſt, affundenda eſt aqua, quę per balneum egreſſa eſt, capiti mortuo claro ſed cineribus candefactis, & ex hac aqua clara & limpida extrahendum eſt Sal fixum, capitis mor-

tui, & multis ſolutionibus, filtrationibus, multoties iteratis purificandum eſt, ad ſummam puritatem, hoc quidem tandem purum factum coniungendum eſt liquori ſupra dicto, & multoties diſtillata ſuper caput mortuum, vna cum aqua ſua, ſic omnia hæc coniungenda ſunt in vno & eodem Alembico vitreo ſatis capaci, & putrefacienda ſunt per menſem integrum in fimo calido, & vltimo diſtillanda per balneum fortiſſimo igne, vt ſuperbulliat balneum, hac diſtillatione ſeparabitur ſpirituoſa animalis ſubſtantia, & Sal clarum & limpidum volatile animalis, quæ ſimul poterunt vaſe optime clauſo cuſtodiri, reliqua quæ ſuperſunt in Alembico diſtillanda ſunt igne cinerum, & ſtillabit oleum rubeum, & pars reliqua ſalis volatilis, quæ erunt rectificanda ſepties in nouis retortis, vt deponant feces, & feces quæ reperientur in fundo retortarũ erunt coniungendæ cum Sale fixo, quod quidem tamdiu erit calcinandum in retortis, & aqua fontis ſepties diſtillata ſoluendum & depurandũ filtrationibus, & diſtillationibus, donec optime candeſcat, & nullas in ſolutione emittat feces. Tunc temporis erit coniungendum Sali volatili, & ſpirituoſæ animalis ſubſtantiæ, & rubeo oleo rectificato ſequenti modo, primo Sal fixum diſſoluetur cum aquoſa ſpirituoſa ſubſtantia, & diſſoluto Sali fixo

Sal autem fixum vſque ad rubedinẽ eſt purifi-

annectetur Sal volatile & vltimo oleum imponetur, & matratio vitreo optimè clauſo imponentur ad circulandum per quindecim dies, his tranſactis imponetur matratius balneo bullienti, & calore balnei extrahetur humor aquoſus ſuperfluus, quantum poterit extrahi. Quod in fundo remanet, eſt arcanum ſeu clyſus, & verum elixir animalis, curans morbos omnes animalium & vitam ipſam conſeruans & prorogans, vltra communes vitę terminos. Doſis eſt, eſt ℈ j. vel ʒ ſs. in iuſculo vel aqua cinnamomi. Simili methodo & via, poſſunt extrahi arcana animalium omnium, quæ extra virtutes communes vitæ animalis conſeruandæ, & prorogandæ, virtutes peculiares & ſingulares habent animalium ſingulorum ex quibus extrahantur, præſertim ſi ex ceruo extrahatur fit arcanum vitæ mirum.

candum, & deinde conuertendum cum ſale volatili vt arcanum perficiatur.

Arcani animalis virtus & efficacia.

De *calcinatione vegetantium.*

Capvt V.

Vegetantia cuncta, & illa omnia quæ ad vegetantia pertinēt poſſunt calcinari ſimili modo & via, ac animalia calcinata fuerunt ſuperiori in capitulo, vt inde extrahatur Sal volatile, & fixum, & ſpirituoſa vegetantium ſubſtantia, & proinde dum ſeparata ſunt pu-

Ratio cur vegetantia calcinétur.

rificari poſſint coniungi, vt arcanum mirum & ſtupendum vegetantium confici poſſit. Calcinatio ſiquidem vegetantium hęc potiſſimum tendit, vt extrahatur Sal volatile & fixum & ſpirituoſa ſubſtantia & oleum extrahantur & purificentur, & pura & nitida facta ſimul coniungantur in vnũ & in hac ſecunda vnitione & mixtione potentior multo exſurgit virtus quàm in priori, quia in hac ſunt excrementa maxima in copia, in illa vero nulla ſunt excrementa, & proinde ratione excrementorum, vel abſentium, vel præſentium mutatur virtus & proprietas compoſiti, nam præſentia excremẽtorum minuit virtutem, & abſentia eorumdem adauget, ſic per Alchymiã ſeu ſeparationẽ excrementorũ adaugetur virtus vniuſcuiuſque mixti; ſic calcinatio eſt omnino neceſſaria ad ſeparationem faciendam excrementorum, ſic vegetantia egent calcinatione vt eorũ excrementa ſeparari poſſint ab eorum puris ſubſtantijs, quam ſequentibus verbis definire poſſumus.

Virtus cuiuſcumque rei augetur vel diminuitur ratione excremẽti.

Calcinatio vegetantiũ quid ſit.

Calcinatio vegetantium eſt, eorum incineratio & in calcem reductio: quæ quidem vera & legitima eſſe non poteſt, niſi vegetantium Sal volatilis, & eorumdem ſpiritus volatilis conſeruetur, vt his puris factis fiat eorumdem vnitio & coniunctio cum eorumdem vegetãtium ſale fixo, itidem puro. Quæ quidem calcinatio fieri

nō poteſt, ſine diſtillatione, ſublimatione, putrefactione, & coniunctione. Vnde hæc vera & legitima calcinatio comprehendit ſub ſe omnes alias operationes ſupracitatas, ad ſeparationem puri ab impuro faciendam neceſſarias, vt vidimus ſuperiori capite in calcinatione vera & abſoluta animalium, vbi ad hanc perficiendam calcinationem factę ſunt ſimul & aliæ omnes operationes, quæ ad ſeparationem puri ab impuro ſunt neceſſariæ, ſic pariter in calcinatione vegetātium facienda faciemus, & alias omnes operationes ſcilicet diſtillationem, ſublimationē, putrefactionem, & coniunctionem, poſtquam partes calcinati mixti, & diſſoluti omnino fuerint purę factæ. Quod ſequenti methodo obtinere poterimus.

Accipitur qualecumque in votis erit vegetabilium, idque recens & recēter contundetur & pręlo exprimetur ſuccus eius, & oportet habere copiam ſucci, & in illo ſucco ponere magma illius ſucci, certa in quantitate & copia, ita vt ſuccus ſupernatet magmati, deinde illa omnia imponenda ſunt & indenda vaſi vitreo optimè clauſo ad putrefaciendum per duos menſes aut tres in fimo equino vt ferueat & putreſcat materia hæc, & appareat ſpiritus; qui lentiſſimo igne eſt à materia reliqua ſeparandus per balneum, & cuſtodiēdus in vaſe vitreo optimè clauſo, poſt-

Vt ſpiritus vegetantiū appareat quid agendum.

quam rectificatus erit & ab omni flegmate vindicatus, tum demum eſt conſeruãdus, reliqua verò materia quæ in fundo remanet Alembici, eſt diſtillanda fortiſſimo igne vt inde exeat quicquid ſtillari poterit olei vel liquoris, & caput mortuum in fundo remanens eſt calcinandum aperto igne in vaſe fictili teſtaceo, ad candorem vſque, huic ſic candefacto, deinde affundẽdum eſt quidquid eſt egreſſum eſt per diſtillationem ſiue liquoris, ſiue olei, & iterum in noua retorta diſtillandum eſt, & caput mortuum iterum calcinandum ad candorem vſque, & huic affundendum eſt quidquid egreſſum liquoris, & toties iteranda eſt hæc operatio, donec caput mortuum remaneat, in fundo retortę album & liquor qui egreditur per diſtillationem non fœteat ſed benè oleat, tunc temporis caput mortuum eſt diſſoluendum cum flegmate ſuperius vna cum ſpiritu diſtillato, quod ſi flegma non ſufficiat, habenda eſt aqua vulgaris diſtillata, & cum ea diſſoluendum caput mortuum per ebullitionem illius cum aqua illa, quæ dum ebullierit cum capite mortuo, tunc temporis filtranda eſt, vt clarificetur & quicquid eſt Salis fixi in capite mortuo tranſeat per filtrum vna cum aqua in cuius poris continetur Sal fixum: quod per diſtillationem ipſius aquæ in cineribus remanet in fundo retortæ, vel alembici,

Si hoc fiat in cedro vel quercu vel pino, fit potentiſſimũ arcanum vitæ prorogandæ.

alembici, quod igne cinerum eſt valde deſiccandum & ſic calcinatur, & purificatur à fecibus terreis ſuis, modò ſæpe ſæpius diſſoluatur cum aqua ſua, filtretur, diſtilletur & calcinetur, donec in diſſolutione ſua nullas emittat feces, tunc temporis ipſum Sal fixum ſic purum factum eſt conuertendum, cum ſpiritu ſuo rectificato & oleo & Sale volatili, ſi reperiatur in ſeparatione ſpiritus, nam aliquando non reperitur, quia tranſit vna cum ſpiritu, & fit ſpiritus, & tunc temporis dum coniungimus ſpiritum, coniungimus etiã Salem volatilem: dum hęc fuerint omnia coniuncta, putrefacienda ſunt per menſem in fimo equino, & deinde leuiſſimo calore balnei diſtillandum erit quicquid ſtillari poterit aquoſi humoris & ſuperflui, quod remanet coagulatum in fundo vaſis diſtillatorij eſt arcanum vegetantis illius ex quo extractum eſt, conſeruans vitales omnes facultates & functiones, & virtutes poſſidet ingentes & ſtupendas illius mixti ex quo extractum eſt, doſis eſt grana viginti in aquis cinnamomi, aut iuſculis, aut in ſpiritu vini.

De calcinatione mineralium.

Capvt VI.

Tanti ponderis fecerunt antiqui Philoſophi calcinationem minera- *Calcinatio mineralium magni eſt momenti.*

lium, vt eam ipſam collocarint inter eorum arcana ſumma, quia in ipſa ſola conſiſtit veræ artis Alchymiæ ſecretum totum, nam in calcinatione mineralium latet calidum innatum & humidum primigenium mineralium, quod quidem tanti eſt momenti in Alchymia facienda, vt ſine ipſo nihil perfici poſſit in ſecretis chymicis abſoluendis, illud enim calidum innatum & humidum primigenium mineralium continet ſpiritum vitæ copioſum, quòd ſpiritus vitæ (ſeu radices luminis cœleſtis) copioſè figatur & coaguletur in centro mineralium: nam mineralia omnia in terræ viſceribus generantur, vbi copioſè admodum ſpiritus ille cœleſtis deſcendit, & firma compagine adunitur cum pura elementorum omnium ſubſtantia, quæ corpus ſalis cuiuſdam mineralis conſtituit, & ab hoc corpore exeunt vapores & exhalationes quæ continent in ſe multum illius ſpiritus vitalis ſeu cœleſtis, & ex quibus vaporibus & exhalationibus in viſceribus terræ condenſatis & retentis fit vera & legitima mineraliũ omnium generatio. Vnde mineralia omnia tunc merito poſſident & continent multum illius ſpiritus vitæ. Sic mineralium calcinatio iure etiam merito chymicis omnibus eſt pluris facienda, eo quòd calcinatione ſola ſpiritus illos minerales habere valeamus qui continent

copioſum ſpiritum vitæ, ex quo ſolo poteſt fieri arcanum vitæ conſeruandæ & prorogandæ, nec ſine cauſa antiqui chymici omnes calcinationem hanc totius Alchymię ſecreta continentem miris obtegrunt vmbris & ænigmatibus, nam ſecretum illius calcinationis charactere obſcurarunt quem ſimili figura depinxerunt. , ſemiciculus enim ſiue luna ſuperior indicat humidum radicale quod in calcinatis latitat, & crux inferior indicat paſſionem & coctionem, quam ſubire debet humidum illud radicale antequam perfectionem acquirat. Acquirit autem perfectionem ſola coctione, ſeu circulatione humidi radicalis & tandem illa ſola coctione perficitur ſemicirculus ille & luna, & in circulum perfectum ſeu ſolem abſolutum conuertitur. Vnde habemus manifeſtum calcinationis arcanum ſola iſtius characteris explicatione, nam calcinata modo reducantur in ſalē fixum & humidū radicale illius Salis fixi extrahatur, & cum illo Sale fixo tādiu coquatur donec cū illo vniatur, & figātur ambo, & ſic verè luna illa ſeu circulus imperfectus tādem perficitur, & in ſolem conuertitur totius Alchymiæ verus ſcopus. Sol autem in chymia eſt calidū innatū rerum purum putum factum & Luna chymicorū eſt humidū radicale earūdem rerum. Vnde dicitur veram Alchymiam cōſiſtere in

Calcinationis myſteriū in charactere ſuo latet.

Sol & Luna quid ſint & tota Alchymia in vnione eorum conſiſtit.

coniunctione Solis & Lunæ, & niſi Sol & Luna coniungantur non datur Alchymia, hoc eſt niſi calidum innatum rerum, & humidum radicale earumdem quod eſt Sol & Luna connectantur ſimul, Alchymiæ arcana nullatenus perficiuntur, per calcinationem autem noſtram, calidum innatum rerum, & humidum radicale earumdem ſeparantur ab inuicem & ab excrementis ſuis perquamoptime expoliantur, deinde coniunguntur, & vniuntur perfectiſſime adeò vt nunquam ſeparentur, ſic per calcinationem noſtram fit coniunctio Solis & Lunæ,& ſic etiam per eandem calcinationem fiunt arcana chymica perfectiſſima, & totum opus chymicum perficitur, quam calcinationem vt perquam optime eam comprehendere valeamus, his ſequentibus verbis definiemus. Calcinatio chymica mineralium omnium & metallorum eſt eorumdem in calcem reductio, vel per ignem naturalem ſeu elementarem, vel per aquam metallicam, & mineralem eiuſdem omnino ſubſtantiæ cum ipſis metallis quæ diſſoluuntur, & proinde calcinantur per ipſam eandem aquam quæ ignẽ naturalem continet, cuius ope & beneficio, metalla calcinantur cum conſeruatione calidi innati ſui, & humidi radicalis, & ſic per calcinationem hanc calidum innatum metallorum, & humidum radicale eorumdem

Calcinatio mineralium quid ſit.

habetur, & ab impuritatibus ſuis vindicatur & deinde pura facta & puta, coniunguntur, vera & legitima coniunctione, quæ numquam amplius ſeparari poteſt, ſed firma manet in ſua puritate.

Quæ quidem calcinatio metallorum cum conſeruatione calidi innati eorum, & humidi radicalis ſic habet fieri. Accipitur Sal terræ virgineæ, & purum factum ſpiritu vini communis & vulgaris diſſoluitur, vel aqua pluuiæ diſtillata, & poſt filtrationem & eius deſiccationem, diſſoluitur demum aceto ſuo ſepties diſtillato, & per quadraginta dies in calore tenui collocatur ad putrefaciendum ſeu digerendum, tranſacto digeſtionis tempore, tunc diſtillatur acetum leuiſſimo calore, donec puluis fiat in fundo vaſis diſtillatorij, tunc temporis huic ſubſtantiæ ſpiſſæ, addendi ſunt ſilices calcinati ſufficienti in quantitate, vt ſalis fluxus impediatur, dum ſtillatur eius ſpiritus, qui non poteſt ſtillari niſi fortiſſimo igne, & proinde ne Sal fluat cauendum eſt, ſic enim Sal non emittit ſpiritus ſuos, vt ergo emittat, imponendi ſunt ſilices calcinati, & ſic peragenda eſt diſtillatio: quæ dum peracta fuerit, illud omne quod in recipiente ſuo reperitur cum aqua communi diſtillata, quæ in recipiente adeſſe debet, vt ſpiritus Salis ſubtiliſſimi egredientes ex fortiſſima diſtillatione inueniant

Mas illius illi coniungendus vt mas & fœmina pariant ſpiritum igneum qui eſt eorum filius.

Mas eſt coloris cœli, & ſalis etiã naturam habet.

refrigerium, & ſe recipiant in centro aquę & poris eius. Illud ergo quod reperitur in recipiēte accipitur, & ponitur in alembico vitreo ad diſtillandum ad medietatis conſumptionem ſeu diſtillationem, quod in alembico remanet collocandum eſt in frigido loco vt fiant inde lapilli clari & criſtallini, qui eximendi ſunt affuſa aqua liquida per inclinationem, in alium alembicum & iterum diſtillanda mediocri calore ad medietatem, & iterum in frigido loco tranſponendus eſt alembicus, vt fiant iterum in fundo criſtallini lapilli, quod fit ſex aut octo diebus, & hoc iterandum eſt toties, donec nulli lapilli ampliùs fiant, & quod remanet eſt flegma ſalſum & ſpiritus acidus Salis, qui multiplici diſtillatione rectificandus eſt, vt vindicetur à ſalſedine ſua, & alijs excrementis, & ſic purificatus ſpiritus eſt conſeruandus, & lapilli etiam ſunt purificandi ſequenti methodo. Diſſoluendi ſunt in aqua pluuiali diſtillata, & vt prius diſtillanda eſt illa aqua ad medietatem, & repondendus eſt alembicus in frigido loco, vt appareant criſtalli, & continuandum eſt opus donec non amplius fiunt criſtalli, tunc temporis diſſoluendi ſunt lapilli illi in ſpiritu Salis rectificato ſuo, & aurum calcinatum imponendum quod facile ſoluitur in hoc menſtruo, & circulatione conuertitur in quintam eſſentiam

volatilem; quæ denuo circulatione perenni & continua fixanda eſt; & in ſalem fixum conuertenda, quæque iterum ſoluenda eſt cum eodem ſpiritu & iterum fixanda donec in Salem facile ſolubilem & fundentem ac penetrantem conuertatur & hoc ſummũ eſt vitæ humanæ reſtaurandæ arcanum, cuius doſis eſt Grana decem, in aquæ cinnamomi ℥ j, vel in iuleulo, vel reſtauranti aliquo; tamen hæc ſuperflua ſunt ſi arcanũ ſcias Salis generalis quod cõſiſtit in aceto ſuo & vnione corporis ſui cum ipſo aceto verè puro cũ vaſculo ſuo.

De ſolutione Chymica in genere.

CAPVT VII.

SOLVERE propriè ſonat à vinculis liberare, vnde chymici dum materiam ſuam ſeu calidum innatum, & humidum primigenium rerum omnium à duris ſubſtantiæ clauſtris liberant & vindicant & in aqueam ſubſtantiam & liquidam conuertunt ſoluere dicunt. Vnde ſolutionem chymicam in genere ſic definiunt, ſolutio chymica eſt, humidi radicalis & calidi innati rerum omnium à vinculis ſuæ naturalis coagulationis reſeratio, & in aqueam ſubſtantiam & liquidam conuerſio, hæc autem conuerſio fit aquæ cuiuſdam beneficio, non enim aqua ſimplex elementaris eſt propriũ ſolutionis inſtrumentum,

Soluere quid propriè ſit.

Solutio quid ſit.

Solutionis inſtrumentum quale.

ſed eſt ſpiritus vitæ elementis omnibus infuſus in forma aquæ, quæ quidem tanta cœli virtute pollet, & eius influxibus delibuta eſt & imprægnata, vt ætherea & ignea videatur, eſtque propriè humidum radicale cuiuſcumque rei volatile, & infixum alimentum immediatum calidi innati fixi, & permanentis. Huius aquæ beneficio habetur apud chymicos vera ſolutio, nam alterius aquæ auxilio haberi non poteſt, cum iungi nequeat calido innato, vt extrahat illud ex excrementis & fimis quibus inuoluitur, & deturpatur; nequit autem coniungi cum non ſit eius ſubſtantiæ, humidum autem iſtud radicale de quo loquimur eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum calido innato fixo, & permanenti, & proinde ſoluit optime calidum innatum ſuum, & ab eo abigit ſordes illius, cum non ſoluat niſi quod ipſius eſt naturę & ſubſtantiæ, excrementa autem non ſunt eius naturę & eſſentiæ, & proinde non ſoluuntur ab ipſo ſoluente. Soluens autem illud eſt mirę inquiſitionis, quamuis vbique locorum reperiatur, nihilominus tamen dificillimæ eſt extractionis ab ipſis qui ipſum ignorant; quamuis ſit facilis admodum extractionis his, qui norunt ipſius naturam, nam ſimplici diſtillatione poteſt extrahi cum ſit ethereæ ſubſtantiæ, quæ leuiſſimo igne ſublimatur & in aërem conuertitur,

Solutio vera quibus fiat.

Facilis eſt extractio veri ſoluẽtis.

quæque ſi retineatur in vaſis vitreis in aquam abit, hęc aqua dicitur mineralis cũ naturã mineralium habeat, hoc eſt humidũ radicale mineralium volatile conſtituat, dicitur etiam vegetabilis cum humidum radicale vegetabilium conſtituat, vnde vinũ Lullianum efficit: dicitur etiam animalis, cum humidum radicale animalium componat. Vnde tria rerum genera animalia, puta vegetabilia & mineralia, conſeruationem & vitam habent ab ipſa hac aqua, imo non ſolum tria illa rerum genera, ſed & cœlum ipſum, & tota natura cœleſtis & terreſtris habet eſſe & conſeruari ab illo ſpiritu ſeu ſpirituoſa aquoſa ſubſtantia, quę apud antiquos ea ratione dicebatur ſpiritus & anima mũdi, vnde illud. *Principio cœlum & terras compoſque liquentes.* Hoc caput mirum eſt totum enim Alchymiæ arcanum in ſe continet.

Lucentemque globum Lunæ Titaniaque
aſtra
Spiritus intus alit, totamque infuſa per
artus
Mens agitat molem, & magno ſe cor-
pore miſcet.

Ex illa ſpirituoſa ſubſtãtia quæ in aëre eſt, æthere & cœlo, & aqua terraque, omnia radicaliter viuunt & ea deficiente moriuntur, in hac ſola ſpirituoſa ſubſtantia noſtra ſolutio chymica realiter & phyſicè conſtat & fieri poteſt, in alia verò non, cum reliquę omnes aquæ ſint

heterogeneæ calido radicali & innato, & cum ſint heterogeneæ, ſi habeant vim ſoluendi, conuertunt ſolutum in ſuam ſubſtantiam, & proinde in alienam, cum ſoluens non ſit eiuſdem ſubſtantiæ cum ſoluto, & proinde non eſt naturalis hæc ſolutio, ſed contra naturam. Alia ergo non quærenda ſolutio eſt in arcanis chymicis peragendis, cum non detur alia quàm hæc, quę fit cum ſpirituoſa rerum omnium ſubſtantia, quæ in omnibus rebus reperitur, & eſt omnino neceſſarium vt reperiatur, cum ſit fomes vitæ, & actionum omnium & functionum & facultatum principium, & hæc dicta ſufficiant de ſolutione in genere, iam de particulari ſolutione agendum & qua methodo & via fieri debeat.

In omnibus rebus reperitur ſolués & ſoluendum.

De *ſolutione animantium.*

CAPVT VIII.

Quare diſſolutio animantium difficilis.

ANIMANTIVM ſolutio admodum difficilis eſt apud chymicos, cum ſolo & vnico animantium ſpiritu fieri poſſit, qui quidem ſpiritus in viuis tantum animantibus videtur reperiri, nihilominus tamen poſt mortem etiam reperitur, non in tanta quantitate & tanto vigore vt in viuis reperitur animantitibus. Quia dum viuunt animantia ſpi-

ritus tunc temporis copioſi & turgentes eſſe debent ad actuandas animæ ſeu formæ animantium facultates & potentias. Eſt enim ſpiritus ex Philoſophorum & medicorum omnium conſenſu animalium facultatum verum & vnicum organum, ſine enim ipſo ſpiritu anima nullas poteſt ex ſe ipſa in lucem prodere actiones, & ratio in promptu eſt, quod anima purus ſit ignis cœleſtis ſeu vera lux ab elementarijs materijs & ſubſtantijs omnino ſegregata, quapropter nullum commercium cum ipſo corpore elementari habere poteſt, niſi mediante media natura, ſeu anima, quæ eſt ſpiritus de quo loquimur, qui cum conſtet ex puriſſimis & ſubtiliſſimis elementorum ſubſtantijs & luce cœleſti, ideo vocatur media natura, & media anima, eo quòd ſit medium vniendi & coniungendi animam ſeu puram putamque lucem cum corpore ipſo, puro elementari: & cum actiones corporis ſint veræ corporales & materiales & viſibiles & palpabiles oportet, vt fiant à principio partim corporali, & ſpirituali. Corporeum enim ſimpliciter ſine ſpirituali illa ſubſtantia agere non poteſt, cum corporeum ſimpliciter habeat eſſe ex parte materiæ quæ ſemper paſſiua eſt & nullo pacto actiua, vnde actio in omnibus naturæ rebus, eſt ex parte formæ, & non ex parte materiæ:

Anima quid ſit & quare egeat ſpiritu.

forma autē cum ſit omnio ſpiritualis reſpectu materiæ etſi ſit materialis & habeat eſſe ſuum ex cētro materiæ, cum tamen ſit aliquid tenuiſſimū & ſubtiliſſimum materiæ, ideò ipſam formā dicimus ſpirituale͂, vnde etiam habere neceſſe eſt organa ſuarum actionū purè ſpirituoſa. Vnde Deus creauit in omnibus rebus ſpiritum illum, qui eſſet actionum omnium vnicum & veriſſimum organum, quo ſolo actiones formarū prodirent in lucem. Vnde euenit in chymicis peragendis arcanis nihil aliud in rerum natura inueniri poſſe, ad habendam illam naturam ſeu animam & formam rerum, quàm ſpiritum illum qui particeps eſt formæ ſeu animæ, & corporis quod actuatur & informatur anima, cum enim ſit ſpiritus ille eiuſdē ſubſtantiæ, ideo radicaliter & ſubſtantialiter vnitur cum forma & corpore, & extrahit ipſa ex barathro excrementorum quo immerguntur, vnde potentiora & virtuoſiora emergunt cum habeant copioſiorem & potentiorem ſpiritum, cuius ope & beneficio actiones omnes peraguntur. Quid autem ſit ſpiritus ille in animãtibus cuius beneficio actiones perficiuntur in animantibus, & quo corpore & viſibili ſubſtantia includatur eſt iam nobis declarandum, vt haberi poſſit ad arcana chymica peragenda. Eſt autem ſpiritus ille in animantibus poſt mortem ipſorum

Vnde ſpiritus ſit tam neceſſarius in arcanis chymicis peragendis.

Spiritus quid ſit.

tenuiſſima illa ſubſtantia ætherea, quæ elicitur ex humidis & liquidis ſubſtantijs quæ in animalibus poſt mortem reperiuntur, quæque elicitur poſt putrefactionem earum in forma & ſubſtantia ſpiritus viui, & Salis volatilis, quæ poſſidet majorem aquæ elementaris portionem dicitur ſpiritus, quæque majorem obtinet terrę portionem, dicitur Sal volatile, ſed vnum & idem ſunt & vnum poteſt fieri aliud facili via: ſolutione enim ſimplicis aquæ puræ, & circulatione, Sal volatile fit ſpiritus, & ſpiritus ſola coctione & circulatione fit Sal volatile, hęc ergo eſt ſola, & vnica ſubſtantia chymicis neceſſaria ad ſolutionem animantium peragendam, quæque vt facilius intelligatur ſic peragenda eſt chymica methodo: accipiendum eſt aliquod animal quodcumque volueris, & occidendum eſt, nec eſt ab excrementis ſuis omnibus, pilis, plumis, & vnguibus & alijs rebus heterogeneis depurgandum quia in fine arcani peracti hæc meliùs peraguntur, & fiunt igne & operationibus chymicis, quàm manibus: addo quòd pili, plumæ, vngues & reliqua quę in animalibus cenſentur excrementa, non verè ſunt excremẽta, ſed aliquid habent formæ animalis, & ſpirituoſæ ipſius animalis ſubſtãtiæ, cum verè nutriantur & creſcant per digeſtionem alimenti ſui, & non per iuxta poſitionem. Nam quamuis creſcant pili &

Via extrahendi ſpirituoſam ſubſtantiam ex animalibus.

Corpora mortuorum qua vita viuant.

vngues in mortuis, tunc verè nutriuntur & viuunt vita vegatibili, non vita animali ſenſitiua, quia ſubſtantia vitæ vegetabilis ſupereſt in cadauere animalium mortuorum, hoc eſt ſpiritus ille æthereus, qui in cadauere animalium mortuorum ſuſcitare poteſt actiones vitæ ſenſitiuæ & animalis, quia in morte animalium euanuit gradus lucis illius puræ cuius beneficio actiones animales peragebantur cum ſpiritu ſuo, & remanſit alius gradus illiusmet lucis, cuius beneficio actiones vegetantis vitæ & formæ cum eodem ſpiritu peragi poſſunt, vnde in cadaueribus mortuorum vegetantis formæ ſeu animæ, actiones peragi poſſunt, vnde creſcunt eorum vngues & pili. Non auferenda ergo ſunt animalium excrementa in eorum arcanis chymicis peragendis, ſed vna cum corpore animalis vaſi imponenda & cum ſanguine multo & copioſo aliorum ſimilium animalium irroranda, vt quamoptimę eo ſanguine madefiant & inebrientur, illud omne fimo equino calido imponendũ eſt vaſi vitreo optimè clauſo per quadraginta dies vel plus, vt deferueant, deinde diſtilla leniſſimo calore quicquid ſtillari poterit, caue tamen ne comburantur, & ne hoc eueniat diſtilla per balneum, ſic eris tutus à combuſtione harum rerum & cohoba multoties donec appareat aqua ſpirituoſa in forma aquæ arden-

tis, & Sal volatile aſcendat vna cum ſpiritu, quæ ſimul ſunt coniungenda, & ſimul circulanda vt vnum fiant corpus aquoſum, cuius aquoſi corpotis beneficio perfecta ſolet fieri ſolutio in animalibus. Hæc enim aqua ſpirituoſa extrahit quicquid eſt humidi radicalis & calidi innati in animantibus omnibus & ſingulis, & cuſtodit illæſas eorum virtutes & proprietates, & verus eſt Mercurius animalis, qui ſi fixetur cum calido innato fixo animalium fit arcanum animale potentiſſimum ad morbos omnes animalium curandos, & ad prorogandam vitam eorum vtiliſſimum & efficaciſſimum. Doſis eſt Granorum decem in iuſculis.

Mercurius animalis qualis ſit.

De ſolutione vegetantium.
Capvt IX.

Ex capite ſuperiori ſatis admodum clarè colligi poteſt ſolutionem vegetantium fieri debere ex ſpiritu volatili vegetantium, qui admodum clarus & manifeſtus eſt in omnibus vegetantibus: nam ſuccus vegetantium omnium plenus eſt ſpiritu illo, conſiſtere enim non poſſunt ſine illo ſpiritu, viuunt enim, creſcunt & habent virtutes ſuas & proprietates ex fonte illius ſpiritus, vnde in vegetantibus facillimæ eſt cognitionis, quia ſeipſum ſeparat dum ebulliũt vegetantium

Vegetantia habent virtutes ex ſpiritu ſuo.

Solutio vegetantium vt ſiat.

ſucci per ſe ſeparati, vt apparet in vino quod ſuccus eſt racemorum, qui per ſe ſeparatus ab vuis ſuis & racemis, & vaſis ac dolijs incluſus ebullit per ſeipſum, ſuſcitato calore innato ſuo & archeo naturali, qui vult ſeipſum conſeruare, & materiam putrentem quæ in ipſo eſt ſeparare, & proinde iraſcitur quaſi, & excandeſcit & ſic ebullire facit materiam & ſubſtantiam in qua eſt, ſicque ſeparatur ab ipſa materia, & maior pars ipſius petit regionem ſuam, aërem nempe, ex qua deſcenderat in vuas vt ipſarum eſſe conſtitueret: deſtructis autē vuis iterum ſeparatur, & non poteſt ſeparare quin ebulliat, ebullitio autem excitatur ab ipſo, vt ſe queat ſeparare ab heterogeneis excrementis quibus in mixtione inuoluebatur. Pars illius euaneſcit in auras, pars remanet in ipſa ſubſtantia vini, quæ iterum poteſt integraliter ſeparari adhibito calore externo, qui ipſum ſpiritum ſua ipſa naturam volatilem ſuſcitet ad ſui ſeparationem. Hic ſpiritus iam notus eſt lippis & tonſoribus, eius virtus tamen & proprietas, & mira ac ſtupenda efficacia, & energia paucis nota eſt, & manifeſta, eo enim ipſo mediante Sal fixum volatile fieri poteſt, & ita cum ipſo Sale fixo vniri, & vinculari poteſt, vt nunquam amplius ſeparari poſſint, vnde arcana mira fieri poſſunt, & facta ſuntapud antiquos, puta

Spiritus ex aſtris in aërem deſcendit.

Vinum cur ebulliat.

Quid ſpiritu vini & ſale ſuo fixo vnitis fieri poteſt.

Lampades perennes vt fiant.

puta lampadum perennium, quæ lucent & radiant, curatio morborum fere omnium. Nam quod vix curentur febres continuæ & interpolatæ, hecticæ & quartanæ ac peſtilentes, hoc dependet ex defectu remedij adæquati; quod non poſſit ſubigi & alterari à calore noſtro, & quod ſit eiuſdem ſubſtantiæ cum calido innato noſtro, & ſic ſine læſione peruadat omnes partes corporis noſtri, fouendo calidũ innatum cuiuſcumque partis & reſerando earumdem partium obſtructiones omnes, & euacuando per inſenſilem tranſpirationem, per vrinas & ſudores omne illud, quod calidum noſtrum mutatum infeſtat & ad ſui ipſius ruinam excitat, dum excandeſcit ad ſeparationem excrementorum ſuorum, ſpiritus ergo ille ſolus eſt in rerum natura, cuius ope & miniſterio miranda & ſtupenda patrari poſſunt modo acuatur cum ſale ſuo & vniatur cum ipſo. Datur etiam & alius volatilis ſpiritus in vegetantibus, & aliis rebus omnibus, qui in ipſo vino potentius & copioſius latitat, quàm in reliquis vegetantium ſuccis, & ſic quidem ſpiritus latitat in tartaro vini, ac tartaro ſuccorum vegetantium, qui quidem ſpiritus extrahetur ſola ſimplici huius tartari diſtillatione. Exhalatur enim quædam aquæ acida quæ ſtrias facit velut aqua ardens, hæc eſt ſpiritus acidus tartari, quæ ſi ſeparetur ab omni flegmate

In tartaro vini latitat etiam ſpiritus.

aquoſo, & acuetur Sale volatili ſummum ac potentiſſimum eſſe arcanum in curandis morbis tartareis omnibus, qui omnium morborum difficilimi curatu ſunt, cùm non reperiantur medicamenta, quæ poſt primam ſtomachi digeſtionem illæſa permaneant & totum corpus ſuáſque regiones omnes peruadant, vt hoſtiles morborũ horum focos & fomites deſtruere queant. Hic ſpiritus acidus, eſt ſalis eſurini pars volatilis, quæ naturam omnem fouet & conſeruat, illique virtutem & energiam condonat ſe ab hoſtibus ſuis tutandi & conſeruandi & ſe prorogandi, vnde naturæ noſtræ à morbis & cauſis morbificis profligatæ eſt ſummum auxilium, cùm deſtruat hoſtes naturæ, eoſque diſſoluat & in alienam tranſmutet eſſentiam quæ inimica naturæ noſtræ tantopere non eſt, vnde facili via inde per excretricem facultatem foras eiicitur, cùm non tam potenter reſiſtat ac antea, iam priùs ab iſta auxiliatrici natura deuicta. Iſtis ergo ſpirituoſis ſubſtantiis, quę in vegetantium ſuccis poſt fermentationem eorum & naturalem ebullitionem reperiri ſolent, egent ſummopere chymici, vt ſolutionem chymicam vegetantium perficere poſsint, vt calidum innatum & humidum radicale vegetantium habere queant purum putum, in quo ſolo conſiſtit virtus & energia vegetabilium omnium. Ha-

Acida ſpirituoſa hæc ſubſtantia eſt verus ſpiritus, nam aqua ardens eſt potius oleum vini quàm ſpiritus.

betur autem hæc ſpirituoſa vegetantium ſubſtantia modo & via ſequenti, exprimitur ſuccus vegetantium torculari aliquo, & expreſſus ſuccus magna in copia deponitur ad deferuendum ſeu fermentandum per ſe in cella vinaria in dolio optime clauſo, & poſtquam deferbuerit ſeu fermentatus fuerit ponitur ad diſtillandum leniſſimo calore, & quicquid ſtrias facit colligendum eſt, hoc tamen non eſt ſpiritus ſeu oleum vini, datur alius ſpiritus acetoſus qui in tartaro latet, & qui poſt hoc oleum extrahitur, qui ab excrementis ſuis aquoſis & aliis omnibus vindicatus ſolutionem vegetantium facit, & extrahit eorū veras omniū eſſentias & quidditates, eoque ſolo ſpiritu vel puro, vel impuro cum ſuo phlegmate coniuncto, & cum paruo ſucco eiuſdem ſpeciei vegetantis copulato citiſſime fermentatur ſuccus & ebullit, & ſic copioſus extrahitur ſpiritus vegetantium, qui tunc temporis poteſt depurari perquamoptime & Sali fuſo & volatili eiuſdem ſpeciei coniungi & vincułari, & ſic perfectum & abſolutum vegetantis ex quo extrahitur, perficitur arcanum potentiſſimum, cuius doſis eſt grana decem in ſpiritu ſimplici vegetantis eiuſdem ſpeciei, vel in aqua ſtillatitia ſua. At in ſpiritu, eſt majoris virtutis & efficaciæ, quàm in aqua ſimplici ſtillatitia ſua, quòd illa aqua nihil fere habeat virtutis

vegetantis ex quo extrahitur, cùm non ſit de eſſentia & natura vegetantis, ſed tantum eſt pars aquoſa alimenti vegetantis, quod quidem non ſit adhuc mutatum in partes ſubſtantiales vegetantis, non adhuc eſt pars eius & perinde nihil habere poteſt virtutis, & energiæ vegetantis illius ex quo extrahitur, vnde colligitur quam vanæ ſint & fruſtraneæ aquæ pharmacopolarum, quibus vtuntur medici ad curandos morbos, & hæc ſufficiant de ſolutione vegetantium cum ſoluente ſpiritu acido, ſale ſuo acuto & acri acuminato. De ſolutione autem cum ſpiritu acido, & Sale ſuo itidem acido iam nobis dicendum, eſt ergo adhuc in vegetantibus ſuccis ſpiritus alius acidus, qui quidem poteſt extrahi beneficio aquæ illius alimentariæ de qua iam dictum eſt: hic autem ſpiritus acidus, habet radicem ſuam in Sale eſurino quodam acetoſo, qui adhuc latitat in magmate ſuccorum vegetantium. Et hæc extractio huius ſpiritus, fieri poteſt ſequenti methodo, diſtillatur aqua, illa infertilis & aquoſa omnino vſque ad ſiccitatem magmatis reſidui, & illud diſſoluendum eſt & diluendum aqua illa alimentitia iam extracta, & leui ebullitione id peragendum, deinde omnia dum adhuc calent filtranda; vt quicquid eſt Salis volatilis, in magmate diſſoluatur, quodque iterum diſſoluendum eſt ad ſiccitatem vſque, & cum ſua

Modus extrahendi acetoſum ſpiritum ſolutionis inſtrumentũ.

iterum aqua diſſoluendum ebullitione leui, & iterum filtrandum & clarificandum, & hoc toties agendum eſt donec diſſolutum clareſcat & nitidū omnino appareat, & coaguletur in tartarum nitidum & clarum tunc temporis diſtillandus eſt tartarus ille fortiſſima diſtillatione, cum loricata optimo luto retorta, & tunc diſtillatur ſpiritus acetoſus & oleum, ſpiritus acetoſus ſeparandus eſt per infundibulum ab oleo, & ſeparatim vtrumque eſt diſtillatione multiplici rectificandum, donec vindicentur ambo ab excrementis quibus inuoluuntur, & in hac diſtillatione habetur Sal volatile vegetantis, & oleum quod continet ſulphur eiuſdem, & in fece ſeu capite mortuo, quod remanet in fundo alembici, eſt ſal fixum, quæ omnia depurata ſecundum leges pyrotechniæ, & vltimò coniuncta conſtituunt potentiſſimum vegetantium arcanum, cuius doſis eſt eadem cum ſuperiori, & eadem virtus, ſed maior & efficacior multò, propter Salis eſurini & eiuſdem ſpiritus coniunctionem, & præſentiam, ſuique ſulphuris connexionem: imo cum ſolo ſpiritu acido Salis eſurini, modo eodem Sale eſurino acuato, & fermentato, poſſunt fieri multa alia arcana, vt ſolutio auri & argenti & mercurij, quæ mira eſt & ſtupenda in morbis curandis, quod ſequenti capite fiet clarius. Hęc tamen ſolutio cum hoc ſpiritu

acido facta eſt vera ſolutio : nam cum ſpiritu ardenti vini fieri non poteſt.

De ſolutione mineralium.

Capvt X.

Difficilis mineralium ſolutio.

QVàm difficilis ſit mineralium diſſolutio, ſciunt omnes qui circa ipſam occupati fuerant, qui ſæpiſsime totum vitæ ſuæ curſum conſumpſerunt in indaganda illa ſolutione , nihilominus tamen nunquam ipſam nouerant, nec ſoluentis eſſentiam & materiam vnquam intellexerunt, nec nimis viderunt, eo quod cum humido radicali mineralium fieri habeat, illud tamen humidum radicale cum in omnibus mineralibus & metallicis corporibus inſit & reperiatur, cum ſolum ab ipſo ſolo mineralium eſſe & metallorum dependeat , nihilominus tamen ab omnibus cognoſci non poteſt, nec vllo pacto comprehendi, etſi fundantur & liquentur metalla in igne ab ipſo humido radicali , & conſeruentur illæſa in ipſo igne , nihilominus tamen, inquam, non poteſt comprehendi quid ſit illud humidum : & quia illud apud chymicos omnes antiquos & recentes dicitur & nuncupatur mercurius & argentũ viuum, non poſſunt aliud ſibi imaginari quam vulgarem illum mercurium & argentum viuum commune & vulgare, quod

Argentũ viuum cõmune non eſt humidũ radicale metallicũ.

palàm diuenditur, quod quidem continet ſuum argentum viuum & humidum radicale ſuum, de quo non eſt ſermo, quod argentum illud viuum, quod continetur in argento viuo communi & vulgari, non ſit argentum viuum neceſſarium arti noſtræ & ſolutioni faciendæ, cum illud ſit indiuiduatum quid & volatile nimis & fugax, & ſulphure corruptibili infectum, noſtrum vero argentum viuum non eſt adhuc indiuiduatum, ſed commune omnibus naturæ generibus, quo ſolo indigemus ad faciendam noſtram ſolutionem arcanis chymicis peragendis neceſſariam, volatile quidem partim eſt, ſed partim eſt fixiſſimæ ſubſtantiæ, vnde facili via manet in igne & gaudet in ipſo & eſt vera & legitima Salamandra antiquorum, viuens in ipſo igne, & perſeuerans, cuius ſanguis igne coctus, & perfectus theriaca vera eſt morborum omnium: cùm tamen in omnibus mineralibus & metallis reperiatur hoc humidum radicale imo & in omnibus naturæ rebus vegetantibus, & animantibus; nihilominus tamen arti noſtræ & ſolutioni faciendæ eſt omnino inutile, propter ſui indiuiduationem quam recepit in omnibus nature generibus mixtis, ineſt tamen ſubiectum aliquod in terra ipſa concluſum non adhuc indiuiduatum, in quo quidem ſubiecto, copioſum admodum eſt illud humidum radicale, no-

Salamandra antiquorum qualis & quæ ſit.

Datur in terra ſubiectum in quo abundat humidum radicale metallicum.

bis ſolum vtile, omnibus notum eſt, & cognoſcunt omnes, & tamen tale, & ad quid inſeruire poſſet, pauci admodum ſunt qui illud cognoſcant, & extrahere ſciant. Eſt enim lapis noſter, qui tamen non vere lapis eſt, ſed potius terra quædam ſalinoſa, pinguis, in cuius centro latitat oceanus verus & vniuerſalis totius naturæ ex quo ſeparatus eſt oceanus externus viſibilis & nauigabilis, alius vero eſt inuiſibilis totam terram occupans ſuiſque poris, poriſque aëris inuiſibiliter incluſus, vnde verè & legitimè vocatur ab ipſis Philoſophis aqua Oceani, aqua vitæ, quòd omnibus rebus inſeruiat ad vitam & eſſe earum conſeruandum, non tamen eſt aqua communis, & vulgaris alicuius ſcaturiginis, ſed craſſa quædam aqua Salinoſa, atque ſicca quæ manus non humectat, nec tamen eſt Sal communis qui terræ ineſt & aquæ, ſed eſt alius ex quo ſal commune, & nitrum, & alia omnia Salia habent originem, in quo ſolo ignis naturæ, & verum ſulphur mercuriuſq; & Sal Sapientum & naturæ reperiuntur, eſtque craſſa pituiroſaque quædam aqua, è ſalinoſa terræ pinguedine ortum habens, igne plena, mercurio & Sale, vnde terna dicitur hæc ſubſtantia, & vna, cum hæc tria vnum quid in compoſitione naturali conſtituant.

Vera deſcriptio mecurij Philoſophorum & humidi radicalis metallici.

Ex omnibus autem aliis trium generum

rebus, ſiue ſint ex genere animalium, ſiue ex genere vegetantium, ſiue ex genere mineralium & metallorum, non poteſt educi hæc ſubſtantia quamuis his inſit propter eius indiuiduationem quam in vnoquoque genere ſuſcepit, in qua indiuiduatione particularem indiuidui ſui induit virtutem & indolem, cuius fermento, omnem communem naturam, & cum rebus omnibus conuenientiam exuit, & ſic non eſt aptus mercurius ille ſeu humidum illud radicale ad genera omnia, ſed eſt quid particulare ad ſpeciem tantum illam, in qua & ſub qua indiuiduum illud collocatur, vnde arcanum quod inde paratur non generale quid eſt, ſed quid particulare. Lapis autem Philoſophorum ex ſententia omnium & ex veritate ipſa eſt arcanum generaliſſimum continens in ſe vim & proprietatem perficiendi res omnes qualeſcunque ſint. Ex ſubiecto ergo generaliſſimo extrahi debet, quod nullatenus indiuidualitatem patiatur ſub mixto alicuius generis, ergo ex nullo metallo, nec ex vllo minerali, nec ex vllo animali, nec item ex vllo vegetanti educi poteſt, ergo ſupereſt, vt ex ſolo ſubiecto ſupradicto confuſo & hyleali, vbi confuſa ſunt elementa omnia & principia rerum omnium, eliciatur. Illud autem ſubiectum ex quo extrahitur illud generale humidum radicale verum commune & vniuerſale

Ex quo educatur mercurius verus.

rerum omnium alimentum, eſſe commune & vniuerſale quid, rebus omnibus conueniens inde colligitur: Quod natura vna & ſimplex, ex multis ac diuerſis compoſita, non poteſt eſſe vna & ſimplex quin multiplicia illa ac diuerſa ex quibus componitur fiant & redigantur in vnum, vt videre eſt in homine qui etſi componatur ex diuerſis, illa omnia tamen rediguntur in vnum quid & ſimplex, nempe in vnum homogeneum ſimplexque ſemen, ex quo diuerſa omnia ex quibus componitur homo fiunt & componuntur, item nutritur ex diuerſis alimentis, quæ tamen non ſunt alimenta quandiu varia & diſtincta, ſunt, ſed poſtquam conuerſa ſunt in vnum & vltimum homogeneum alimentum ex quo partes illæ diuerſæ & diſtinctæ omnes nutriuntur & conſeruantur. Sic pariter fit in macrocoſmo & vniuerſali natura: cœlum & planetæ omnes cum ſtellis variis ac diſtinctis, & quatuor elementa, ex quibus componitur natura nutritur & conſeruatur, fiunt quid vnum & ſimplex, & deponunt pluralitatem illam & diuerſitatem, vt fiant vna & ſimplex natura homogenea. Cœlum enim omne, quod ſui eſt, deponit in elementa, & elementa omnia quidquid habent virtutis & energiæ, cum ſemine ſuo deponunt in centrum terræ, quod eſt centrum naturæ, vbi digeritur illud omne & coquitur, & coctione ac di-

Qua ratione fiat ſpiritus mundi ſeu media natura.

Centrum terræ eſt centrum naturæ.

geſtione illa deponit pluralitatem illam & conuertitur in alimentum vnum & ſimplex ac vltimum rerum omnium, quod quidem alimentum vltimum, vt res omnes naturales eo nutriri queant, neceſſarium omnino eſt, vt habeat virtutes & proprietates rerum omnium, & proinde neceſſarium omnino eſt, vt ſit quid vniuerſale & commune rebus omnibus naturalibus, & tamen ſit quid ſimplex, & vnum homogeneum: vt clarum eſt in omnibus naturæ mixtis, tum vegetantibus animalibus & mineralibus, quæ vt nutriantur & conſeruentur in eſſe ſuo, alimenti ſui digeſtione & coctione alimentum qualecunque ſit neceſſe eſt vt conuertatur in vnum & ſimplex homogeneum alimentum, vt partes eo nutriri queant & conſeruari, alioquin ſi in ſua heterogeneïtate perſiſteret, partem ſimilarem & homogeneam nutrire & conſeruare non poſſet, oportet ergo vt deponat heterogeneïtatem omnem, & induat homogeneïtatem ſimplicem, vt partes homogeneæ & ſimplices eo nutriri & conſeruari poſſint, ſimilibus enim & homogeneïs fit nutritio & conſeruatio rerum. Datur ergo in rerum natura, alimentum vnum & homogeneum & ſimplex, ex quo partes omnes vniuerſæ naturæ nutriuntur & conſeruantur. Quod quidem alimentum nullibi reperiri poteſt, quàm in ſola terra, vbi vir-

Spiritus naturæ eſt quid ſimplex.

Alimentum verum omnium eſt vnicum & ſimplex.

tutes cœleſtes omnes & elementares confluunt, ibique digeruntur & coquuntur in illud alimentum, quod philoſophi antiqui hermetici mercurium dixerunt calidum innatum, & humidum primigenium rerum omnium, quod quidem cum ignem naturæ contineat, ſulphur dixerunt incombuſtibile & viuum, & animam mundi, & cum contineat pabulum & radicalem humorem illius ignis naturalis & viui, dixerant mercurium & humidum radicale, & cum contineat etiam ſiccitatem quandam & duritiem beneficio cuius videtur & palpatur, Sal dixerunt Sapientum, & centrale naturæ. Et hæc tria vnum conſtituunt homogeneum & ſimplex quod nos meliori Titulo alimentum vniuerſale rerum omnium, dicere poſſumus. Quod quidem vt habere valeamus ipſum purum putum, ſequenti methodo, inſiſtendum eſt, ad perficiendam ſolutionem noſtram mineralium & metallorum. Accipienda eſt ergo terra nuda & ſimplex ſpiritu cœleſti & elementari imprægnata & turgida, eſtque terra pinguis & argilloſa, quam Galli vocant Marus, Latini Margam, qua vtuntur Galli & Britanni, ad agros ſtercorandos, fœcundat enim copioſiſſimè agros infœcundos & ſteriles, propter ſpiritum fertilitatis quo turget, eſt alba, rubra, ruffa, & cinerea. At alba & rubra præſtat omnibus, accipienda eſt

Varia nomina ſpiritus mundi.

Vide Plin. lib. 17. c. 6. 7. & 8.

terra illa & diluenda eſt rore maiali, vt Sal illius diſſoluatur in ipſo rore, deinde poſtquam guſtu percipitur rorem imprægnatum eſſe copioſo illo Sale acido putrefaciendus eſt ros ille imprægnatus in vaſe vitreo optimè clauſo in fimo equino per quadraginta dies his tranſactis diſtillandus eſt liquor leuiſſimo calore, ad ſpiſſitudinem mellis, & per cohobationes varias & multiplices diſſoluendum eſt illud quod in fundo remanet, & filtrandum & feces omnes filtrandę ſunt & cuſtodiendæ, vt calcinari poſſint tandem cum capite mortuo. Et poſt ſubtractionem, & clarificationem, diſtillare oportet, ad ſpiſſitudinem mellis vſque, & tandiu hoc iterandum eſt, donec clarum & limpdium maneat in fundo, ſal illud facilè vt cera fluens, acidum hoc tandem demum diſſoluendum cum ſpiritu vini optime rectificato, & per diſtillationem leuem abſtrahendus eſt vini ſpiritus, & hæc ſolutio cum ſpiritu vini multoties eſt iteranda, donec candidiſſimum habeas Sal fluens & fundens vt cera, tunc temporis præparata eſt natura tua, vt ex illa cor ſuum & animam ſeu ſpiritum extrahas, & hoc ſola ſimplici diſtillatione per alembicum aut retortam in cineribus fieri poteſt, hæc conſeruanda ſunt & cuſtodienda ad rectificationem, ſunt enim rectificanda ſepties antequam iungantur ſali fixo, quod qui-

Modus extrahendi ſal in quo latet ſpiritus acidus totius ſolutionis, inſtrumentum.

dem ex capite mortuo, & fecibus omnibus in prioribus purificationibus reſeruatis extrahi poteſt, modo calcinentur omnia aperto igne in vaſe fictili, & deinde diſſoluantur rore antea ſæpius diſtillato ad purificationem illius, & bulliant ſimul, & deinde filtrentur, & clarificentur & diſtillentur donec omnino candidetur Sal & diſſoluatur ſine fecibus vllis, quod quidem tunc temporis eſt diſſoluendū cum ſpiritu vini, & abſtrahendus eſt ſpiritus vini ab ipſo Sale fixo ter aut quater donec omnino diſſoluatur Sal in ſpiritu vini ſine fecibus vllis. Tunc temporis abſtrahendus eſt per diſtillationem ſpiritus vini & optime deſiccādus eſt Sal iſte, & cum ſuo rectificato ſpiritu priùs extracto & anima eſt coniungendus, & tunc temporis vniuntur verè, & coniunguntur ſoluitur tunc temporis corpus & congelatur ſpiritus, & conſtituunt ambo aquam ſiccam manus non madefacientem, mercurium verum philoſophicum ex quo immediatè metalla in venis terrę producuntur, & quamuis natura non ita purificet hanc materiam, quia non vtitur ſpiritu vini, cum non habeat ipſum in intimis cellariis ſuis, & thalamis, nihilominus tamen vtitur ſpiritu roris cuius ſolius beneficio hæc ſubſtantia ad perfectionem exaltari poteſt. Tunc temporis huic mercurio ſeu humido radicali metallico, connectendum eſt aurum purum putum nullo pacto alteratum in

puluerem tenuiſſimum redactum ad decimam tantùm partem & hoc omne includendum eſt in vaſe vitreo hermeticè clauſo, & leniſſimo Vulcano & blando, vitalem calorem cubantis gallinæ imitanti committendum eſt per nouem menſes continuos donec ſiccetur omnino hęc materia, & rubeſcat vltimo inſtar carbunculi, tunc temporis habes ſecretum ſecretorum & veriſſimum arcanum metallorum, quo ſolo lepra metallorum & hominum verè curatur. Doſis eſt granum vnum in aqua communi vel vini, ad reſtaurationem vitæ & curationem morborum omnium. Et Arcani huius virtus & energia poteſt multiplicari in infinitum, ſi diſſoluatur iterum atque iterum cum aqua ſua, & ſpiritu ſuo mercuriali, & iterum coquatur ad ſiccitatem vſque, & fixationem. Tota difficultas in præparando hoc arcano conſiſtit in præparatione & extractione Salis iſtius ex terra illa virginea quæ eſt vera mater iſtius ſalis in quo corporificatur vt ita loquar, ſpiritus mundi, qui ſolus eſt primus motor rerum omnium; & energia & efficacia totius naturæ, & ratione illius ſpiritus, Sal iſte poſſidet infinitas omnes totius naturæ virtutes, & quamuis ſit in omnibus aliis naturæ rebus, nihilominùs copioſior eſt in iſta terra, in centro cuius calore ſuo innato producit Salem iſtum, qui antea purus ſpiritus &

Quæ diximus de marga eſt ad occultandam verum noſtri Salis terram & materiam.

ſubſtantia omnino inuiſibilis, fit in ipſa terra verum & ſolidum corpus, nempe Sal qui continet in ſe reliqua duo rerum principia, nempe mercurium & ſulphur: ſulphur eſt calidum innatum Salis illius, & mercurius eſt humiditas radicalis ipſius & Salis, & Sal dicitur corpus illud viſibile terreum diaphanũ quod humido ſoluitur, & calido tenui congelatur, in hoc ergo corpore Salis, qui in terra illa virginea reperitur, ſunt tria rerum principia ſimul vnita & coniuncta vt in cæteris omnibus totius naturæ compoſitis, in hoc autem potiſſimum elucet præ aliis omnibus ſpiritus mundi, ratione cuius hic Sal eſt eligendus ad ſpiritum noſtrum eliciendum cuius ope, & miniſterio ſolutio noſtra mineralium commodè fit & alio quouis modo, fieri non poteſt, cùm alia omnia naturæ mixta non tantum poſſideant ſpiritus mundi, nec adhuc ſit indiuiduatus ipſemet ſpiritus in ipſomet Sale. In hoc ergo Sale tantum fuſibili quærendum eſt, quidquid exoptatur, ad ſolutionem chymicam noſtram mineralium perficiendam & abſoluendam, ſed cogita qualiſnam ſit terra illa pinguis ex qua extrahi debeat & Sal & ſpiritus acidus eius, & magnus eris Apollo.

De putrefactione rerum in genere.

Capvt XI.

IN arcanis chymicis peragendis, tanti eſt momenti putrefactio, vt ſine eâ perfici nullatenus poſſint. Animalia ſiquidē, neque vegetantia vlla, nec minus mineralia, poſſunt vllo modo depurari & ab excrementis ſuis, quibus ſcatent, vindicari, quin putrefiant priùs: Putrefactio enim ſeparat ac diuidit res homogeneas ab heterogeneis, excrementaque, quæ in compoſitione rerum ex impuritate elementorum exorta ſunt, perfectiſſimè diuidit, ac ſeparatim deponit, vnde à philoſophis antiquis chymicis diuiſio dicitur ac ſeparatio, mortificatio atque corruptio, eo quòd in putrefactione rerum, ea quæ ſeparantur ac diuiduntur mortificantur omnino & corrumpuntur, ſeparata enim ac diuiſa, ſpiritu vitali & æthereo priuantur, vnde mors eorum, cùm ſpiritu illo, vitæ veræ vero fonte & ſcaturigine, denudentur. Vnde ſolent definere chymici philoſophi putrefactionem, humidi radicalis & calidi innati rerum omnium, ab omnibus ſuis excrementis, quibus ſcatet ex prima elementorum mixtione, ſeparationem ac diuiſionem. Præcipuus enim chymiæ ſcopus & finis, eſt purificatio calidi innati &

Putrefactionis virtus & energia.

Putrefactio quid propriè ſit.

E

humidi primigenij rerum omnium. Non poteſt autem calidum innatum & humidum primigenium ritè & optimè depurari, quin ſeparetur ab excrementis elementorum ſuorum quibus ſcatet. Separatio autem illa excrementorum non poteſt fieri ſine putrefactione, nec ſpiritus vitæ ipſius poteſt vllo pacto agere, vt ſeipſum ſpoliet & vindicet ab excrementis quibus ſcatet, niſi corpus ſuum, in quo latitat, putreſcat & corrumpatur, teſtante ipſomet Chriſto Ieſu noſtro Redemptore, qui cùm verus Deus & verus homo ſit, naturam omnem, quã vt Deus creauit propter ipſum hominem, perfectiſſimè cognouit. Dixit ergo Chriſtus niſi granum mortuum fuerit & corruptum, ipſum ſolum manet, hoc eſt niſi corpora rerum putrefiant & corrumpantur, vt ſeparetur eorum ſpiritus & vindicetur ab excrementis ſuis;nullam de ſe dant germinationem & multiplicationem, quia ſolus eſt ſpiritus vitæ, qui ſeparatur à corpore ſuo, & depuratur ab excrementis ſuis,& corpori iterum ſuo puro vnitus germinationem & multiplicationẽ ex ſeipſo promit,vt quamplurimi chymicorũ viderunt ipsâmet experiẽtiâ, Sales vegetabilium optimè depuratos & ſpiritu ſuo vegetabili imprẹgnatos,terræ creditos & mãdatos germinare ac pullulare, & fructus ferre eiuſdem ſpeciei ex qua fuerunt extracti,imo & in phiala vitrea ampla in-

Germinatio, & multiplicatio eſt à ſpiritu.

cluſos, & hermeticè clauſos leuiſſimo calore tepefactos exſurgere in arbores & flores miros flore & foliis viridantibus exornatas, quod capite de vegetantium putrefactione, qua ratione & quâ methodo id fieri poſſit, clariſſimè oſtendemus. Sed hæc leuiſſimi momenti ſunt in putrefactione rerum, in ea enim latet aliquid aliud maioris multò ponderis quàm germinatio hæc vegetantium, quæ vulgaribus tantùm hominibus eſt admirationi, qui tantum mirãtur quæ ignorant: at ſcientibus & philoſophis veris hæc non ſunt admirationi, quòd videant & ſciant longè plura ac maiora, pretioſioriſque momenti in natura ipſa latitare, & occulta eſſe, quæ ab ipſis poſſunt fieri manifeſta, vt apparet in hacce rerum omnium putrefactione, quæ ſi ritè fiat, virtus ſtupenda & certè mirabilior multò germinatione & pullulatione illa, quam vulgus admiratur hinc exſurgit. Nam perfecta & abſoluta rerum omnium perfectio hinc deſcendet, quæ conſiſtit in ſanitate perfecta, & prolongatione vitæ vltra terminos communes & vulgares, cum tranſmutatione rerum omnium imperfectarum in perfectas & omnibus in partibus abſolutas, hinc cura perfectiſſima omnium morborum dependet, & tranſmutatio metallorum imperfectorum in perfecta metalla, & lapidum triualium in lapides pretioſos, & mallea-

Mira dependent ex putrefactione chymica.

tio ipſius vitri, originem ducit, & tranſmutatio ſterilium hominum & animalium omnium & vegetantium in fœcundos conſiſtit, & longiſſima & fauſta hinc vita dependet, quod multò eſt pullulatione & germinatione nobilius & præſtantius, hæc ergo naturæ miracula & ſtupenda dependēt, ex putrefactione chymica ritè celebrata, quæ fieri habet dum ſuccus naturalis & innatus humor rerum omnium copioſus contunditur cum corpore ſuo, & permiſcetur optimè, veluti in vino & cereuiſia fit. contunduntur pyra, poma & racemi, & clauduntur omnia cum eorum ſuccis naturalibus in ſuis vaſis, & in cellis reponuntur vt ebulliant & ferueant: & ebullitio & feruor ille parit noſtram putrefactionem. Nam tunc temporis putreſcit & corrumpitur racemus & pomum, & generatur ex illa corruptione vinũ & cereuiſia, & ſine illa racemorũ & pomorũ cortuptione nullo pacto vnquam produceretur vinũ & cereuiſia, nec partes heterogeneę ſepararentur ab homogeneis, vnde nec vini ſpiritus haberetur, nec Sal ſuũ fixũ & volatile cũ eorũ tinctura & ſulphure radicali vllo pacto extraherentur, in quibus ſolis puris factis & ab omnibus excrementis vindicatis & deinde vnitis conſiſtit renouatio vini cuiuſuis impuri, in perfectiſſimum vinum, imo guttula huius arcani in cyathum vnum aquę communis & lauda-

Putrefactio chymica vt fiat.

ti fontis iniecta conuertit & mutat in vinum optimum, aut ſaltem imponit qualitates & ſubſtantiam puram & laudatam vini optimi in aquam ipſam, vt appareat vinum optimum, vt clariſſime videbitur capite de vegetantium putrefactione, poſtquam putrefactionem particularem animantium patefecerimus.

Aqua qua via fieri poteſt vinum.

De putrefactione animantium. Capvt XII.

QVICQVID eſt in corpore humano, (excepta anima rationali, quę diuerſę eſt indolis ab ipſomet ſuo corpore) quod actuat & informat eſt totum alterabile & mutabile vt apparet ipsâmet experientiâ. Nam poſt mortē ipſius hominis, quæ ſola conſiſtit in ſeparatione ipſius animæ rationalis ab ipſomet corpore, ipſummet corpus cadauer tunc temporis factum, eſt totum mutabile & alterabile, & ſponte ſua corrumpitur: hæc autem ſpontanea animantium omnium, & ipſius corporis humani corruptio, originem habet ex diſſceſſione & ſeparatione prioris formæ, quę dum diſcedit & ſeparatur à corpore ſuo, ſtatim introducitur alteratio quædam & mutatio, quæ diſponit materiam hanc ad aliam formam ſuſcipiendam, hæc autem alteratio & mutatio in cadaueribus omnibus fit ab interno aliquo agente, quod

Corpus humanum ex ſeipſo corruptibile eſt.

cadaueribus ineſt, & nunquam ea relinquit, donec nouam formam ſibi propriam & peculiarem in ipſam materiam putrentem introduxerit, hoc autem agens internum & intimum materiæ putrentis eſt cœli & elementorum reliquorum; quæ corpus fecerunt, ſubtile quid & puriſſimum, quod eſt principium motus & quietis in rebus omnibus, & dicitur ſpiritus naturæ, & cum natura ipſa ſæpiſſimè confunditur, quamuis differant omnino, natura & ipſius ſpiritus. Natura ſiquidem eſt actus primus ipſius motus & quietis, primum & immediatum ſubiectum ex quo oritur motus & quies: ſpiritus verò eſt ſecundus actus & mediatum ſubiectum, ex quo motus & quies oriuntur. Eſt enim ſpiritus inſtrumentum naturæ, quo ſolo vtitur natura ad agendum, non poſſet enim natura vllo pacto agere, cùm ſit omnino cœleſtis ſpiritualiſque ſubſtantia, niſi haberet inſtrumentũ illud, quod eſt media ſubſtantia, cœleſtis puta, & elementaris, beneficio cuius agere poteſt in ipſa elementa, & ex ipſis infinita cõponere, ſola ipſiuſmet ſpiritus actione, vnde ſpiritus dicitur media natura, & natura dicitur abſoluta & pura natura, & eſt vera anima & forma rerũ omniũ, ſpiritus verò eſt ipſius animæ & formæ inſtrumentum & organum, quo anima & forma vtitur ad agendum. In putrefactione animalium facienda, neceſſarius om-

Corruptio & alteratio in rebus omnibus vnde fit.

Natura ipſa & ſpiritus vt differant.

Spiritus vnde media natura dicatur.

nino eſt ſpiritus ipſorum animalium, & non anima ipſorum vllo pacto eſt neceſſaria, quocirca neceſſe omnino erat hunc ſpiritum notum facere, chymiæ candidatis, alioquin facere non poſſent animalium putrefactionem, quæ tanti eſt momenti in arcanis animalium faciendis, vt abſque ipſa peragi ac perfici nullo modo poſſint, hic ergo ſpiritus omnino eſt neceſſarius in putrefactione animalium peragenda, & reſidet potiſſimùm hic ſpiritus in humido radicali animalium, & ſæpè ſæpius ab Alchymiæ patribus confunditur cum calido innato, quia ipſamet anima & forma rerum reſidet in calido ipſo innato rerum, quod eſt ſal fixum cuiuſcumque rei, vt humidum radicale, eſt Sal volatile, in quo potiſſimum elucet ac floret ſpiritus rerum omnium. Hæc duo Sal fixum & Sal volatile cum eorum tinctura ſeu ſulphure & oleo, quod eſt tertium in compoſitione & mixtione rerum ſunt omnino neceſſaria ad putrefactionem faciendam, non enim ſeparanda ſunt priuſquam ſimul putruerint: nam quamuis ſimul ſint in corpore illo, quod putrefactionem patitur, nihilominus tamen in putrefactione ſeparantur ab inuicem, vt deinde per diſtillationem, poſtquam putruerint, ſeparari poſſint. Vnde putrefactio animalium, de qua iam eſt ſermo, ſic definiri poteſt, vt eius efficacia ab Alchymiæ candidatis inde dignoſci

Spiritus naturæ cur cognoſcendus.

Vbinam reſideat ſpiritus animalis.

Putrefactio quid ſit.

poſſit. Putrefactio eſt in animantibus partium, ex quibus componuntur animalia, ſeparatio naturalis, quæ à ſpiritu animali ſeu humido radicali & ſale volatili peragitur, vt à partibus heterogeneis & excrementitiis vindicari & ſpoliari poſſint. Dixi putrefactionem eſſe ſeparationem naturalẽ partium homogenearũ ab heterogeneis, quòd hæc putrefactio fiat ſponte naturæ, & ſui ſpiritus naturali inclinatione, vt compoſitionem naturalem tandem fortiſſimam & durabiliorem inüeniat, in qua quieſcere queat. Facit enim ſpiritus naturæ, has ſeparationes & rerum putrefactiones, ad generationem nouam inde moliendam priori perenniorem & durabiliorem multò, cùm in hac putrefactione & ſepatione heterogenea ſeparentur ab homogeneis, impuráque à puris mixtionis & compoſitionis ſubſtantiis, quæ dum vnita ſunt & permixta per eundem ſpiritum, potentiſſimam hinc inde propter puritatem partium vnitam obtinent mixtionem & compoſitionem, & proinde priori mixtione durabiliorem. Vt ergo ſpiritus naturæ durabiliores & fortiores nanciſcatur rerum mixtiones & compoſitiones, putrefactiones has generat, & molitur ac ſuſcitat, tanquam generationum nouarum noua primordia: non poteſt enim noua generatio fieri quin præcedat noua putrefactio, cùm hæc ſit principium generationis, vnde

rite diximus ſeparationem illam partium purarum ab impuris, quæ in putrefactione celebratur & ſuſcitatur à ſpiritu naturæ, verè eſſe naturalem, cùm fiat à cauſa naturali, nempe à ſpiritu naturæ, & propter generationem & compoſitionem nouam, quæ merè eſt naturalis. Quali autem methodo fiat, & via chymica hæc animaliũ putrefactio ſuperioribus in capitulis de calcinatione animalium, & eorũ ſolutione, iam ſufficienter diximus & patefecimns, ideò ad putrefactionẽ vegetantium declarandam iam procedendum eſt.

De putrefactione vegetantium. Capvt XIII.

PVtrefactio vegetantium ſolet fieri in arcanis vegetantium eliciendis, arte pyrotechnica, vt purum vegetantium calidum innatum, & humidum radicale haberi poſſit vindicatum ab omnibus heterogeneis ſuis excrementis, quæ actionem calidi innati & humidi radicalis obtundunt ac obumbrant. Putrefactio autem cum fiat per ſeparationem puri ab impuro, impurum non poteſt ſeparari ab ipſo puro, quin purum eluceſcat in ſua virtute & nobilitatė, qua autem ratione & via, putrefactio ſeparet partes impuras à puris id adeptis philoſophis eſt apertum, per putrefactionis vegetantium definitio-

Putrefactio qua uia ſeparet purum ab impuro.

nem, quæ cùm ſit calidi innati & humidi radicalis vegetantium ab omnibus excrementis, quibus ſcatent ex prima elementorum ſuorum mixtione, ſeparatio ac diuiſio, à ſpiritu vitali facta: ſpiritus enim vitæ facit hanc diuiſionem cùm nunquam moriatur verè & propriè, cùm radicatam in ſe habeat lucem ſeu vitam quæ ipſum ſemper comitatur, vnde nihil verè in rerum natura moritur, cùm in ſe vitam radicatam habeat, quod quidem nouit Hippocrates lib.1.de diæta: nihil, inquit, fit, quod prius non erat, neque quicquam perit, ſed permixta & diſcreta alterantur: homines verò arbitrantur, hoc ex orco in lucem auctum generari, illud verò ex luce in orcum imminutum perire ac corrumpi: Animalia ſunt tam illa quàm hæc, nec vllum animal mori poteſt, niſi vniuerſa pariter corruant, vnde enim morerentur? neque quod non eſt generatur, cùm non ſit vnde generetur. Ex doctiſſimis his verbis ac ſententiis Hippocratis clarum & apertum eſt ſpiritum vitæ res omnes vniuerſæ naturæ agitare & commouere, ratione cuius nihil reperiri poſſe in rerum ſerie, quod verè moriatur ac deſumatur, ſed tantùm alterari, permiſceri, putrefieri, & generari iteratis & repetitis multis vicibus, vt ſic rerum ordo naturalis propagetur, hoc meditantes philoſophi adepti, & peracuta mentis acie penetrantes, excogi-

Mixta qua via reſuſcitentur.

tatunt chymiæ artis operationibus vulcano operante, mixta omnia reſuſcitare ac renouare in nouum naturæ ordinem virtutibus ac proprietatibus inſigniorem ac lucidiorem quam antea, quòd ſpiritus vitæ ſeu lucis in hiſce reſuſcitatis mixtis, & renouatis compoſitionibus lucidior multò ac fortior & potentior incluſus eſſet, quàm in prioribus naturæ compoſitionibus. Spiritus enim lucis, cùm ex vera luce ſit, & ſubtili elementorum omnium materia, nihil aliud agere poteſt, quàm naturales & ſpontaneas actiones, & ad hoc potiſſimùm inclinantes habet virtutes & proprietates: vitales autem ſunt hæ omnes, cùm lux nihil niſi vitam producere valeat, cùm hàc niſi calorem, calor autem nil niſi vitam agat, vita ſiquidem nihil aliud eſt, quàm caloris lucidi in humido radicatio & fixatio ſeu cõiunctio, lux enim ex ſuperioribus in inferiora deſcendit & humiditatem inferiorum elementorum imprægnat & vnitur cum ipſa, ibique vt in ſuperioribus naturalem excitat motum, eſt enim lux in ſuperioribus principium motus, & ſic etiam dum lux vnita eſt, & coniuncta cum inferioribus elementis nihil aliud producere poteſt, quàm naturalem & ſpontaneum motum, qui per ſe vitam producit, ſic vita ſeu forma vitalis producitur in mixtis inferioribus, & præcipuè in vegetantibus: lux deſcendit cœleſtis in inferiora elemen-

Lux eſt vita & quare calorem innatum habeat.

Vita qua via producatur & in inferioribus.

ta & radicatur in ipſis, ibique motum ſuum naturalem & ſpontaneum implantat, ex quo exſurgit & elucet vitalis radius, qui forma in rebus dicitur, dans eſſe rebus ſingulis, quæ cùm variæ ac diſtinctæ ſint & ferè infinitæ in rerum ſerie, etiam radij cœleſtes infiniti ſunt ferè, qui varias diſtinctas, & ferè infinitas elementorum inferiorum partes imprægnant & informant, hinc ſemina rerum infinita, & formæ rerum innumerabiles ortum habent.

Spiritus ergo cœleſtis cùm ex ſeipſo moueat generationes omnes in rerũ ſerie, & proinde putrefactiones etiam facere neceſſe eſt, cùm nulla ſit generatio, quin putrefactio entis generandi præceſſerit, ſeparationem perinde ac diuiſionem partium heterogenearum facere etiam neceſſe eſt. Cùm ergo ſe ſeparauerit ab excrementis primæ mixtionis, quæ actionem eius ac virtutem obumbrabant, nullo pacto dubitandum eſt, quin eius virtus proprietas ac energia ſit centuplo maior quam in priori mixtione. Vnde mixta ſic renouata & regenerata, arcana dicũtur chymica, eò quòd arte chymicę artis ad tantã energiam & efficaciam fuerunt euecta, vt miraculoſa videantur mixta. Vt ergo ad tantam energiam euehantur beneficio putrefactionis chymicæ, ſic procedendum eſt.

Arcana chymica cur ſint fortiſſima.

Putrefactio in vegetantibus cur faciẽda.

Contundantur vegetabilia quæuis, & ſuccus eorum exprimatur torculari ali-

quo, expreſſus ſuccus magna in quantitate reponatur ad putrefaciendum in fimo equino, in vaſe optimè clauſo vitreo, per quadraginta dies aut ſexaginta, donec deferueat: poſtquam deferbuerit, diſtilletur ſuperpoſita cappa vitrea vaſi in quo facta eſt putrefactio, & fiat diſtillatio in balneo Mariæ, & quod ſtillat per balneum, recohobetur ter aut quater ſuper id quod remanet in fundo vaſis diſtillatorij, & fiat in ſingulis recohobationibus putrefactio per octo dies, & ſic aſcendit copioſus ſpiritus ardens & Sal volatile, quod ſi non aſcendat, fiat purificatio materiæ aſcendentis aquæ cum non aſcendente, & miſceantur ſimul & filtrentur, & poſtquam filtrata ſunt omnia, & clarificata, magma quod remanet ſuper filtrum calcinetur ad albedinem vſque, his cineribus addatur aqua quæ per balneum aſcendit, & bulliant ſimul & filtrentur, & cum per filtrum clarificata fuerint coniungantur ſimul cum aqua ſeu ſucco clarificato, qui aſcendere non potuit per balneum, deinde diſtilletur omne lento cinerum calore ad ſpiſſitudinem mellis, huic addatur & coniungatur iterum quod ſtillauerit, & iterum filtretur & clarificetur & toties hoc iteretur, donec quod remanet in fundo alembici, ſit gummi clarum & limpidum, tunc temporis forti diſtillatione pellendum eſt, omne quod fortiſſimo

calore aſcendere poterit, & tunc temporis Sal volatile & ſpiritus ardens aſcendunt & oleum, quod quidem empyreuma redolet, quod quidem oleum rectificandum eſt donec empyreuma non redoleat, in nouis retortis ſuper feces quæ remanent in fundo quæ calcinandæ ſemper ſunt in ſingulis recohobationibus olei, vt empyreuma ipſius olei remanens in fecibus diſpereat forti illa calcinatione, & ea etiam calcinatione purificetur Sal fixum, quod remanet & latet in ipſis cineribus ſeu fecibus, quod quidem eſt extrahendum ab ipſis fecibus cum aqua, quæ primo aſcendit poſt aſcenſionem ſpiritus, quod quidem ſal poſtquam erit purificatum ab omnibus ſuis excrementitiis ſubſtantiis, quæ non ſapiunt Salis indolem quod non in aquam ſoluantur, tunc temporis coniungendum eſt cum aqua ſua optimè rectificata, & poſtquam ſolutum eſt cum ipſa aqua, addendum illi eſt ſpiritus ardens ſuus, & deinde Sal volatile, & vltimò oleum, & omnia ſimul circulanda ſunt in vaſe optimè clauſo, lento calore per menſem, & ſimul agitanda bis in die donec confundantur & permiſceantur poſtquam confuſa ſunt & mixta, in balneo mariæ diſtillanda ſunt vt abſtrahatur ſuperfluum liquoris aquoſi, & remaneat tantùm gummi quoddam ſpiſſum, quod quidem quo magis coquitur eo magis etiam induratur, donec lapidis in-

duat naturam. Quod ſi hæc non eueniāt & permiſceri nolint hæ partes, poſtquā ſic purificatæ fuerint, ſignum eſt clarum & euidens, partes has non rite purificatas eſſe, quocirca iterum ſeparandæ ſunt & purificandæ, donec coniungantur, & ſimul figantur in lapidem pretioſum, qui virtutes & proprietates habet omnium vegetabilium. Nam quicquid natura poſuit & Deus in natura vegetantium, illi lapidi ineſt ſumma cum potentia, & ratio in promptu eſt, quia ſupra declarata methodo & via, vegetans qualecumque reducitur vſque ad ens primum ſeu materiam primam vegetantis naturæ, in qua materia prima, abſque dubio vllo, ineſt natura tota & abſoluta vegetantium, vnde nullo pacto dubitandum eſt, quin in tali arcano, ſint potentiſſimæ virtutes & proprietates totius naturæ vegetantis. Quod ſi in arcano mineralium id cernere experientia ipſa liceat, quid ni & in arcano vegetantium id etiam fieri neceſſe erit. Doſis huius arcani eſt, ſi ad ſummum perfectionis gradum euectum fuerit, granum vnicum, cum parum vini aut iuſculi, hæc enim arcana potentiſſima ſunt & habent fixum ignem naturæ, cuius nimia quantitas & doſis, poſſet extinguere & ſuffocare ignem noſtrum vitalem, propterea cauendum eſt in eorum doſi, maximus enim & potens ignis minorem extinguit.

Quare vegetantia ſic præparata ſint eximiæ virtutis.

Ex hoc arcano poſsūt fieri lampades perpetuo ardētes & inextinguibiles dū Sal volatile & fixum vna cum ſpiritu vniuntur in ſubſtantiam fixam.

Ex fixo iſto igne fit radiatio perennis, & ignis inextinguibilis arcananum naturæ mirum.

Et hæc de putrefactione vegetantium dicta ſufficiant, mineralium vero putrefactionem perſequamur: & arcanum mineralium vnde perfici poſſit.

De *putrefactione mineralium.*

Capvt. XIV.

Putrefactio mineralium difficilis.

DIfficilis admodum eſt putrefactio mineralium, cùm nihil ferè habeant ſecum quod putrefieri poſſit: humidum enim eorum, quod eſt putrefactionis præcipua cauſa agendo in calidum, non poteſt ſua actione calidum illud alterare, vt putrefactionem in illud introducere queat, quod calidum mineralium ſit ita igneum, & ita potens, vt reliqua cuncta mutet & alteret potiùs quàm mutetur & alteretur, nihilominus tamen chymiæ profeſſores inuenerunt artem putrefaciendi mineralia cuncta, imo & metalla ipſa, perfecta & imperfecta, quæ elementis reſiſtunt, & incorrupta permanent elementorum fortioribus actionibus. Via autem & methodus quâ metalla & mineralia cuncta ad putrefactionem reducuntur, hæc eſt, quâ potiſſimùm metalla & mineralia reducuntur in primam ſuam naturam: non poſſunt ſiquidem putrefieri abſque reductione illa, non poſſunt autem reduci vſque ad materiam primam

Metalla vt putrefiant quid agendum.

primam, niſi habeatur prima illa rerum omnium materia, quæ admodum inuentu eſt difficilima, quamuis in rebus omnibus ſingulis reperiatur, & ſine ipſa conſiſtere nequeant, cum tamen non cognoſcatur nec ſubjectum in quo reſideat notum ſit, ideo inuentu dicitur difficilima: cùm oculis noſtris nihil aliud videamus in compoſitione mixtorum quàm mixtum illud, quod ante occulos eſt, oportet autem mixta reſoluere, in ea ipſa ex quibus ortum & compoſitionem habuerunt mixta ipſa. Reſoluuntur autem dum vel ab igne artificiali & naturali, vel ab ipſa natura deſtruuntur, dum enim deſtruuntur vel ab arte, vel ab ipſa natura, abeunt in aquam & in terram, ſi quid aliud eſt, quod in deſtructione mixtorum abeat in auras illud etiam eſt terræ & aquæ, nam quod ſubtile admodum eſt in auras tranſiens, aquę & terræ remanentis ſapit ac redolet naturam & indolem, ſi quid ſit aëreæ naturæ, & igneæ in his rebus quæ euolant in deſtructione mixtorum illud idem eſt, quod in aqua & terra remanente ſubſiſtit. Nam in aqua remanente, reperitur aliquid quod aëreæ naturæ eſt, ſimilis omnino ſubſtantiæ, illi ipſi quod euaporatum eſt, & etiam in terra reperitur aliquid quod igneæ eſt indolis, ſimilis omnino ſubſtantiæ illi ipſi quod etiam euaporari potuit: hinc certiſſimum eſt in

Hæc eſt ſulphurea & mercurialis natura, nam ignis & aer non ſunt propriè elementa niſi in quantum ſulphuris & mercurij naturam redolent.

deſtructione mixtorum naturali vel artificiali, reperiri tantùm duo elementa, manifeſta, quæ alia duo latitantia in centro continent. Ergo etiam hinc inde concludere poſſumus materiam primam rerum omnium in ipſa aqua & terra latitare, cùm in reſolutione & deſtructione vltima rerum omnium reperiatur aqua & terra: quæ enim vltima ſunt in reſolutione ſunt prima in compoſitione, ex ipſomet philoſophorum omnium axiomate. Sed aqua illa & terra quæ reperiuntur in deſtructione rerum non eſt aqua ſimplex, & terra itidem non eſt ſimplex, ſed ſunt duo elementa viſibilia & palpabilia, quæ reliqua duo elementa inuiſibilia ſpiritum puta & ignem & Salem continent, ſpiritus ſiquidem in viſceribus ipſius aquæ continetur, oleum & Sal autem in terræ illius centro latitant & occultãtur. Ita vt in ipſis duobus elementis reliqua tria contineantur, imo & in vno ipſo elemento ſunt ſæpe reliqua quatuor. Nam ſæpe vnum tantùm apparet elementum, nempe aqua ſolùm, in qua ſola latitant reliqua quatuor, vel terra in qua ſola occultantur & reliqua imo etiam in ipſo ſolo elemento, quod in vltima rerum reſolutione ſuperſtes eſt, quinta eſſentia latitat, quæ eſt ſpiritus luminis & cœli, qui quidem ſpiritus reliqua quatuor elementa ſeminaliter continet, ita vt in vno illo quatuor

contineantur, & ſit vnum & quinque: ſpiritus enim luminis & cœli, qui eſt puriſſima & ſubtiliſſima luminis eſſentia, non poteſt rebus inferioribus permiſceri, & compoſitionem ipſam rerum omnium facere, niſi priùs admiſceatur ſubtiliſſimis elementorum omnium eſſentijs, & ſic in ſe habet quicquid eſt illi neceſſarium ad generationem, & productionem rerum omnium. Et cùm ſit primus motor generationis & corruptionis, ſic etiam erit vltimus reſolutor, imo & ipſummet reſolutum vltimum erit. Quocirca cùm ſit vltimum reſolutum in quod omnia reſoluuntur. Cum ipſo vltimo reſoluto, puro puto reſoluemus omnia in ipſum vltimum reſolutum.

Spiritus eſt primus motor, ſic eſt vltimus reſolutor.

Vltimum reſolutum hoc eſt vltimum reſolutionis elementum.

Itaque ſpiritus iſte cœleſtis cum puriſſimis & ſubtiliſſimis elementorum omniũ eſſentijs imprægnatus, erit vltima rerum naturâ, & cùm ſit vltima, erit etiam & prima, itaque cum prima iſta materia reducemus omnia in primam vſque materiam, quam purificatam, & ad ſupremum puritatis gradum conductam, ſola deinde coctione ad ſupremum & abſolutum perfectionis gradum ipſam conducemus, & ſic habemus Dianam ipſam ſeu naturam fonte lotam, vltima perfectione dotatam, ſic mineralium & metallorum omnium habemus primam materiam quæ aliter, aliâque viâ & methodo haberi nequit.

Et cùm ſpiritus ſit vltimum reſolutionis prima natura compoſitionem.

Diana quid ſit.

Nam quãuis ſit in metallis & mineralibus omnibus, ibi non eſt materia prima in ſuamet eſſentia ſed in metallicã ſubſtantiã & mineralẽ reducta, oportet ergo reducere ipſa metalla & mineralia in primam materiã, & non poſſumus facere illam reductionem, niſi cum materia ipſa prima. Materia autem prima in ſua pura eſſentia non adhuc compoſitionibus & mixtionibus rerum conſpurcata latitat & occultatur in ipſis elementis viſibilibus. Ergo ex ipſis erit elicienda, & elicietur quidem in forma puri ſalis dulcis, & volatilis, vnde dicitur auis hermetica, & philoſophorum mercurius, propter volatilem, & facilimam adhærentiam cum ipſis metallis: melius enim & fortius adhæret metallis quam ipſemet mercurius vulgi, qui propriè non adhæret metallis cum ipſa relinquat, ſi fortiſſimo igne pellatur ab ipſis, ſpiritus autem noſter nunquam relinquit ipſa metalla quibus coniungitur, ſed ſemper adhæret ipſis & in continua & perenni eòrum coctione cum ipſo, ad perfectionem vltimam ipſa reducit.

Prima materia quid propriè ſit.

Itaque mineralium & metallorum putrefactio fieri nullo pacto poteſt abſque iſto ſpiritu qui in ipſa aqua & terrra latitat, haberi autem iſto ſolo ſpiritu, qui eſt rerum omnium prima materia facilis eſt admodum mineralium & metallorum omnium putrefactio, cum ipſo enim ſolo

Spiritus metallicus vbinam latitet.

ſpiritu, metalla reducuntur vſque ad materiam primam in qua ſola reductione, metalla facile putreſcunt & ſpoliantur excrementis ſuis omnibus quibus ſcatent in prima ſua compoſitione, & poſtquam vindicata ſunt ab omnibus ſuis excrementis, vna cum eorum vindicatore & ſpoliatore, ponuntur ad coquendum, & inter coquendum quia pura & puta ſunt, conuertuntur in ſubſtantiam metallicam omni numero abſolutam, quæ quidem ſubſtantia metallica, cùm habeat copioſam & puriſſimam rerum omnium primam materiam, hoc eſt ſpiritum illum cœleſtem rerum omnium primum motorem & authorem naturalem, ideo nullo pacto ambigendum, nec ſuſpicandum eſt quin hæc materia ſic præparata perficiat & abſoluat omnia, quibus adjicitur. Et hęc dicta ſufficiant de mineralium & metallorum putrefactione chymiæ veris & legitimis alumnis. Nam hoc ſolo capitulo, tota natura mineraliũ & metallorum, imo & vegetantium & animalium omnium reſeratur, qua reſerata, nihil ſupereſt occulti & arcani in tota rerum ſerie, hæc ergo ſufficient cum & maiora reuelari nequeant.

Vndenam prima materia metallorum habeat tantas virtutes & energias.

De diſtillatione in genere,

CAPVT. XV.

Diſtillatio cur inuenta

CVM natura puris & candidis gaudeat, & in his ſolis quieſcat, ideo Alchymiæ profeſſores poſtquã rem aliquam calcinarint eamque ſoluerint & tandem putrefecerint, vt eam ipſam rẽ ab excrementis vindicare poſſent, diſtillationem excogitarunt, qua ſola operatione excrementa ex rebus naturalibus actu ſeparantur. Separantur quidem in rebus calcinatis ſolutis & putrefactis, ex compoſitione & mixtione rerum, nihilominus tamen non actu adhuc ſeparata ſunt, quia adhuc ſunt permixta excrementa cum rebus ipſis calcinatis ſolutis & putrefactis, vna cum menſtruis ſoluentibus & putrefactionem facientibus, itaque realiter ſeparanda ſunt ab ipſis ſoluentibus & rebus ſolutis, vt purificentur ab ipſis. Quocirca diſtillationem excogitarunt Alchymiæ patres, qua ſola purum ab impuro ſeparatur: nam ſi verè & legitimè res chymicæ calcinatę fuerint ſolutæ, & putrefactæ, à ſoluente legitimo & naturali, tunc temporis res chymicæ verè aſcendent & diſtillabuntur puræ & nitidæ, relictis in fundo alembici & excrementis, quæ compoſitionem deturpabant ac inficiebant.

Vnde diſtillationem definire poſſumus humidi radicalis puri & puti rerum omnium ſeparationem, & ſurſum eleuationem in forma primò vaporis qui pedetentim refrigeratus in capite alembici tranſit in aquam, hæc aqua dicitur popter varias & inſignes ſuas proprietates mercurius, Luna, Iupiter, aër, & infinitis alijs nominibus, nam tot virtutes & proprietates habet, quot habet nomina, virtutes enim eius indicantur & demonſtrantur eius nominibus, non enim fruſtra ea ſunt eius nomina, ac inutilis prorſus, & fictitia, at ſunt indita & excogitata, vt virtutes & proprietates mercurij chymicæ Alchymiæ veris alumnis demonſtrentur.

Diſtillatio quid ſit in arcanis.

Nominum varietas nō eſt inutilis ſed indicat virtutes mercurij.

Nihil enim magis propriè & cōuenientiùs, auri nomine, argenti, mercurij, plūbi, ſtanni, hominis, bouis, calendulæ, roſæ, vitrioli, Salis & ſulphuris, & ſimilium rerum omnium naturalium nominibus inſigniri poteſt, quàm illud quod virtutes & proprietates harum rerum inſignes habet. Perinde Alchymiæ patres ne motum & manifeſtum fiat omnibus vulgi hominibus, illud argentum viuum meris ænigmatum vmbris obſcurarunt & iure merito, nam ſi notus eſſet & manifeſtus mercurius ille, omnibus, omnes eſſent æquales & doctrina & ſapientia, ſanitate & diuitijs, ne tanta ergo rerum confuſio fiat, non probat Deus hanc tanti

Quare Alchymia eſt obſcura.

ſecreti reuelationem omnibus fieri debere.

Perinde ſecretum Alchymiæ eſt verum Altiſſimi donum quod ſolis Dei amantibus demonſtratur, ab ipſo ſolo qui corda hominum & cogitationes eorum verè nouit, nihilominus expectare non debet homo vt dormiendo tantum ſecretum illi communicetur, at laborare & orare debet quotidie, & ſingulis horis, vt tanti ſecreti fiat particeps, laboribus enim & precibus vendit omnia Deus, & tantum ſecretum poſuit ſolo labore parandum: operationibus chymicis eſt ſummopere incumbendum, & præſertim diſtillationi, eâ enim ſolâ mercurius noſter, & humidum radicale rerum omnium fit manifeſtum & palpabile, ac viſibile. Natura etiam ipſa vt generationes ſuas in lucem edat, diſtillationi præcipuam ſuam nauat operam, & niſi ſuas quotidianas faceret diſtillationes nihil generaretur in tota rerum ſerie. Diſtillationes autem, quibus perenniter incumbit natura, ſunt, rores pluuiæ, vapores, exhalationes, venti, quibus exaltatur & eleuatur humidum radicale rerum, & mercurius mundi, vt purificetur ab excrementis ſuis, & ſubtilietur valde, & tandem coniungatur cum calido innato ſuo fixo, ſeu ſulphure, & ſic & ſimili via nutriuntur res omnes, in natura ipſa, fiunt & conſeruantur. Quæ

Alchymiæ ſcientia eſt verum Dei donum.

Diſtillationes naturales quales ſint.

enim aſcendunt a terra in cœlum ſeu in ſpatium aëreum vaporibus, exhalationibus, ventis, & ſimilibus meteoris, ſunt eiuſdem ſpeciei & ſubſtantiæ, earum rerum quæ remanent in terra ipſa, ſunt enim volatilia fixorum in terra remanentium, quæ in aërem euehuntur vt ibi circulẽtur, & circulatione illa multoties iterata, purificentur vbi purificatur, & accipit vim vitalem, ſeu lucis ſpiritum in ipſo aëre volitantem, & tandem ſic viuificatus & purificatus cum rebus fixis in terra permanentibus coniungitur, ſic corpora fixa in terra remanentia fiunt, nutriuntur & conſeruantur, aduentu rerum volatilium quæ à terra, in aërem ad purificationem aſcenderunt, & tandem iteratis aſcenſionibus & deſcenſionibus figuntur in terra, id quod Hermes Triſmegiſtus in ſua tabula ſmaragdina doctiſſime aſſerit, & eloquentiſſimis hiſce verbis teſtatur. Quod eſt ſuperius eſt ſicut quod eſt inferius, & quod eſt inferius eſt ſicut quod eſt ſuperius, ad perpetranda miracula rei vnius aſcendit à terra in cœlum, iterumq; deſcendit in terram, & ſuſcipit vim inferiorum & ſuperiorum, vis eius integra eſt ſi verſa fuerit in terram. Hactenus Hermes de rerum generationibus, quod fere omnes chymiæ alumni interpretantur de generatione illa miraculoſa filij ſolis, hoc eſt lapidis philoſophici, quod

Aër perinde nón eſt elementum ſed ſolum eſt gremium naturæ, aër vt circuletur in eo ſpiritus mũdi & ſic perfectioné acquirat, & hoc fiat neceſſe eſt in ſpatiis vbi non ſit elementum.

tamen de generatione rerum in genere poteſt interpretari, quod hęc generatio particularis filij ſolis debeat fieri inſtar generationum aliarum, quæ non aliter fiunt, quàm ex ſpiritibus rerum ſeu ſeminalibus virtutibus ſublimatis & tandem fixatis ſeu in corpore rerum coagulatis. Et hæc naturalis rerum omnium diſtillatio in toto orbe celebrata, fuit verus typus & exemplar chymicæ diſtillationis vt humidum radicale rerum à fecibus ſuis, & excrementis vindicaretur & deinde purum putum factum coniungeretur calido innato ſuo, & ex coniunctione illa exſurgeret mixtum, mixto priori fortius & potentius, cum purius & nitidius fuerit, actio enim fortior & potentior à puritate, & nitiditate dependet, quod in ſequentibus capitulis fiet clariſſimum & manifeſtum.

Actio fortior vnde ſit.

De *diſtillatione animantium.*

Capvt XVI.

Omnes actiones animales ſunt à ſpiritu.

Animantia qualiacunque ſint habent ſpiritum, quo viuunt & quo ſolo actiones ſuas & functiones peragunt, & hic ſpiritus eſt omnino diſtinctus ab ipſa vera animalis forma ſeu anima, qua actuatur & informatur ipſum animal, & eſt corporale quid, quamuis ſit ſpiritus, nam eſt tenuiſſima pars corporis lumine

cœleſti imprægnata ratione cuius motum habet vnde Græcè dicitur ἔνορμον impetum faciens nam quod in corpore animali motum facit & impetum ſpiritus eſt, hic ſpiritus animalis, ſiue hæc ſubſtantia, vbi reſidet lumen illud cœleſte, poſt mortem etiam animalis cuiuſuis in ipſo cadauere reperitur & ſuperſtes eſt, non tamen tali vigore & robore præditus quia poſt mortem animalis multum diſperditur luminis illius cœleſtis, quod in vita copioſum eſt, vnde vita eſt, cùm ergo maneat poſt mortem animalis in cadauere refractus & diminutus, ſufficiens eſt tamen ad arcanum animale peragendum, & potiſſimum, ad diſtillationem animalium peragendam, quæ ſummopere neceſſaria eſt ad hoc arcanum animale abſoluendum: non enim poteſt abſolui ſine diſtillatione. Quæ nihil aliud eſt, quam ſpirituoſæ huius animalis ſubſtantiæ ſurſum eleuatio, ac in forma liquoris aquoſi aëreæ qualitatis ſtillatio in vas recipiens ſubiectum. Diſtillatio huius ſubſtantiæ ſpirituoſæ in animalibus fit poſt calcinationem ſubcinerationem & putrefactionem partium omnium animalium, vt partes hæ omnes ab excrementis vindicētur, & potiſſimum hæc ſpirituoſa ſubſtantia, ea enim purificata cæteræ & reliquæ animantium partes facili via purificantur, cum hæc ſubſtantia alias omnes ſua puritate & ſubti-

Spiritus vitalis in cadauere adhuc ſupereſt non in tanta copia & eo gradu ac in vniēte corpore.

Stillatio animalis quid ſit.

Perfectiones omnes animalium dependent à ſpiritu puro & perfecto.

litate ab excrementis vindicet, & puras reddat, quod experientia ipſa in corpore humano videre eſt, ſpiritus enim humani corporis quò puriores ſunt & ſubtiliores, eò purius & nitidius eſt corpus & actiones eius omnes ſunt etiam puriores, & nitidiores: dum enim hæc ſubſtantia ſpirituoſa ab hepate in cor tranſit, fit à corde ſubtilior, & ſublimior multò, vnde & in corde actiones parit nobiliores, quam in hepate: dũ vero à corde in cerebum amãdatur, ibi adhuc ſublimiorẽ & ſubtiliorem acquirit perfectionis gradum, ibi etiã perfectiores edit vitę animalis actiones, audit, ſentit, videt, guſtat, odorat, recordatur, imaginatur, & tandem intelligit & iudicat res omnes, & hoc ex perfectione, ſubtilitate & puritate ſpirituoſæ animalis ſubſtantiæ. Non ergo dubitandum eſt, quin ex perfectione & ſubtilitate ac puritate ſpirituoſæ animalis ſubſtantiæ dependeat perfectio abſoluta animalis. Vnde etiam pariter non dubitandum eſt, quin ex puritate, & ſubtilitate eiuſdem ſubſtantiæ ſpirituoſæ, dependeat perfectio abſoluta animalis arcani. Quocirca diſtillatio ſummopere eſt neceſſaria, hac enim ſola purificatur & ſubtiliatur hæc animalis ſpirituoſa ſubſtantia. Fit autem ſequenti via & methodo: poſtquam putrefacta eſt materia arcani animalis per quadraginta dies in fimo equino, tunc temporis eximenda

qua ratione diſtilletur ſpiritus animalis.

eſt ex fimo, & collocanda eſt in cineribus aut in balneo mariç & leniſſimo calore ſi ſit in cineribus, & bullienti balneo ſi ſit in balneo, diſtillanda eſt ſpirituoſa animalis ſubſtantia, quæ in forma ſpiritus vini aſcendit, poſtquam aſcenderit tota hæc ſubſtantia, quàm cognoſces diſtillauiſſe, cum ſtriæ in capite alembici non apparebunt ampliùs, tunc temporis mutandum eſt vas diſtillatorium ex balneo in cineres aut multiplicandus & augendus eſt gradus ignis, donec tota aquoſa ſubſtantia aſcenderit & fumi albi in capite alembici apparuerint, tunc temporis augendus eſt iterum ignis donec ceſſent fumi, & nihil olei ſtillet, caput mortuum in fundo alembici reſiduum auferendum eſt, & calcinandum eſt aperto igne in vaſe fictili, donec incineretur & albeſcat, tunc temporis contundendum & vaſi nouo imponendum, cui ſuperponendum eſt quidquid ſtillatum eſt aquoſi humoris & olei empyreuma redolentis & tunc diſtillandum erit iterum fortiſſimo quo poteris igne, & in fine ſtillationis caput mortuum iterum calcinandum erit fortiſſimo igne, in vaſe fictili donec iterum candeſcat, & iterum imponendum eſt nouo vaſi & ſuperponendum quicquid ſtillauerit aquoſi humoris & olei, & hoc toties repetendum eſt, donec aqua & oleum quæ inde egrediuntur nullum ſapiant empyreuma, tunc

aqua ſeparanda eſt ab oleo , & oleum diſtillandum eſt per retortas nouas ſepties , mutatis retortis in ſingulis diſtillationibus , poſtquam erit clarum & lampadum oleum ſeruandum eſt in vaſe optimè clauſo , & veniendum eſt ad diſtillationem aquæ , quæ ſepties pariter erit diſtillanda, donec clara vt limpidiſſima ſit, tunc temporis cum cineribus calcinatis connectenda erit,& permittere vt bulliat parum in vaſe vitreo clauſo. Deinde filtranda eſt , quicquid erit ſalis in cineribus ſoluatur, & tranſeat per filtrum vna cum ipſe aqua , tunc temporis diſtillanda erit aqua per retortā ad ſiccitatem, & Sal quod remanet in fundo calcinandum erit , & eadem ipſa aqua ſoluendum & filtrandum & iterum hoc idem ipſum toties erit repetendum donec Sal ſoluatur in ipſa ſua aqua ſine fecibus, & clareſcat Sal & ipſa aqua, tunc temporis veniendum eſt ad diſtillationem ſpirituoſæ animalis ſubſtantiæ , quæ erit ſepties rectificanda in nouis retortis, & in ſingulis diſtillationibus erit à flegmate ſuo vindicanda, quod factu facillimum eſt cum flegma maneat in fundo retortę, & aſcēdat primò ſpirituoſa illa animalis ſubſtantia , relicto flegmate in fundo retortæ , poſtquam puram & nitidam habueris ſpirituoſam illam ſubſtantiam , connectenda erit cum aquoſa ſuperiori ſubſtantia Sale fixo impræ gnata , & vlti-

mò erit oleum imponendum & omnia ſimul mixta putrefacienda erunt vltimò per menſem integrum,& tandem diſtillanda in cineribus leuiſſimo calore, vt ſpiritus primò aſcendat, qui ſeparatim eſt cuſtodiendus, ſecundò ſtillat aqua ſuperflua, quæ tamdiu erit diſtillanda donec nihil ampliùs aſcendere poſſit, tunc affunde ſpiritum primo diſtillatum, & iterum diſtilla, & cohoba multoties donec non ampliùs aſcendat, ſed maneat coniunctus in fundo retortæ, vna cum oleo, & Sale, quæ omnia poſtquam erunt vnita & ſimul coniuncta, conſtituent arcanum animale potentiſſimum ad vitam animalem roborandam & prorogandam. Doſis eius eſt Grana 10. in iuſculis roborantibus aut àquis ſtillatitijs cinnamomi & aniſi, & ſimilibus.

De diſtillatione vegetantium.
CAPVT XVII.

POSTQVAM vegetantium ſucci vel eorum decocta pluribus infuſionibus iteratis facta putrefacta fuerint, tunc diſtillanda ſunt, vt eorum ſpiritus aëreus

Nota quòd ex omnibus hiſce capitulis ex reſolutione

rerum omnium colligitur,& manifeſtum fit quinque eſſe elementa in compoſitione rerum omnium, cum in vltima reſolutione quinque reperiantur elementa, & in coniunctione etiam vt arcanum fiat & perficiatur, quinque iterum reponantur. Spiritus hic eſt acidus & non ardet, qui vero ardet eſt oleum & eiuſdem natura cum oleo, ſic quinque ſunt elementa in rerum reſolutione Aqua, terra, oleum, ſpiritus & Sal.

purificetur & ab excrementis omnibus vindicetur. Eſt enim ſpiritus vegetantium pars ſubtilior, & tenuior cui lux cœleſtis præeminet & dominatur, & hic eſt ſolus, qui vitam agit in vegetantibus, & omnes proprietates & virtutes vegetantium ab ipſo ſolo dependent. Quocirca hic ſolus ſpiritus in arcanis vegetantium peragendis eſt præcipua pars, nec vllo pacto perfici, & abſolui poſſunt abſque illo ſpiritu, perinde habendus eſt & ſummopere purificandus, ſine enim illius ſumma purificatione non poteſt vniri cæteris partibus quæ in compoſitione vegetantium reperiuntur, quæque itidem purificationem ſummam expoſtulant, vt cum ipſo ſpiritu purificato vniri queant: non poſſunt ſummopere purificari hæ omnes partes compoſitionis mixtorum vegetantium abſque diſtillatione, quæ tanti eſt momenti, & ponderis in purificatione ipſarum partium vegetantium, vt conſideratu ſit digniſſima, eiuſque naturam, & eſſentiam virtutes & proprietates ſcire & cognoſcere ſummè eſt neceſſarium chymiæ veræ alumnis. Ideo vt eius naturam & quidditatem manifeſtemus, eius definitionem propalabimus ſequentibus verbis.

Diſtillatio quid ſit.

Diſtillatio vegetantium in arcanis eorum chymiæ peragendis, eſt partium liquidarum omnium, quæ in vegetantibus reperiuntur, poſt putrefactionem earum ſurſum in

in alembico vitreo, eleuatio, relictis ſiccis & aridis partibus in fundo alembici, partes liquidæ vegetantium ſunt vel ſpiritus aëreus vegetantium, vel aquoſus humor & phlegmaticus & oleum, quæ ſolùm aſcendunt per diſtillationem noſtram, reliqua manent in fundo alembici, hæc autem ſunt ſummopere purificanda iteratis & repetitis diſtillationibus, & poſtquam pura ſunt & perlimpida, cuſtodienda ſunt in vaſis vitreis optimè clauſis, donec quod remanſit in fundo aridum & ſiccum per calcinationem fortem ſit incineratum & cādefactum, tunc temporis cineri tali infundēdus eſt aquoſus humor multoties diſtillatus vt ſuperiùs dixi, & vt bulliant parum ſimul coniuncta permittere oportet, deinde filtrare oportet & ſic extrahitur Sal fixum quod latitat in cineribus, quod ſūmopere eſt purificandum ſolutionibus multoties iteratis cum aquoſo illo humore, & diſtillationibus illius humoris, vt Sal fixum his deſiccationibus calcinetur in fine diſtillationis, & ſic vindicetur ab excremētis terreis quibus ſcatet, quod cum purificatum eſt cum ſpiritu ſuo conuertendum eſt, vt eo ipſo ſpiritu volatili, fiat & ipſum volatile, hoc autem ſecretum eſt ſummum in arcanis omnibus peragendis, nam niſi hoc Sal fixum fiat volatile, cum ſpiritu volatili, purificari optimè non poteſt, & perinde arcanum quod

Fixum eſt ſemper volatile, cum volatili faciendum.

inde paratur, non habet tantum virtutis, ac iſtud quod habet Sal fixum volatile factum, & vltimò fixatum, vnde axioma chymicum vndique reſonat, Si fixum ſoluas faciaſque volare ſolutum, & volucrem figas, faciam te viuere tutum. Perinde volatilitas ipſius ſalis fixi eſt ſummopere neceſſaria in arcanis omnibus peragendis, quòd ſi in omnibus arcanis peractis id omnino non obſeruatum fuerit id breuitatis cauſa peractum eſt, ſunt enim multi chymicorum qui arcana hæc flocci pendunt propter longitudinem temporis quæ impenditur ad præparationem eorum veruntamen veros & legitimos chymiæ alumnos admonere volui ne prætereant ſalem fixum volatilem facere cum ſpiritu ſuo volatili, nam hac ſola præparatione, oleum ſic cõiungitur ſali fixo volatili facto, alioquin ſupernatat, nec vnquam coniungitur, vnde ſi oleum non connectatur ſali fixo, priuatur Sal fixum anima ſua, quòd oleum ſit quaſi anima ſalis, eo enim tingitur ſolo cùm in eo ſolo ſulphur potẽtiſſimè reperiatur, quod eſt tincturæ vera cauſa, quòd in ſe ignem cœleſtem ſeu lumen vitæ contineat, ex quo ſolo coctio naturalis & perfectio dependet reliqua cuncta cruda manent, & imperfecta niſi ab ipſo igne ſeu lumine coquantur & maturentur, ideo ſummope-

Oleum non poteſt coniungi cum ſal e fixo niſi ſal fixum volatile fiat.

re eſt neceſſarium oleum quod in ſe lumen vitæ ſeu ſulphur naturæ continet, cuiuſque reliqua cuncta quæ in mixtione ſunt viuificantur, non poſſunt autem viuificari niſi perfectè cum oleo illo vniātur, non poſſunt vniri, niſi perfectiſſimè depurentur & ab excrementis omnibus quibus ſcatent ſpolientur, non poſſunt depurari niſi Sal fixum quod eſt fundamentum baſis & vera columna arcani, volatile fiat, quod quidem obtinetur ſi multis iteratis cōiunctionibus cum ſpiritu ſuo cōiungatur, ſpiritus tandem iteratis illis cōiunctionibus cum ſale ſuo fixo, Sal illud fixum tandem ſit volatile, & ſic verè & perfectiſſimè depuratur, & tunc temporis oleo ſuo connectitur, & hæc duo tunc coniuncta, tria coniuncta continent, hoc eſt Sal volatile, Sal fixum, & oleum, hoc eſt ſulphur, Sal & Mercuriū: oleum ſiquidem verum eſt ſulphur, Sal fixum eſt verum Sal, & Mercurius eſt verus ſpiritus, ſic etiam corpus, anima & ſpiritus vere connectuntur: corpus eſt Sal, anima eſt oleum, & Mercurius eſt ſpiritus: hæc autem tria coniuncta & in vnum redacta potentiſſimum arcanum conſtituunt vegetantium, cuius, poteſtas & virtus in infinitū eſt multiplicabilis, ſi, poſtquam vnitum eſt, & fixum factum ſimplici & perenni coctione, iterum diſſoluatur, ſpirituo ſuo vel alio ſpiritu vegeta-

Corp⁹ ſpiritus & ani- & anima quid ſunt in chymia.

bili puta vini vel alterius, nam arcanum fixum conuertit ſpirituoſam illam ſubſtantiam in ſui naturam & fixat ipſam, Quod ſi ſpirituoſæ illius ſubſtantiæ beneficio & auxilio totum arcanum fixum volatile fluit, & iterum coctione ſimplici, & perenni figatur, millenas maiores habet quàm anteà virtutes, ſic vini arcanum poteſt ita præparari, & exaltari vt guttula vna iſtius arcani vini peſſimi maximam quantitatem in optimum vinum conuertere valeat, & in maximam aquæ quantitatem vini optimi qualitates & conditiones introducere queat, ſic arcana cuncta animantium, vegetantium, & mineralium poſſunt in infinitum multiplicari, ſpirituoſa illa ſubſtantia, ex quocumque ſubiecto ſit elicita, quod magnum eſt, & ſummum totius alchymiæ arcanum, quod & ſequenti capite de mineralium diſtillatione fiet luce clarius.

Qua via multiplicẽtur arcana chymica.

De *mineralium diſtillatione*.

Capvt XVIII.

Mineralivm diſtillatio ſcitu & factu eſt difficilima, cum diſtillatio in genere ſit eleuatio ſpirituoſæ ſubſtantiæ, in mineralibus autem ſpirituoſa illa ſubſtantia ſeparatu eſt difficilima, etſi ſit eiuſdem eſſentiæ & qualitatis cùm ſpirituoſa animalium & vegetãtium ſub-

ſtantia, & ſi non ardeat & flagret vt animalium & vegetantium ſpirituoſa ſubſtantia, quia ignis & aër non præualent in eius compoſitione, vt præualent in ſpirituoſa animalium & vegetantium ſubſtãtia, oleum enim & ſpiritus ibi præeminent & reliqua tria elementa, aqua, Sal & terra ſubijciuntur: in mineralibus & metallicis corporibus aqua Sal & terra prælucent cæteris duobus elementis, nempe oleo & ſpiritui, & hæc duo ſubijciuntur aquæ Sali & terræ, quocirca cùm lateant oleum & ſpiritus in mineralibus & metallicis corporibus, & appareãt tantũ manifeſtaque ſint aqua, Sal & terra, ideo ſpirituoſa mineraliũ ſubſtãtia in intimis eorum thalamis latitat & occultatur, & perinde id quod occultatum eſt, & latitans, manifeſtum & apertum facere oportet, occultum autem facere manifeſtum, hoc opus, hic labor eſt, & totius diſtillationis mineralium & metallorum cardo & vnicus ſcopus. Qua autem ratione & via occultum manifeſtum fieri poſſit ſatis ſuperque demonſtratum eſt capite decimo de ſolutione mineralium: Solutio enim ſola mineralium & metallorum, occultum illorum manifeſtum facit, & cùm occultum metallorum & mineralium ſpirituoſum & ſulphureum ſeu oleoſum ſit ſoluens proprium & innatum, ſpirituoſum & ſulphureum eſſe debet, vt ſoluere

Occultum facere manifeſtum quod ſit.

poſſit metalla cum conſeruatione internæ eorum eſſentiæ, quæ ſpirituoſæ & oleoſæ eſt conditionis & ſobolis, cum tali ergo ſoluente ſoluenda ſunt metalla, & mineralia vt verè diſtillari poſſint, ſic enim extrahitur ſpirituoſa metallica ſubſtantia quæ à ſoluente ipſo cùm ſit ſpirituoſum & ſulphureum, fit ſpirituoſa & ſulphurea, & ſic verè diſtillatur, & per diſtillationem illam vindicatur ab excrementis ſuis omnibus, quæ cùm vindicata eſt, tandem coctione ſimplici & continua figitur, ita vt in igne permaneat & fluat in igne ſine vlla ſui deperditione, & tunc temporis eſt ſulphur fixum metallicum, anteà tamen dicebatur mercurius, propter eius volatilitatem, iam verò ſulphur, cùm ſulphuream & calidam poſſideat virtutem & proprietatem, hinc arguitur quantæ ſit difficultatis mineralium & metallorum diſtillatio in arcanis eorum peragendis. Nam primò habendum eſt ſoluens metallicum & minerale, quod ſit eiuſdem ſubſtantiæ & qualitatis cum interna & radicali metallorum ſubſtantia, alioquin metalla & mineralia in ſuam primam naturam reducï nequeunt, & niſi reducantur diſtillari nequeunt, & ſi non diſtillentur, depurari non poſſunt & ab excrementis ſuis quibus ſcatent vindicari, ideo manent in ſuo eſſe materiali terreo & aqueo, & pe-

Metalla vt ſoluantur quo ſoluente egeant.

Metalla vt diſtillentur ſolui debet.

rinde nullius ſunt efficaciæ, & virtutis quòd eorum occultum manifeſtum factum non fuerit, & manifeſtum occultum, ab ipſorum ſoluente: occultum enim tantùm rerum omnium virtuoſum eſt, & efficax, manifeſtum autem & externum nullius eſt virtutis, quocirca præcipuus totius Alchymiæ ſcopus eſt, illud manifeſtum & externum occultare, & occultum manifeſtum facere, cum ſola virtus & efficacia conſiſtat in illo ſolo occulto, intentio ſiquidem artis noſtræ & præcipuus eius cardo, in hoc potiſſimùm vertitur vt metalla & mineralia ex quibus arcana chymica perficienda ſunt è morte ſua, hoc eſt ex inefficacia ſua, qua in præſentiarum ſubijciuntur; reſuſcitentur hoc eſt, inefficaciſſima, & virtuoſa tranſeant arcana, quod quidem fieri non poteſt, quin metalla & mineralia diſtillentur, non poſſunt autem diſtillari, quin priùs ipſa deſtruantur & diuidantur in partes, ex quibus natura ipſa metalla & mineralia compoſuit. Oportet ergo compoſitum illud deſtruere, hoc eſt in partes conſtitutiuas diuidere, hoc enim non eſt propriè deſtruere, ſed vnionem compoſitionis præſentis perdere, reſeruatis integris & ſaluis partibus omnibus, quæ cōpoſitionem illam & vnionem faciebant, vt partes ſic ſeparatæ poſſint purificari & vindicari ab excrementis & im-

Occultum facere manifeſtum eſt totius chymiæ cardo & ſcopus.

puritatibus quibus ſcatent in ipſa hac compoſitione. Ideo vt hæc fieri poſſint, excogitarunt antiqui chymiæ patres & profeſſores has omnes ſupradictas operationes, & præcipuè diſtillationem; cuius beneficio & auxilio, partes metallorum & mineralium quæ in eorum compoſitione reperiuntur, poſſunt ſummopere purificari & exaltari ad tantum puritatis gradum, vt exinde compoſitum fieri poſſit mirandæ, & ſtupendæ virtutis. Vnde autem hoc eueniat, quòd metallum ſeu minerale, qualecumque ſit, in ſua principia reſolutum, principijs purificatis & iterum in compoſitum redactis, in hac ſecunda compoſitione ſit tantæ virtutis & efficaciæ, vt ſtupendas omnino habeat proprietates. Ratio in promptu eſt, & cauſa euidens & manifeſta. In prima ſiquidem compoſitione principia metallica, inefficaciora prælucent, putà terra & aqua, quę ſunt elementa manifeſta, in compoſitione metallorum & mineralium & prædominantia cæteris tribus occultis principijs ſeu elementis, oleo, ſali & ſpiritui ſcilicet. In ſecunda autem compoſitione, oleum, Sal & ſpiritus prædominantur cæteris duobus elementis terræ & aquæ putà, quæ cùm ſint efficaciſſima rerum naturalium principia, ideo efficaciſſimam præbent & oſtendunt virtutem & efficaciam in

Diſtillatio cur inuenta.

compoſitionibus chymicis quibus prædominantur & lucent. Prædominari autem neceſſe eſt, cùm prima metallorum & mineralium compoſitio ſolui non poſſit in ſua prima principia, niſi beneficio & auxilio ſoluentis alicuius, in quo ſolo oleum Sal & ſpiritus ſunt ſumma in potentia & virtute, alioquin enim ſoluere non poſſet, & reſerare metalla in principia ſua, niſi ſoluens haberet principia metallica in ſe potentiora, & efficaciora ad ſoluendum & reſerandum. Principia autem metallica potentiora ad ſoluendum ſunt oleum, Sal & ſpiritus; nam aqua & terra nullam habent ſoluendi potentiam: ſupereſt ergo, vt elementa & principia metallica ſoluētia ſint oleum Sal & ſpiritus, cùm ergo ſoluens elementa habeat prædicta hæc tria in ſumma potentia, additur ſolutione illa naturali metallis ſolutis oleum, Sal & ſpiritus: itaque hæc elementa actionum principia in metallis ſolutis creſcunt & multiplicantur, & quoties ſoluuntur magis ac magis creſcunt & multiplicantur hæc tria elementa, ex quibus ſolis virtus & proprietas ſolent emergere: itaque his adunctis elementis, ex quibus virtus & proprietas creſcit & multiplicatur, neceſſe eſt virtutem & proprietatem adaugeri, & multiplicari. Vnde non mirum eſt, quòd alchymiæ profeſſores clamitent

Quare virtus & energia in arcanis chymicis creſcat in infinitum.

eorũ arcana in tantum multiplicari poſſe, vt infinitas ferè poſſideant virtutes & efficacias, hoc enim dependet ex multiplicatione principiorum metallicorum ex quibus virtus metallica dependet, multiplicãtur autem hæc principia ſoluentis beneficio, cùm in ſoluente realiter & materialiter reperiantur: hinc duo potiſſimùm arguuntur, ſummopere ad Alchymiam neceſſaria. Vndenam ſoluens metallicum elici debeat, & ex quanam materia, & ex quo fonte ſcaturiant metalla & mineralia, cum ex tali ſoluente radicaliter in naturam ſuam primam reducantur, Soluens enim primò arguitur elici debere, ex materia prima metallorum, cùm ſoluens habeat potentiam ipſa metalla in materiam primam reducendi, non poteſt enim reducere in materiam primam niſi ipſummet ſoluens ſit ex materia prima & habeat ipſam pro eſſentia ſua, eò quòd ſoluens conuertat, metalla in ſeipſum, ſi ergo conuertat in ſeipſum alioquin non ſolueret, & conuertat in materiam primam, ergo neceſſe eſt ſoluens ipſum eſſe materiam primam. Hinc etiam ſecundò arguitur vndenam metalla originem habeant ex natura & eſſentia ipſius ſoluentis. Nam ſi ſoluens ſit materia prima metallorum, ex eodem fonte metalla educentur, ex quo ſoluens eorum educitur. Soluens autem educitur

Soluens vnde eliciatur metallicum.

ex centro ipſius aquæ vt capite decimo ſuperiori de ſolutione metallorum & mineralium declaratum eſt. Ergo etiam metalla ex eodem centro aquæ educentur, & ſcaturient. Aqua ſiquidem calore centrali terræ ſublimatur per poros terræ, & ſecum rapit & ſublimat tenuiſſimam partem reliquorum quatuor elementorum, ſunt enim elementa ſingula elementa & tandem ſublimatione continua, & perenni coctione, ex his omnibus fit Sal volatile quod tandem & in ſublimatione ſua diſſoluitur tenuiſſima aquæ elementaris portione, & fit liquor ſubtilis & penetrans ſpirituoſæ &, calidæ indolis, qui dicitur mercurius Philoſophorum, ex quo immediatè fiunt metalla, nam liquor hic ſeu mercurius innato ſuo calore, & calore externo centrali terræ coquitur perpetuò, & tandem coctione illa perenni figitur & coagulantur, in terram quandam metallicam fuſibilem, & tunc temporis mutat ſuum nomen peculiare mercurij, & dicitur ſulphur, & tamen eſt vna & eadem materia, quæ primò dicebatur mercurius propter volatilitatem, & iam dicitur ſulphur propter coagulationem, ex quo quidem ſecundùm puritatem eius fiunt metalla pura, vel impura, ſecundùm gradus puritatis ipſius terræ ſulphureæ. Quòd ſi ſupremam attigerit puritatem ex ſublimatione ſua dum erat mercurius, ex illa immediatè fit aurum

Mercurius metallorum vt fiat at ipſa natura & ſulphur.

ſi puro vtero terræ aliquo includatur dum coagulatur & figitur in ſulphur metallicum. Sic metalla ex aqua ipſa reliquis elementis imprægnata, & luce cœleſti fœcundata fiunt & generantur. Sic ſoluens etiam ipſorum metallorum proprium & innatum, ex eodem fonte habere neceſſe eſt, arte noſtra. Quia ex natura ipſa nullatenus purum & putum reperitur & nullibi iacet, propter impuritates elementares quibus vbique locorum contruncatur, in fodinis quidem aureis puris & putis reperiri poſſet, dum ſunt quidem in ente primo & in natura ſua prima, ſed rariſſimæ ſunt illæ fodinæ, & quãuis ſint, clauſæ ſunt & non apertæ; quòd ſi aperiantur ad aurum eliciendum tunc euaneſcit ſpiritus ille volatilis aureus, & remanet materia auri coagulata & fixata in aurum, in qua quidem iacet minima quantitas illius ſpiritus, ad nutritionem & accretionem ipſius auri, ex quo quidem poſſet per diſtillationem elici ſpiritus ille aureus vt aurum ſolueret in naturam ſuam primam. At melius eſt fontem adire, qui vbicumque locorum eſt, nec opus eſt adire montes Indianos & Garamanteos, cùm fontes & putei & terra vulgaris & communis, ſint nobis ſufficientes. Ex quibus poſſumus imitando naturam filtratione & clarificatione elicere materiam ex qua mercu-

Vtrum reperiri poſſit ſpiritus metallicus.

rium noſtrum & ſulphur ſimul elicere poſſumus, & coctione deinde perenni, & ſublimatione continua, in vaſe optimè clauſo noſtrum perficere mercurium, & ſulphur noſtrum, quibus ſimul iunctis & vnitis ex lege naturæ progeneratur infans phyſicus, qui veros Philoſophos, & naturæ alumnos tanquam eius patres nunquam deſerit nec calamitatibus & miſerijs huiuſce mundi, obnoxios eſſe permittit, vt capitulis inde ſequentibus fiet ſole clarius.

De *vnione & fixatione rerum in genere,* CAP. XIX.

POSTQVAM partes mixtorum & principia eorum ſeparata fuerint & operationibus chymicis anteà celebratis purificata ſteterint, tunc temporis ad vnionem & fixationem deuenire oportet, vt compoſitum nouum ex his partibus & principijs iterum fiat. Qua autem ratione, vnio iſta fiat & fixatio, illud ſolùm dependet ex ignis temperie & partium puritate. Partes ſiquidem puræ & limpidæ ſe inuicem penetrant, ita vt non detur pars ſine parte alterius, itáque perquàm optimè miſcentur inter ſe, & cùm inter ſe miſceantur, ignis valde temperatus non ipſas partes inter ſe permixtas ſeparat, imo magis ac magis coniungit ita vt igni

Vnio & fixatio quando fieri debeat.

aſſueſcant primò leni, deinde fortiori, vltimò fortiſſimo, ſic partes & principia mixtorum quæ ante vnionem ſeparatæ erant, & numero multiplici diſtinctæ percipiebantur, tandem fiunt vnum quid, inſeparabile & homogeneum, fixum enim, quod eſt in hac ſecunda vnione, fixat volatile, & conuertit in ſuam ipſammet naturam & eſſentiam, & ſic nihil eſt in ipſa compoſitione, niſi fixum quod in ſe conuertit reliquum omne quod erat in eadem compoſitione volatile, nec fixi conditionem & qualitatem ſapiebat, vnde non ſupereſt nihil niſi vnum fixum & homogeneum: quod enim erat volatile non diſcrepebat a fixo, ſubſtantialiter & eſſentialiter, ſed tantùm accidente, vnde dempto illo accidente & euaneſcente remanet vna ſubſtantia fixa, & permanens & homogenea, quod ex definitione ipſius vnionis & fixationis facillimum collectu eſt, quæ ſequentibus verbis ſic definiri poteſt: vnio & fixatio in arcanis chymicis peragendis eſt humidi radicalis volatilis puri & nitidi cum humido eodem radicali fixo, itidem puro, & nitido coniunctio ſuper ignem lentum vt tepore ignis lenti, volatile fiat fixum & ex illis duobus fiat vnum fixum permanens & homogeneum. Quod idem ipſum turba philoſophorum teſtatur multis in locis & præcipuè in ſcala philoſophorum capite

Volatile, & fixum nō differunt, ſubſtantialiter.

Vnio & fixatio quid ſit.

de coniunctione, vbi vnionem deſcribit breuiſſimè his verbis, & dicit ipſam eſſe qualitatum commixtionem, complectentium copulationem, diſperſorum replicationem, principiorum coæquationem, repugnationis diſpoſitionem, quæ omnia fuſé ſatis explicantur in Palladio meo capite 22. De vnione in genere, & ſatis clare teſtantur vnionem & fixationem fieri debere, vt omnia rerum principia chymicis operationibus ſeparata, iterum vniantur & fiant vnum fixum in igne permanens ac perſiſtens. Vnde vnio non poteſt fieri, ſine fixatione, nec fixatio ſine vnione quamuis enim ſint operationes diuerſæ, fiunt tamen vno & eodem tempore & in eodem vaſe, & eodem igne leni & continuo, eodemque artificio. Et quamuis in Palladio meo, diuerſa, ac diſtincta capita fecerim de vnione & fixatione, nihilominus in rei veritate & in ipſa arte, poſſunt confundi hæ operationes, & veré confunduntur, cùm in eodem vaſe, igne, & furno, eodemque artificio fiant. Ignis enim lentus fouet illas partes ſimul ſumptas & in vno vaſe poſitas puras & putas, & ignis internus earum partium excitatus ab externo illo igne lento, coquit ipſas & coquendo pedetentim incraſſantur & ſpiſſiores fiunt, donec tandem penitus figantur, nec ampliùs in auras ſeu in ſpatium vaſis in quo includuntur euolent, & ſpa-

Vnio & fixatio ſunt vnum & idem.

tientur, at in fundo eiuſdem vaſis permaneant fixæ, & ſtabiles, Terra ſiquidem & Sal quæ inibi ſũt cùm ſint fixæ & permanentes & habeant ſecum in centro ſuo fixum oleum, ratione cuius agunt in reliqua elementa volatilia, & cùm de natura & eſſentia agentis cuiuſuis ſit conuertere in ſuam ipſammet naturam, illud omne in quod agit, ideo ipſum ſulphur fixum in terræ centro latitans agendo in ipſa volatilia elementa, ſic conuertit ipſa in ſui naturam, putà fixam & permanentem, ſic totum arcanum hoc eſt principia reſoluta, ſeparata, & purificata, coctione ſimplici modo diuturna & continua, fiunt vnum ſimplex homogeneum, & fixum tendunt enim ſponte ſua hæc principia ad vnitatem illam & fixationem, cùm in ea ſola quieſcant, & gaudeant tanquam in termino ſuo & fine deſiderato, quo adepto ceſſat motus, & motus anteactus erat propter finem illum, quo iam adepto ceſſat motus, & aduenit quies ſummopere deſiderata. Quòd ſi iterum aduenìant de nouo volatilia elemẽta & diſſoluant hæc fixa, iterum reincipit motus, donec iterum fixa elementa vicerint & ſuperarint elementa volatilia, & ipſa fixauerint, & tunc iterum ceſſat motus, & aduenit noua quies aduenıẽte noua coagulatione, & fixatione, & ſic multiplicantur arcana quod capite vltimo huius operis fiet manifeſtiſſimum

Qua ratione fiat fixatio in vnione elementorum depuratorum.

Elementa ſua ſponte tendunt ad fixationem.

manifeſtiſſimum poſtquam de vnione & fixatione animantium vegetantium & mineralium dixerimus.

De vnione & fixatione animantium.

Capvt XX.

ANimantium partes, ſeu eorum principia in quæ reſoluta ſunt ab arte noſtra, poſtquam purificata ſunt, & vindicata ab omnibus excrementis quibus ſcatent, cum fuerint ab inuicem ſeparata, vt ſeparata melius poſſint purificari, egent tunc temporis vnione, & coniunctione vt poſt vnionem hanc, & coniunctionem poſſint inter ſe vinculis adeo firmis copulari & coniungi, vt numquam amplius poſſint ſeparari, & ſic dicuntur fixari termino & vocabulo chymico. Antequam ergo poſſint fixari, egent prius vt vniantur, & matrimonio iungantur; tunc enim fiunt vnum quid homogeneum, & nullo pacto diſtinctum & ſeparatum; partes enim etſi in ſeparatione illa diſtinctam habuerint virtutem & proprietatem, tamen cum eandem & ſimilem habeant radicalem ſubſtantiam, facili via vniuntur, & hæ variæ ac diſtinctæ virtutes confunduntur, & tranſeunt in vnam & ſimilem virtutem, quia ab

In vnione & fixatione elementa vniunt ſub vna forma particulari, & particularem habent virtutem.

vno fonte & ſcaturigine prodeunt, vt enim in ſeparatione ſingula principia, ſingularem induebant formam, ex qua ſingulares exoriebantur virtutes & proprietates, ſic in coniunctione & vnione noſtra, principia illa deponunt ſingularem, & peculiarem ſuam formam quam in ſeparatione obtinuerant, & peculiarem formam ſibi induant, quæ peculiares illas formas ſibi deuinctas obtinet, ita vt non appareant, ſed famulentur vni, & inſeruiunt ipſi. Ita vt ſit vnum compoſitum regeneratum ac renouatum ex eiſdem principijs, ex quibus antea componebatur ex eiſdem quidem principiis, ſed depuratis, & ab omnibus excrementis quibus ſcatebant vindicatis: ratione cuius depurationis dicitur renouatum & regeneratum mixtum, non quod anima vera & forma, qua prius informabatur calidum innatum & humidum primigenium animalis, ex quo præparatum eſt arcanum, ſit iterum eadem numero in ipſo calido innato & humido primigenio, eſt tantum idem calidum innatum, & idem humidum primigenium, quod erat antea, ſed cum ſit in diuerſo gradu præparationis & perfectionis ideo alia ac diuerſa actuatur forma, quæ quidem non eſt animalis, nec vegetatiua actu, ſed potentia tantum, & eſt actu veluti forma

Arcana chimica, vnde dicantur regenerata.

mineralis ſubſiſtere & viuens vita cœleſti, & ſpiritu, vt mineralia cuncta ſubſiſtunt & viuunt, vnde ratione illius vitæ & ſpiritus cœleſtis, quibus turget arcanum animale ſic præparatum, potentiſſimum eſt arcanum ad vitam animalium & vegetantium omnium refocillandam & reparandam, cum vita animalis cuiuſuis, & vegetabilis foueatur & reparetur vita & ſpiritu cœleſti, qui ab alijs dicitur calor, & influxus cœleſtis hic calor reperitur potentiſſimus & copioſiſſimus in arcanis animalibus, ideo potentiſſima ſunt, ad vitam fouendam & reſtaurandam: vt enim in animantibus dum viuunt tota eorum virtus & energia conſiſtit in iſto ſpiritu, vel calore cœleſti, ita ſimiliter in arcanis animantium tota eorum virtus & energia conſiſtit in eodem ſpiritu, & calore: ſi enim ipſe euaneſceret, euanida eſſent, etiam eorum arcana, & abſque virtute remanerent, at cum fiat copioſior, & turgidior multo, quia vindicatur primo ab excrementis, & vindicatum attrahit ex aëre illum ſpiritum vitæ, cœleſti influxu, aëri communicatum, vt deferat omnibus naturæ rebus, quæ ipſo egent ad ſui conſeruationem & deinde attractum calore fixo fixæ ſuæ ſubſtantiæ tum demũ aſſimilatur & vnitur fixæ illi ſubſtantiæ, vnde creſcit calor ille cœleſtis,

Vnde arcana chymica ſint potentiſſima ad vitam reſtaurandam

in arcanis chymicis, quia arcana chymica fixam habent radicalem ſui ſubſtantiam, quæ calidum innatum nobis dicitur, ratio cuius fit attractio illius caloris cœleſtis influi, ſeu ſpiritus, & poſtquam attractus eſt, tranſit facili via in ſui ſubſtantiam propter ſimilitudinem & identitatem ſubſtantiæ. Attrahitur autem euidenter, cum ſi arcanum abſolutum, fixum & permanens, relinquatur ſub Ioue frigido ſtatim humeſcit & ſoluitur arcanum, & duplo quam antea ponderat, & etſi deinde deſiccetur calore, euaneſcit tantum humidum aëris aqueum, & ſuperfluum, & remanet quod eſt ſubſtantiæ cœleſtis in ipſo aëre concluſum, & ſic creſcunt arcana chymica ſubſtantialiter, vt capite vltimo huius operis de multiplicatione arcanorum, inferius videbitur poſtquam vnionem vegetantium, & mineralium patefecerimus.

Creſcunt arcana chymica ſola aëris ſolutione, & quare hoc fiat, & vnde.

De vnione & fixatione vegetantium.

CAPVT XXI.

VNio & fixatio vegetantium eſt, principiorum vegetantium ſeparatorum, & ab excrementis omnibus, quibus in prima compoſitione ſcatent vindicatorum coniunctio & calore externo lento fouente coagulatio, ſeu firma & inuiolabili compagine vnitio, vt hinc reſultet vnum firmum, & conſtans ſtupendæ & mirandæ virtutis arcanum. Poſtquam enim vegetantium partes præparatæ fuerint, ſecundum leges & normas chymicæ artis ſuperioribus capitulis antea declaratas, tunc egent vnione & fixatione, vt iterum redigantur in vnum conſtans & firmum arcanum, quod vegetantis virtutes & proprietates, ex quo extractum eſt obtinet & poſſidet, & potentiores multo, & efficatiores quam antea, ratio in promptu eſt quod ea præparatione, vindicatæ ſint partes omnes vegetantium, & eorum principia à ſordibus omnibus, quæ tardam & pigram in vegetanti faciebant actionem & ſegnem omnino virtutem, & quod ſpiritus vegetantis actiones omnes faciens, poſt ſeparationem excrementorum ſit copio-

Vnio vegetantium quid.

ſior multo quam antea, vt capite ſuperiori oſtenſum eſt, & declaratum, itaque partibus purificatis, & ab omnibus excrementis vindicatis, & adaucto ſpiritu actionem omnem faciente, & his omnibus ſimul mixtis & vnitis, nullo pacto ambigendum eſt, quin arcanum illud, quod hinc exoritur ſit potentiſſimum & efficaciſſimum, & quin in minima quantitate, totum corpus noſtrum penetret, & jungatur ſpiritui noſtro, & fortiorem,& potentiorem reddat, ipſum; ad debellandos ſuos omnes hoſtes, & hinc veriſſimè ac certiſſimè ſequatur curatio omnium morborum: habito enim vno arcanorum, vel animantium, vel vegetantium, vel mineralium, non eſt opus ſcire & cognoſcere, vndenam morbus oriatur, & qua via procedat, ad interficiendum hominem, ſed eſt opus ſcire doſim arcani, & propinare ipſam cum inſculo aut vino, in quocumque morbo, tunc temporis ab ipſa propinatione, arcanum iungitur naturæ, & natura roborata, & fortior facta ab ipſo arcano, tunc temporis agreditur morbum, & expellit materiam morbificam quacumq; in parte reſideat, nam ſemper natura morborum eſt curatrix, & numquam præualet morbus in naturam, niſi natura ſit debilis, & proſtrata viribus ſuis, quod cernere

Cur alchymia Medicis eſt neceſſaria, adeo vt morbi curari, non poſſint ſine chymia

licet, & experiri in criſibus omnibus, nam ſi fortis admodum & robuſta ſit natura ægrotantis, facili via fungitur morbo ſuo, ſi verò debilis, imperfecta eſt criſis natura quieſcit tantillum, vt vires recuperet, & recuperatis viribus, iterum agreditur morbum, ſeu materiam morbificam, & ſic fiunt recidiuæ, & ſic intermittentes febres habent tempus intermedium, aut breue, aut longum, ſecundum debilitatem naturæ & proſtrationem ipſius, dum vires omnes ſuas collegit tempore paroxiſmi, eaſque impendit ad debellandam materiam morbificam, & perinde morbum; Quod ſi non poſſit omnino deuincere morbum, neque ipſa omnino vincatur abipſo morbo, quieſcit ab ipſa agreſſione, donec collectis iterum viribus, morbum iterum agrediatur, hinc fiunt inquam recidiuæ, & febres intermittentes habent ſuos iteratos & repetitos paroxiſmos, quod libro de febribus, clare admodum demonſtrabitur, earumque cura breuiſſima, jucundiſſima, certiſſimaque in ſolatium generis humani omnibus Medicis propalabitur, quæ potiſſimum cura fit arcanis noſtris, cum ipſa roborent naturam, & reficiant ipſam omnino & tantopere, vt facili via & maximo cum robore materia morbifica foràs protundatur, ideo Medico ſummo-

Medicus eget arcanis chymicis, vt morbos curet.

pere eſt inſudandum, vt habeat aliquod arcanorum noſtrorum quo vti poſſit ad laudem & honorem ſui ipſius, cætera enim naturalia medicamenta, quæ ſponte naturæ in lucem prodeunt floccipendenda ſunt, propter eorum ſegnitiem, & tardam operationem, & quia habent aliquid veneni, quo natura irritatur, quod quidem Medico prudenti eſt conſiderandum & ſummopere euitandum. Quod capite ſequenti de mineralium vnione & fixatione clariſſime demonſtrabitur.

De mineralium vnione, & fixatione.

CAPVT XXII.

Mineralium vnio quid.

MIneralium vnio & fixatio eſt, principiorum mineraliumſeparatorum, & ab excrementis per quam optime vindicatorum coniunctio, & fouente lentiſſimo igne coagulatio, donec violentiſſimo deinde igne ſeparari nullatenus poſſint, ſed maneant in igne illo violento fuſa & liquata, ſine vlla deperditione ſuæ ſubſtantiæ, nec minus virtutis, imo multiplicatur virtus arcanorum mineralium permanſione in igne, eo quod ignis externus, eſt alimentum ſulphuris interni, & creſcit ſulphur internum arcanorum noſtrorum igne externo, vnde fa-

bula illa græca, de Salamandra viuente in igne, & in medijs flammis, habet inibi locum, & non eſt pura fabula, ſed ænigma, ſub cuius cortice declaratur virtus & energia arcani noſtri mineralis. Humidum radicale ſixum, & humidum volatile mineralium poſtquam ſeparata ſunt inrer ſe, & vindicata ab excrementis omnibus, quibus ſcatent, & deinde vnita, & leuiſſimo igne & continuo ſixata, tunc temporis vnum quid firmum,& conſtans in igne conſtituunt, quod Salamandræ Græcorũ reſpondet, in ipſo igne vere viuens, & gaudens, cuius ſanguis eſt veriſſima theriaca omnium morborum, & ipſo igne deponens ſuum omne venenum, veriſſimum enim eſt, humidum radicale metallicum, ante præparationem, & eius perfectam & abſolutam coctionem, eſſe verum venenum & veneno ſuperare ipſam Salamandram vulgarem, poſt autem eius præparationem quæ ſolo igne fit, deponit omne ſuum venenum, quod in excrementis ſuis conſiſtit, quæ cum ſeparentur, ſeparantur etiam ea omnia quæ veneni naturam obtinent. Vnde remanet Salamandra noſtra pura & abſque veneno, ſolo igne uiuens, & gaudens, & venena cuncta alia cuiuſuis ſint generis vincens ac ſuperans, oportet ergo vt ſepoſitis excrementis omnibus, quibus

Salamãdre quid ſit.

ſcatet humidum radicale fixum, & volatile metallicum, coniungantur ſimul & leui igne coquantur, donec penitus figatur, & ſtent in igne fixa & firma, & ſic abſoluitur arcanum minerale, & metallorũ poſtquam principia eorum vindicata ſunt ab excrementis, & ſummopere depurata, & ſic habemus veram Græcorum Salamandram in igne viuentem & gaudentem, & ſe ipſam multiplicantem, vt capite ſequenti vltimo de multiplicatione arcanorum omnium clariſſimè demonſtrabitur.

De *multiplicatione arcanorum omnium.*

CAPVT vltimum.

MVltiplicatio arcanorum omnium ſiue animalium, ſiue vegetantium, ſiue mineralium, eſt dum eorum virtutes & proprietates, & ſubſtantia ipſa in quantitate & male accreſcunt & augeſcunt, fit autem hæc multiplicatio, dum ipſa arcana perfecta & abſoluta iterum diſſoluuntur, cum humido eorum volatili perfectè depurato ſeptena diſtillatione humidum enim radicale volatile animalium eſt ſolum illud cuius medio arcanum animale poteſt multiplicari, & humidum radicale volatile vegetantium

eſt pariter via, & ſolum medium beneficio cuius arcanum vegetantium multiplicatur, & augetur, tum in ſubſtantia, tum in virtute & proprietate, & humidum radicale volatile mineralium eſt etiam via & modus ſolus, cuius ope arcanum mineralium virtute, proprietate & mole Augetur in infinitum. Quoties enim ſoluuntur arcana hæc Chymica, humido volatili radicali eorum ſummopere depurato, toties multiplicantur eorum virtutes, & accreſcit eorum moles, quia humidum radicale eorum volatile erectione perenni, fit tandem fixum, & ſic accreſcit fixum arcanum alimento humidi ſui primigenij & innati. Proprietates autem accreſcunt, & eorum virtutes, quod arcanum fixum, & abſolutum dum ſoluitur attenuetur & ſubſtilietur admodum, adeo vt beneficio volatilis humidi radicalis ſui, fiat ipſum fixum volatile, & in volatu ſuo ſummam ſui ipſius acquirat tenuitatem & ſubtilitatem, itaque in tenuitate & ſubtilitate ſua accreſcit virtus & proprietas; virtus ſiquidem & proprietas maior eſt, & efficacior quo ſubjectum tenuius eſt & ſubtilius. Vnumquodque enim arcanum multiplicatur, & mole & virtute, ſi quoties perfectum eſt, & abſolutum, iterum diſſoluatur ſuo proprio humido innato vola-

Arcana chimica vt multiplicentur.

Virtus vt multiplicatur.

tili, perfectè & abſolutè ab excrementis ſuis omnibus vindicato, & iterum coquatur donec figatur pars volatilis admixta, ad diſſolutionem fixi. Quod ſi tantùm volatilis humidi radicalis admiſceatur fixo, vt fixum quantitate volatilis, fiat volatile, & ſublimetur totum, ter, quater, aut quinquies, donec iterum totum figatur, & maneat in fundo vaſis ſublimatorij fixum & conſtans, tunc habemus arcanum ſic præparatum potentiſſimum & efficaciſſimum, & ex ſententia Hermetis Triſmegiſti, hæc eſt fortitudo totius fortitudinis, fortitudo fortis omnem rem ſuperans ac deuincens. Sic ergo multiplicantur arcana omnia, tum mole, tum virtute, quæ in toto hoc opere manifeſtata ſunt, & clare admodum declarata, vt cuique pateant, & facilia factu ſint in laudem & gloriam ſpagyricæ artis, & ſolatiũ humani generis quod tantis calamitatibus & miſerijs afficitur, vt niſi ſoletur arcanis his ſpagyricis, certiſſimè vita humana, nullo pacto vita eſt, at potius vera mors, vnde rectè Poëta: naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet: quotidiè morimur, cum quotidie vita noſtra labaſcat, & morbis infinitis circũdetur, à quibus tamẽ arcanis ſpagyricis vindicari poteſt, & ita vita, vere vitali vita frui poteſt: & hæç eſt vera

Sublimatione multiplicantur arcana chymica.

Medicina quam Deus ex terra creauit & ſapienti obtulit deguſtandam, ne ipſam abhorreſceret quocirca arrigite aures Medici omnes: hìc enim jacet laus & honor, Medicorum omnium, & ſolatium totius humani generis, credant ſi velint, & experiantur antequam hæc arcana rideant & floccipendant: non enim riſu digna ſunt at exquiſita diſquiſitione potiùs & ſummo labore inquirenda ſunt tanquam ſupremi naturæ theſauri.

Concluſio totius operis.

Alchymia cur dicatur vera ſapientia.

SApientiæ huius tractatum antepoſui tractui de morbis curandis, quod arcana quæ morbis curandis inſeruiunt perfici nequeant abſque ſapientiæ hujus miniſterio, & Sapientiam potiùs dixi, quàm Alchymiam, quod vera hæc Alchymia, vera ſit Sapientia. Quid enim in hac rerũ ſerie ſapientiùs eſt, quàm naturam integram verè cognoſcere & intelligere, & ab intellecta natura auctorem naturæ Deum putà cognoſcere, & ipſum glorificare, & ſi timor Domini ſit initium ſapientiæ, cognitio eius & glorificatio vnde timor exſurgit, abſoluta erit ſapientia, falſo & impropriè dixerunt Alchymiam nonnulli antiquorum, hanc ſapientiam quod tranſmutationem rerum, & conſeruationem & prolongationem ex eius notitia exſurgat, quia ab effectu vno, & adhuc minimo, non meretur denominari hæc integra ſcientia, ſed ex præcipuo, & maiori ſuo effectu, atqui maior, & præcipuus effectus huius ſcientiæ eſt cognitio integra naturæ, & operum Domini, ex quibus notis aſcendimus ad cognitionem Dei. Cognitio ergo naturæ, & Dei ipſius Authoris meretur potiùs ſapientiæ

nomen, quàm Alchymiæ. Et qui vilipendũt hanc ſcientiam, videant iam quid vilipendant, & quo riſu digni ſint, & qua miſericordia cum neſciant quid faciant. Ex his arcanis omnibus quæ hac ſapientia declarantur, non ſolùm diuitiæ ingentes, & inexhauſtæ poſſidentur, ſed & vita beatiſſima & fœliciſſima hinc inde exſurgit, à morbis, non ſolùm libera, ſed & ſerie annorum prælonga exornata: animæ & ſpiritus actiones omnes & functiones claræ & perfectæ hìnc etiam exoriuntur, quia ſpiritus animæ organum & inſtrumentum omnino hiſce arcanis reficitur & renouatur: quia cum ex puris ſit elementis, & luce cœleſti conflatus: hæc etiam arcana pura naturæ elementa, & ipſam lucem cœleſtem puriſſimam continent; quæque cum ſint eiuſdem ſubſtantiæ & eſſentiæ, ac ſpiritus humanus, perinde ſpiritum humanum omnino roborant & reficiunt, hinc animæ functiones perfectiſſimæ exſurgunt, vnde hiſce arcanis & anima, & corpus perfectiſſimè vindicantur ab omnibus quæ abſolutam eorum duorum perfectionem retardant & impediunt: ſic verè, ac certò certiùs hæc doctrina vera ſapientia nuncupari meretur potiùs

quàm Alchymia cum in ea plus ſapientiæ contineatur, quam in reliquis rerum omnium ſcientijs. Sic tractatum hunc concluſum uolumus in laudem, gloriam & honorem Dei. Antequam de anima humana eius ſpiritu & corpore tractemus.

FINIS LIBRI PRIMI.

VNIVERSALIS

VNIVERSALIS SAPIENTIÆ

TRACTATVS SECVNDVS.

IN QVO, NATVRA & eſſentia qualitates & paſſiones animæ, ſpiritus & corporis humani ſecundum Chymicorum doctrinam copiosè diſquiruntur.

E T

MORBI OMNES ET AFFECTVS, tùm animi, tùm corporis humani ſpagyrice indagantur, & ſpagyricis remedijs curantur, in laudem ſpagyricæ artis.

Sit Medicina integra hoc in Volumine, ſpagyrica arte habetur renouata. In gratiam, laudem, & honorem ſummi Creatoris.

LECTORI BENEVOLO.

PETRVS IOANNES FABER, Doctor Medicus Monſpelienſis, & Regiorum Medicorum Comes & Socius. S. D.

HABES, AMICE LECTOR, ac beneuole, Secundum Vniuerſalis Sapientiæ Tractatum, quem per multos annos jandiù efflagitaſti, & quidem iure merito, cum in eo tractatu, quicquid ad microcoſmum, ſeu hominem pertinet, curioſè admodum tractetur: Quicquid magi antiqui, quicquid Philoſophi, Aſtrologi, Mathematici, Chymici ac Medici omnes; de eo microcoſmo, ſeu homine imaginari potuerunt, tùm fabuloſè, tùm verè, habes, AMICE LECTOR, compendioſè denudatum, & ad veritatis normam & lancem reductum inania futilia, ac vana quæ de ipſo enarrata ſunt, & cartis exarata, ſtylo ſubtili, & tamen ſatis noto, nigro & apparenti pernotata, ne in poſterum curioſi,

& qui rebus occultis delectantur, vano & inutili rerum inaginatarum fuco, detineantur, & rerum naturalium vmbras tanquam veri ixiones amplectentur, ac corpora vera & naturalia, quod vmbris tegantur & nube, nebulonum quorumdam rejiciant, ac prætercant.

Multa ſunt, & plura multis in ipſius antiquitatis rancida pixide occultata, quæ nobis ob antiquitatis reuerentiam & honorem falſa, & vana dicere, ac proclamare non licet, nihilominus ſi ad veritatis lancem & trutinam examinentur & præponderentur, aniles nugæ & veræ & fictæ fabulæ reperientur: Vnde autem hoc lollium tritico permixtum & ſeminatum fuerit, non difficilè & laborioſum valde eſt perquirere cum tenebrarum princeps; lucem ſemper obtenebrare contendat, ac gaudeat falſa veris ſemper permiſcere, ne veritas nuda, cui inimicatur appareat. Ego ex præcepto & mandato ipſius lucis creatæ & increatæ, principis & fontis vnius inexhauſti, & æterni, veritatem ipſam, & lucem omni qua potuit induſtria & animi mei, ac lucis conamine & radio, manifeſtam, ac lucidam, nitidamque facere conatus ſum, & ab omnibus falſitatis vmbris vindicatam oſtendere contendi.

Vnde magorum omnium antiquitatis, Mathematicorum, Philoſophorum, Chymicorum, ac Medicorum quiſquilias, ne dicam nugas, quæ de humano corpore ac eius anima & ſpiritu enarrantur reieci, ac puram veritatem & lucem in quantum potuit animi mei imbecillitas delectam elegi, & electam aſſumpſi vobis explicandam & enarrandam: gratum fortaſſe vobis

erit opus, cum & vtilitatem quam maximam habeat coniunctam & honeſtatem ſecum habeat pari filo annexam, vtile & honeſtum, ſiquidem pondus eſt maximum ac pergraue hoc præſertim in ſæculo, & ætate quo ferimur in delectabile.

Hoc autem factum eſt in laudem & honorem Alchymiæ, quæ cum apud vulgus odio habeatur, & dedecori, cum male interpretur ab ipſo, ne impoſterum ergo male audiatur Alchymia, totius Philoſophiæ Margarita & pretioſa gemma, cuius lumine ac igne, vmbræ rerum omnium diſsipantur & naturæ totius pulchritudo, nude & vere in conſpectum prodit; microcoſmi naturam & eſſentiam, ſpagyrica & alchymica induſtria perquirere volui, vt videant Viri docti, quantùm poteſt Alchymia in diſquirendis naturæ arcanis; nihil enim igne & eius lumine occultum fieri poteſt, quin prodeat in lucem & in conſpectum omnium.

Sicut in præcedenti tractatu, naturalia rerum cuncta animalia puta vegetantia & mineralia, chymicæ induſtria & labore manifeſtauimus, & quid occultum haberent in centro ſui ipſius planè delegimus: pari ratione, & eadem conductus via ac tramite microcoſmum præcipuam & vltimam mundi vniuerſi partem Chymicis ignibus, & flammis tractauimus, vt quid in eo ſit occultum & rarum manifeſtum fiat, & vt tandem omne quod in ſecundo hoc tractatu Sapientiæ vniuerſalis noſtræ, comprehenditur notiſsimum habeat beneuolus & amicus Lector, id ipſum compendioſè narramus in ſequenti totius operis argumento, in quo tanquam in ſpeculo claro & nitido, quicquid eſt hu-

ius operis conſpicitur manifeſtum : de corpore humano eiuſque ſpiritu & anima intellectuali multa inaudita & inſueta dicentur : quæ mirum in modum rapient Lectores in delitias & voluptates ſpirituales : quæ enim dicta ſunt ab Authoribus antiquitatis nimis rancida ſunt , & nullatenus ſapientiam redolent : imo ignorantiam & ignauiam Authorum , ignaui ſiquidem & ſegnes , ac pigri omnino fuerunt in indagandis naturæ arcanis , quamuis apud me veniam quamdam mereantur huiuſce iguauiæ , quod Chymiam ignorauerint , cuius ope , & beneficio hæc indagare tantum potuerint. Si quid enim ſupra ipſos antiquos valeant humeri mei , hoc Chymiæ totum debetur , & ab ea acceptum meretur : nihil enim ſine Chymia occulti manifeſtari poteſt , quæ iam præſenti in ſæcula inaudita videntur , & quaſi miracula , quod antiquitus fuerint occulta , & penitus ignota , in præſentiarum vero manifeſta , ope & auxilio Chymicæ artis : etſi apud antiquos Chymia fuerit nota , non tamen communis & vulgaris , ſed rara , & paucis antiquorum nota.

TOTIVS HVIVSCE *Vniuerſalis Sapientiæ Tractatus ſecundi Argumentum.*

QVÆ in toto hoc Tractatu coërcentur ad hominem ſolum pertinent, & cum ipſe conſtet anima, ſpiritu & corpore, peculiari & particulari, de his tribus etiam peculiariter copioſè diſſerimus: cumque forma hominis, ſeu anima eius ſit eius principalis & nobiliſſima pars, tanquam ab ipſa ſola dependens, à qua ſola ſuſcipit eſſe ſuum, & ſubſiſtentiam: de ipſa primùm agitur eius eſſentiam & originem inueſtigando, an ſequatur communè & triuiale, reliquarum formarum fatum: an habeat aliquid peculiare diuinum & immortale, cuius ſolius gratia, & beneficio diſtinguatur, ab alijs rerum formis, & an peculiari gratia, in gratiam ſolius hominis à ſummo rerum opifice, ex nihili fonte, per diuinam potentiam crea-

tione educatur, & cum eius formalis eſſentia ſit lux creata peculiari ratione propter hominem ſolum, ideo quicquid de luce excogitarunt antiqui, tùm magi, tùm Mathematici, tùm Philoſophi, ac Chymici, hanc lucem humanam luce creata illuminante, gubernante ac ducente, legibus ipſius fati ad normam veritatis, & ad lucem orthodoxæ fidei Chriſtianæ, Deo dante, ac benedicente deducemus. Hìnc quid ſit humanæ animæ genius, an diſtinguatur ab ipſa, & de foris adueniat, illi, ab aſtris, vel à Creatore, claro ſtylo demonſtrabimus, & nugas magorum antiquorum refutabimus, eorumque vmbras; &t ænygmata ſuper genii humani ſcientiam & cognitionem virtutem & proprietatem luce quàm maxima diluemus. Item an duplex ſit humanæ naturæ genius bonus & malus, quibus inſtigatur humana natura ad bonum & ad malum: An id ex naturali eſſentiæ ſuæ centro dependeat, quatenus libero arbitrio dotatur, & non ex inſtigatione ſuſcitatione, geniorum ſuorum.

Perueſtigata animæ humanæ eſſentia & geniorum ſuorum indole, deueniemus ad eius paſſiones, virtutes & proprietates vndenam eius ſubtilitas, intellectus & ratio, amor & odium eueniant diſqui-

remus & vndenam diſtinguatur ab anima brutorum: quæ quidem cum dependeat ex luce creata mundi huius, nullo pacto rationalis & intellectualis eſt: etſi habeat ex natura ſua, notio rerum quarumdam vitæ ſuæ inſeruientium: ratio ſiquidem & intellectus in anima humana, eſt pars illius eſſentialis, & nullo pacto diſtinguitur ab ipſa anima, peculiari fauore ita creata, à ſummo opifice propter ſolum hominem, nulla ratione à luce mundi dependens, & eatenus dominatur aſtris, nec vllo pacto illis ſubjicitur, vt clariſſimè demonſtratur libro ſecundo hujuſce voluminis quæſtionibus capituliſque multis de ipſa re agitatis.

Poſt copioſam & exactam animæ humanæ inquiſitorum, ſpiritus & corporis humani naturam & eſſentiam perquirimus: vndenam oriantur & propagentur, nullo pacto ea ratione, multiplicata eius anima & forma: ſed à ſummo Creatore, in ſingulis humani corporis productionibus peculiariter creata, & infuſa, & quo tempore potiſſimum productionis humani corporis & ſpiritus creetur & infundatur, vt corpus humanum perficiat, & regat mediante ſpiritu: hinc miranda de ſemine humano, & qua energia & virtute omnia

corporis humani, & ſui ſpiritus lateant in ipſo ſemine, & qua via producantur in actum, ex abyſſo & chaos ipſius ſeminis: an id fiat virtute & energia humanæ animæ, vel potentia & actione ipſius lucis mundanæ, & microcoſmicæ, quæ ſemen humanum primo informat & actuat, regit & gubernat, ſpiritumque ſuum conſtituit, vt inde ſit eius ſpiritus, faber corporis humani.

Poſt ſeminis humani exactam & curioſam, atque vtilem valde diſquiſitionem, partes humani corporis perquiremus tanquam veros ſeminis humani partus: functiones deinde & vſus partium declarabimus, & tandem quicquid ad anotomiem Medicam pertinet, Chymico eloquio in lucem dabimus, principijs ſemper aſſumptis eiuſdem corporis humani, ex Chymicorum doctrina tanquam ex veritatis ipſius fonte, vt manifeſta experientia & ratione fiet manifeſtum & apertum.

Libro autem tertio huius voluminis morbos omnes, tùm internos, tùm externos declarabimus, qui corpus humanum afficere poſſunt, eorumque veram & ſanationem ex medicamentorum chymicorum fonte deſumptam, palam faciemus, ac breui, ac compendioſa me-

thodo pertractabimus. Ibi quid valeant chymica remedia, craſſis & opacis materiæ vinculis denudata, & lucis mundanæ radijs copioſè perluſtrata, in morbos humanos deuincendos clarè & dilucide demonſtrabitur. Quarto & vltimo libro, Vniuerſalis Sapientiæ noſtræ, colophonem addendo, huic operi ſanitatem humanam, vitæque humanæ prorogandæ rationem tractabimus: præcedentia enim omnia, propter ſanitatem humanam, hac in vita tuto conſeruandam enarrata ſunt. Hic ſcopus & finis totius noſtræ Medicinæ ſpagyricæ, ad quem collimare, totum & abſolutum fuit intentum noſtrum in hoc præſenti volumine, in quo quicquid eſt rari & occulti ad ſanitatem humanam tuto conſeruandã, eãque vltra limites humani æui communis & ordinarij prorogandam ex fontibus Chymicorum deſumptum, clarè admodum, & ſine fuco, ac ænigmatis vmbra delineatum erit: imo quicquid antiqui Sophorum fabularum nocte opaca, hac de re occultarunt, & ſub Medeæ artibus obtegerunt, nos decorticatis fabularum medullis rei ipſius veritatem, tùm rationibus multis, authoritatibus & Hiſtorijs hinc enarratis oſtendemus & confirmabimus, ne vanum & inutile videatur imo irritum

noſtrum, & Chymicorum omnium opus quod ſupra omne mirum in natura Deus benignus occultauit, & ſuis fidelibus ſeruis reuelauit in ſui ipſius gloriam & honorem, vnde videant & contemplentur Chymiæ alumni, ſi hoc opus Chymicum tandem habeant & noſcant, quantum Deo debeant, ne Deus ex illis rationem tanti muneris expoſcat.

VNIVERSALIS SAPIENTIÆ

LIBER SECVNDVS.

Quid eſt homo, & quibus ſubſtantijs conſtet.

CAPVT I.

HOMINEM defini-re ſumma eſt ſapien-tia, cum notio per-fecta & abſoluta ho-minis in eius defini-tione conſiſtat, cog-noſcere enim ſe ip-ſum ſummum eſt ſapientiæ culmen, ideo qui hominem definiêrunt inter antiquos, ſapientiſſimi fuerunt, & jure merito, cum hominem definire ſit totum hunc

Hominem definire eſt

totum mundum cognoſcere.

mundum vniuerſum cognoſcere, & aliquid vltra diuinum & ſupernaturale, quod quidem maius eſt; nobilius & præſtantius toto hoc mundo vniuerſali:

In definitione hominis naturalia & ſupernaturalia cognoſcuntur.

naturalia autem omnia, & ſupernaturalia cognoſcere, nihil prudentius, naturalia in definitione hominis cognoſcuntur cum & Cœlum, & Elementa, & quicquid in macrocoſmo eſt, à ſummo Creatore creatum, id ipſum propter hominem, & in gratiam ipſius factum ſit, & in ipſo homine compendiosè reconditum & abſtruſum fuerit; ſupernaturalia autem cognoſcuntur, cum & ipſa hominis forma, ſeu anima rationalis & intellectualis in definitione hominis manifeſtetur & nota fiat, quæ quidem ſupernaturalis quædam lux eſt, propter hominem ſolum creata, & in corpus ſuum totius mundi compendium dum creatur infuſa; quod quidem omne ex definitionibus ſequentibus, ipſius hominis clarum & apertum habemus.

Homo quid ſit ex hermete.

Hermes Triſmegiſtus Philoſophos omnes antiquos doctrinæ ac ſapientiæ lumine facilè vincens: hominem ſic definire ſolet, magnum miraculum eſt homo, animal honorandum & adorandum: hic enim in naturam Dei tranſit, qua ipſe ſit Deus ſe ipſum & cuncta cognoſcens, vnde

Variæ hominis definitiones.

à Syneſio definitur Horizontem corpo-

reorum & incorporeorum hìnc micro-coſmus: hìnc totius naturæ creatæ ſpeculum & compendium, & menſura rerum omnium dicitur & proclamatur, hìnc gloria, honor & decus ipſiuſmet naturæ creatæ & delectamentum vltimum habetur: hìnc Regius Pſalmiſta clamat, minuiſti hominem paulominus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: hìnc Triſmegiſtus: homo autem tuus ſanctitate vna tecum potiri deſiderat, cum poteſtatem illi omnium arbitriumque conceſſeris. Si ergo omnis natura ſit homo, & omnia quæ in mundo ſunt in ſolo homine compendiosè reducantur, ad eius corpus ſolum efformandum; quid nobis erit cogitandum de eius forma & anima, quæ gubernare ac regere debet, ea omnia vniuerſa quæ illi ſubiecta fuerunt: præcipuè cum non educatur ipſa forma, ex centro materiæ ſuæ, cui immittitur vt ipſam actuet, ſed deforis adueniat ex fonte diuino. Si materia hæc cui immergi debet, præſtantiſſima ſit, & quaſi quinta eſſentia totius naturæ mundanæ? Quid hæc forma erit, quæ quintam hanc eſſentiam, præſtantiſſimám naturæ creatæ materiam informare, ac actuare debet, & ſic hæc duo mentis ſpeculatione nobiliſſima ſint,

In Pim. cap. 1.

Materia hominis eſt quinta eſſentia.

& adeo nobilia, vt mentis captum ſuperent? Quid quæſo erit horum duorum nobiliſſimorum compoſitum & adunatū.

Hominē definire arduum eſt.

Hoc compoſitum definire certiſſime arduum eſt, & niſi diuinitùs gratia diuina ſuperiùs illuminante, dictata fuiſſet compoſiti huius definitio certiſſimè penitùs adhuc in obſcuriſſimis ignorantiæ tenebris inuolueretur, & quid eſſet homo, homo ignoraret. At cum ſagaci mentis ſuæ acumine diuina adiuuante gratia, ſe ipſum cognoſcere ſemper excogitet; hanc ipſam ſui ipſius definitionem excogitauit. Homo eſt animal rationale, cuius corpus (etſi totius mundi compendium) lutum eſt, cinis, putredo & corruptio. Anima verò lux pura & ſimplex intellectualis, & immortalis peculiari fauore à ſummo Creatore propter hominem ſolum creata, & corpori immiſſa & infuſa, vt ipſum regat, gubernet & actuet. Ex hac hominis definitione, ſatis admodum claræ ſunt; & manifeſtæ eius partes integrantes quæ hominem ipſum conſtituunt: ex quibus ſolis partibus, oritur illa admiranda hominis deſcriptio & elogium necnon & vituperium, quæ paſſim apud varios Authores, tùm ſacros, tùm ethnicos reperiuntur, homo eſt putredo & corruptio, & folium quod vento rapitur, homo nihil

Homo quid propriè ſit.

Anima humana quid.

nihil niſi vanitas, & ad laborem natus, breuique viuens tempore, & dies eius ſicut fœnum, ad elogium verò dicitur Dei compar, cuius precium Deus ſolus cognoſcit cum ipſemet pro eo redimendo, ſe ipſum dederit. At hæc omnia non ſcitu neceſſaria ſunt Medico, niſi ad ornatum & pompam hominis, ad vitam autem, & ſanitatem tuendam & conſeruandam ſcire, ac cognoſcere debet, hominem ex ſemine humano materialiter concretum eſſe, cui ſcintilla lucis diuinæ, rationalis & intellectualis peculiariter infuſa & immiſſa eſt, vt ipſum actuet & informet, vel eſſe mixtorum omnium naturalium mixtum vltimum à ſummo Creatore, ex luto viſcoſo, ſeu limo terræ, ſeu terra rubra factum, cui omnia naturalia ipſius abyſſi recondita, & abſtruſa erant, hinc factum eſt corpus humanum, in quod inſpirauit deinde Deus, ſpiraculum vitæ immortalis, & ſic factus eſt homo in animam viuentem, vel eſſe abyſſum mundi peculiari diuino vitæ & lucis ſpiraculo inſufflatam, & ſic diuinitùs in hominem viuentem & intelligentem erectam. Ex his hominis definitionibus colligimus materiam & formam, ex quibus compactus eſt homo, & qua via, & qua induſtria factus eſt, in principio creationis, &

Aliæ hominis definitiones.

Materia propagationem expoſtuletvirtute luminis.

qua via jam propagatur, cum eius materia progagationem expoſtulet virtute luminis ſui, quo ſemper actuatur, & ad germinationem & productionem naturali conatu propellitur, vt libro ſequenti huius operis clariſſimè demonſtrabitur.

Forma eſt præcipua hominis pars.

Forma etiam præcipua, & principalis hominis pars, ex qua ſola ſubſiſtit & habet eſſe, in hiſce allatis definitionibus ſatis admodum patet, & manifeſtatur, de qua ſola iam inſtituendus eſt ſermo, vt eius eſſentia, virtus & proprietas eiuſque origo penitùs Medicis innoteſcat: non enim hominem cognoſcere poſſunt Medici, quin præcipuam eius partem, formam ſcilicet eius, & animam qua viuit, notam habeant.

Perinde animam hominis toto ſequenti libro diſquiremus, eius eſſentiam & naturam, virtutes & proprietates perquirendo; vt eius natura admiranda & ſtupenda Medicis tandem innoteſcat.

Anima humana quid ſit, & vnde.

Capvt II.

Animam humanam ignorauit Galenus & Hypocrates

IN anima humana definienda deſudarunt quamplurimi. Galenus varijs in locis varias affert animæ humanæ definitiones nunc temperamentum dicit;

nunc calidum innatum, nunc armoniam quatuor qualitatum & tandem ſe fatetur ſubſtantiam animæ penitùs ignorare, nec Medico neceſſariam eſſe animæ cognitionem. Quod quidem Galeno condonandum eſt, cum fidei Chriſtianæ radijs illuminatus non fuerit. Non poſſumus enim abſque Fidei lumine hoc lumen humanum penetrare, ac cognoſcere.

Hypocrates etiam Medicorum primus, & in natura rerum cognoſcendarum Archyphiloſophus, animam humanam non cognouit, cum ignis & aquæ habere temperamentum aſſeuerauerit, hinc collectu facilimum eſt Hypocratem animam humanam confundere cum calido innato, cum & hoc habeat ignis & aquæ temperamentum, & ſimilibus nutriatur & augeatur: non enim nutritur & augetur anima humana, ſed ſolum calidum innatum ſuum & humidum primigenium, quo ſolo vtitur ad actiones ſuas peragendas. Itaque, nec Galenus, nec Hypocrates, nec alij Medici omnes antiqui, animam humanam cognouerunt, ſed in tradenda eius vera definitione aberrarunt. Vt & multi alij ex recentioribus Medicis, qui animam humanam definierunt corporis humani perfectionem & actum primum illius: nam triuialis illa animæ definitio quæ apud Peripatheticos decantatur:

Ariſtoteles etiam ignorauit animã humanam.

Ariſtotelis animæ defi-nitio praua & erronea.

actus ſcilicet primus corporis organici potentia vitam habentis erronea etiam eſt cum anima, plantæ & animalis alicuius bruti, ſit actus primus corporis organici potentia vitam habentis, nec ea definitione diſtingatur & ſeparetur anima humana ab anima plantæ vel bruti.

Hinc clarè patet humanam animam hac definitione non propriè definiri cum & hæc definitio omnibus plantis & brutis animalibus optimè conueniat. Eſt enim anima humana, in corpore humano aliquid aliud præter actum primum. Alia ergo nobis eſt quærenda, definitio, quæ ſoli animæ humanæ competat, & alias omnes animas excludat.

Animæ humanæ vera definitio.

Hæbrei Doctores, ac Cabaliſtæ, & ego cum ipſis peculiarem de anima humana, ſic tradimus definitionem: anima hominis eſt lumen Dei, & ad imaginem Verbi primi exemplaris creata ſubſtantia propter ſolum hominem, vt ipſum actuet & informet. in cuius definitione apertè videmus, quid ſit anima humana, & vnde ſit & qualis ſit eius ſubſtantia. Et qua ratione ab anima brutorum & plantarum, quæ quamuis ſit ſpecies lucis à Deo creatæ, non tamen eſt intellectualis, & ad hunc diuinitatis gradum euecta & eleuata, vt intellectus, rationis, prudentiæ & ſapientiæ ſit capax. Vnde pro-

pter hominem ſolum, & in gratiam ipſius eſt creata, ad imaginem Verbi primi exemplaris creata ſubſtantia ſimplex & homogenea, diuina prorſus & immortalis.

Sic homo verè factus eſt immortalis microcoſmus, verus & paruus mundus, diſtinctus & ſeparatus omnino ex parte formæ, à macrocoſmo: in corpore enim eius eſt, quicquid in macrocoſmo reperiri poteſt, tùm materiæ & formæ macrocoſmi, & vltra eſt peculiaris forma informans & actuans ipſam materiam & formam macrocoſmicam, quæ quamuis in macrocoſmo duo ſint, in homine, attamen vnum quid paſſiuum conſtituunt & habent rationem materiæ, ex quo factum eſt corpus hominis, cui deinde infunditur & creatur ipſa peculiaris forma, lumen diuinum & intellectuale; corpus humanum actuans & informans, à ſummo Creatore, ex nihili fonte, per creationem eductum in gratiam & fauorem ipſius hominis, vt hinc exſurgeret homo immortalis & verè viuens; hinc patet quantum laudis honoris & gratiæ debeat homo, ſuo Creatori, qui ipſum peculiari gratia & miſericordia, intellectualem & immortalem fecerit. Hinc etiam patet, quantum virtutis & energiæ habeat forma hæc immortalis & æterna, in corpus

In homine, eſt quicquid in toto mũdo eſt.

Homo quãtũ creatori debeat.

ſuum caducum & labile, quod informat & actuat, peculiari & occulto myſterio, vt capite ſequenti fiet clariùs.

An anima humana reliquarum formarum commune ſequatur fatum. Et qua vi alias vincat & ſuperet.

Capvt III.

In luto viſcoſo, ex quo factus eſt homo omnia mundi inerant.

Athei vnde mortem animæ humanæ ſuſpicentur.

CVm corpus humanum ex luto viſcoſo, à ſummo Creatore factum fuerit, cui quidem luto tanquam materiæ primæ mundi, omnia huiuſce mundi, occultè latebant: cum in omnibus partibus mundi hæc omnia ineſſe ſoleant in dubium reuocare poſſunt omnes Fidei Chriſtianæ lumine non irradiati formam humanam ex puriori & illuſtriori huiuſce luti viſcoſi parte eductam eſſe, quæ quidem pars illuſtrior & purior, huiuſce luti, ex quo formatum eſt corpus humanum, cum purior lucis mundanæ pars fuiſſet, ex qua quidem lucis parte educuntur formæ omnes, tùm brutorum, tùm vegetantium, tùm mineralium: obſeruatis ijſdem fere naturæ legibus, quæ in hominum productione obſeruantur, hinc inquam ſuſpicari poſſent athei, & de Fide Chriſtiana male feriati animam

humanam etiam ex illa luce mundana, in gratiam formarum omnium naturalium creata, eductam fuiſſe, cum ſenſibus externis non appareat creatio illa ſupernaturalis animæ humanæ, corpus ſiquidem humanum naturali via producitur, ac reliqua corpora naturalia producuntur. Quidni etiam inquiunt athei illi ſimili, & pari modo producetur forma humana, ac producuntur aliæ rerum naturalium formæ.

Obiectiones atheorum in immortalitatē animæ humanæ & ſolutiones.

Abſit à Philoſopho & Medico Chriſtiano, hæc craſſa prorſus & terrea mentis conceptio, totus mundus factus eſt, propter ipſum hominem, ita vt mundus vniuerſus ſit Domus & Palatium ipſius hominis, vt ſatis cuicumque contemplanti patet, cum omnia huiuſce mundi homini ſubſeruiant. Si ergo naturalia ſint creata, propter ipſum hominem, ipſum eſſe ſupra omnia creata, meritò credendum eſt; ad quid enim Deus hominem ſupra omnia conſtituiſſet, ſi ipſum non feciſſet immortalem. Partes ſiquidem integrantes, huiuſce mundi, Cœlum puta & elementa, à parte poſt, vt ita loquar æternitatis munere dotantur, etſi in partibus ſuis alterationibus & corruptionibus ſint obnoxia. Quod ſi mundus vniuerſus macrocoſmus dictus æternus ſit & incorruptibilis, in partibus ſuis

integrantibus, vt fatentur omnes Philoſophi,& præſertim Hypocrates & Hermes Triſmegiſtus libro 1. de Diæta Hypocrates & Triſmegiſtus in Pymandro, quidni & homo microcoſmus dictus & factus æternus erit incorruptibilis & immortalis? Si macrocoſmus materialis omnino, & primæ abyſſi redolens eſſentiam & naturam, nulla forma intellectuali ac rationali informatus, ſed ſimplici vitali forma & lucida decoratus, æternitate & perennitate exornetur à ſummo Creatore, potiori iure, & fortiori ratione,homo microcoſmus rationali, & intellectuali forma actuatus & exornatus, æternitatis & perennitatis dono, ac munere perluſtrari ac decorari meretur, quam ipſemet mundus macrocoſmus dictus; rationes hinc quamplurimæ exoriuntur.

Homo ad imaginem Dei factus perindeimmortalis.

Homo ſiquidem primo factus eſt, ad ſimilitudinem Dei, vt ſacræ paginæ teſtantur, & ratio illud ipſum indicat;cum forma hominis ſit prorſus diuina & omnes rerũ formas formoſitate & pulchritudine vincat ac ſuperet, non poteſt autem ad hanc nobilem, ac ſupernaturalem imaginem eſſe factus, quin ſit æternus & immortalis, æternitas enim & perennitas Dei ſunt: ſi quid ergo eſt imaginis & ſimilitudinis diuinæ in ipſo homine, æternitatem quodammodo imitari habet,

hinc homo ex ſimilitudine diuina æternus & immortalis., in quo enim Deo eſſet ſimilis ſi immortalis, & æternus non eſſet.

Homo pariter æternus quid ſit paruus mũdus.

Immortalis pariter, & æternus habetur, quod mundus ſit paruus, diſtinctus & ſeparatus à macrocoſmo & vniuerſali mundo, non enim alioquin diſtingueretur à macrocoſmo, ſed eſſet pars ipſius, & vna cum reliquis alijs mundi partibus confunderetur cum toto, nec perinde mundus alius diceretur, ſed pars ipſius. At cum dicatur mundus diſtinctus & ſeparatus à macrocoſmo habet aliquid quo diſtinguatur ab ipſo macrocoſmo, non habet autem aliud, quo melius & fortius diſtinguatur, quam ipſam animam perennem & immortalem, cuius ſolius ratione, verus microcoſmus nuncupatur, cum peculiarem hanc lucem æternam, immortalem, intellectualem, & rationalem, & perinde verè viuam & vitalem, habeat, qua actuetur & informetur eius corpus.

Anima humana æterna quod ſit flatus diuinus.

Flauit perinde Deus, in compoſitione ipſius hominis dum corpus eius ex limo terræ, compactum eſt, in faciem corporis humani, & ex flatu illo diuino ſurrexit homo in animam verè viuam & vitalem, hoc eſt immortalem: flatus enim ille diuinus vera vita eſt, eaque ve-

riſſimè vitalis ; & perinde hinc arguendum eſt, animam hominis eſſe immortalem æternam, nec vnquam fato perituram, cum flatus ſit diuinus, & ſpiraculum vitale, ipſius Dei, nihil enim ex Deo ipſo, caducum & periturum eſt, ſed omne quod ex Deo fluit, eſt immortale & æternum, cum ipſe Deus ſit fons imo abyſſus ipſius æternitatis, & immortalitatis, inſuper ſi homo ſit caput, & coriphęus rerum omnium naturalium, & ſi omnia illi ſubſeruiant. Ad quid hæc præſtantia & eminentia, ac dominium, ſi caducus periturus & mortalis ſit homo, fruſtraneum eſt dominium, vana præſtantia & inutilis eminentia, ſi vna cum reliquis rebus naturalibus, pereat & euaneſcat, mortalium enim & caducorum vna & eadem ſors, nec inter ipſa aliquid ſupremum & infimum, ſed in ipſo corruptionis centro æqualia & eadem ſunt.

Homo cum ſit caput rerum omniũ eſt immortalis.

Non ergo ambigendum eſt, animam humanam mortalem eſſe & caducam, ſed verè immortalem prorſus, & æternam fore eſt prædicandum & firmiter credendum, & ſua immortalitate & perennitate eſſentiali, rerum omnium naturalium formas facilè ſuperare ac vincere, nec eaſdem fati leges & normas ſequi, ſed incorruptam & inalterabilem permanere quod adhuc capite ſequenti fiet clariùs.

Quo lucis radio anima humana diſtinguatur ab alijs rerum formis & animabus.

CAPVT IV.

Anima humana non ſequitur fatum rerum aliarū creatarum.

NVllo pacto ambigendum eſt, quin anima humana lucis ſuæ radio, quo peculiari beneficio, à ſummo ſuo Creatore dotata eſt, diſtinguatur & ſeparetur omni ratione, ab alijs rerū formis. Formæ enim omnes etſi ſint ex luce factæ, lux tamen hæc, ex qua originem habent, non eſt eiuſdem ſpeciei, cum luce ex qua originem habet anima humana. Lux ſiquidem formarum naturalium omnium, cœleſtis eſt & mundana, lux autem animæ humanæ, non cœleſtis vllo pacto, nec mundana, ſed ſupernaturalis & diuina prorſus, cum ex ſtatu diuinæ lucis & vitæ, traxerit originem; non enim peculiariter inſufflaſſet Deus in faciem hominis, ſpiraculum vitæ & lucis, ſic hæc lux & ſpiraculum vitæ mundanum fuiſſet & ordinarium, & in limo terræ, ex quo factum eſt corpus humanum iam fuiſſet; quod enim aderat in limo, non iterum de nouo feciſſet & creaſſet Deus: creata autem erat iam lux mundana, & vita ipſius mundi, cum quarto

Animæ humanæ ſubſtantia non eſt cœleſtis, ſed diuina & ſupernaturalis.

die in Sole & Aſtris cœleſtibus perhibetur fuiſſe cumulata, & in acerbum quaſi tracta, vt hinc, partes omnes mundi, luce & vita ipſa turgidæ & plenæ, reciperent fomentum vitæ ſuæ, quo perſiſterent ac durarent æuum ſuum. Quod ſi limus ipſius terrę, vita ipſa & luce mundana turgidus fuerit, ex quo corpus humanum exſurgit, Deus ipſe in creatione ipſius hominis die ſexto creationis ipſius mundi, non de nouo inſpiraſſet ſpiraculum vitę & lucis, ſi iſtud ſpiraculum lucis & vitæ, non diſtinctum fuiſſet & ſeparatum ab ipſa luce & vita, quę ab ipſo creationis die & quarto, elementis ipſis omnibus infuſa & immiſſa fuerat ab ipſo Creatore.

Res aliæ omnes ex luce mundi.

Hinc luce clarius manifeſtum eſt, lucem humanam qua peculiari ratione, actuatum eſt corpus humanum eſſe diſtinctam & prorſus ſeparatam ab ipſa luce mundana, ex qua omnes rerum naturalium formę originem trahunt, & perinde formas humanas etiam eſſe ſeparatas & diſtinctas, ab ipſis alijs omnibus rerum formis, lucis peculiari radio, qui differentiam formalem inter ipſas conſtituit.

Forma humana eſt ſeparata ab alijs rerum formis.

Lux ſiquidem mundi ex calore inſito & naturali quo turget, & innata etiam ſua humiditate, germinandi & pullulandi

vim habet, & ab ad gradum ſentiendi euehi & ſublimari poteſt, ſi eius natura quam actuat & informat, ſubtiliori quo poteſt, attenuetur gradu, nam in tali gradu ſubtilitatis ſuę materię & ſubſtantię ſentiendi facultatem, & virtutem acquirit: hic enim gradus vltimus eſt ſuę perfectionis, ad quem perueniri poteſt, ibique quieſcit, nec alios quęrit, cum nec vltra extendi poſſit.

Lux autem humana qua diuinitus actuatur corpus humanum, non ſolùm hoſce vegetantis & ſentientis animę perfectionis gradus habet, ſed & alios perfectiores multo, ex ſuæ naturæ centro, expoſtulat & obtinet: itaque & ſuam materiam quam informare habet ſuo igne ſupernaturali, & diuino, multo magis attenuat & ſubtiliat ac perficit quam attenuet & perficiat lux mundana ſua corpora, hinc cernimus & contemplamur differentiam quam maximam, & perfectionis gradum maiorem inter corpora humana, & alia rerum naturalium corpora, vt enim hæc perfectionem cedunt corpori humano, ſic etiam horum forma & anima cedere debet, eandem perfectionem & nobilitatem animæ humanæ: forma ſiquidem & anima cum det eſſe rei, cuius eſt forma & anima, ſuæ nobilitatis & eminentiæ gradus & characteres

Ex gradu perfectionis corporis humani colligim⁹ perfectionem animæ humanæ.

imprimit; corpori; cui dat eſſe: ſic ex præſtantia corporis humani & eminentiæ ſuæ palma, ſupra reliqua rerum naturalium corpora, arguimus ſuæ formæ, & animæ eminentiæ palmam; ſupra reliquas rerum naturalium omnium formas;

Anima humana eſt ſeparata ab alijs rerum formis peculiari lucis radio.

Hinc collectu facillimum animam humanam peculiari diuino & ſupernaturali lucis radio, ſeparatam eſſe, & prorſus differentẽ ab alijs rerũ naturaliũ formis; quas omnes antecellit ſuamet ipſa ſubſtantia diuina; & ſupernaturali, immortali & æterna, vtpote ex flatu vitæ æternæ & lucis increatæ ortum habens, qui quidem flatus diuinus dedit, animæ humanæ, æternitatem illam quam poſſidet omnem & immortalitatem, & omnes alios perfectionis ſuæ gradus, & diuina alia aureola, quæ ſequuntur ſuæ ſubſtantiæ nobilitatem & eminentiam: vt capite ſequenti fiet adhuc clariùs.

Anima humana vndenam rationalis intellectualis & immortalis habeatur.

Capvt V.

LVcis eſt patefacere, demonſtrare, iudicare, cognoſcere ac intelligere, ſine luce ſiquidem omnia latent & occultantur, ac in tenebris iacent, non ergo poſſunt intelligi, ac cognoſci ſine lumine, ea quæ intelligi & cognoſci habent: hoc clarum & manifeſtum habemus, ipſa experientia quotidiana, corpora ſiquidem brutorum animalium omnium, dum viuunt & luce illa mundi actuantur & informantur, quæ illis vitam parit, cognoſcunt ea omnia, quæ illis cognitu neceſſaria ſunt, dum verò mortua, ſunt & luce illa qua viuunt priuata ſunt, corpus remanens, cui lux illa omnino extincta eſt, nihil cognoſcit eorum quæ prius cognoſcebat, ex luce ergo illa dependet eorum omnium notio. Lucis eſt ſcire & cognoſcere.

Quod ſi lux vulgaris & communis huiuſce mundi præclaras illas omnes notiones communicet & diſtribuat, quas cernimus & admiramur in brutis animantibus? Quid cogitabimus de illa luce

ſupernaturali & diuina, qua corpus humanum actuatur & informatur; Quales notiones communicabit ac diſtribuet, ſi communis & vulgaris huiuſce mundi lux admirandas admodum notiones, ac rerum demonſtrationes brutis animantibus communicet.

Nullo pacto ambigendum eſt, quin lux ſupernaturalis & diuina, qua homo actuatur & imformatur nobiliores multo & præſtantiores notiones homini communicet, quam lux vulgaris & mundana communicat brutis: quantum enim præſtat lux diuina & ſupernaturalis luci communi & vulgari, tantum etiam præſtant & actus qui ex illa diuina luce, ac ſupernaturali dependent. Quod ſi actus lucis mundanæ ſit vitam producere, caducam & labilem, cum motibus ſimplicibus, & quæ corticem rerum non excedunt: lucis diuinæ & ſupernaturalis erit producere actus vitales æternos & immortales, ſapientes, prudentes, rationales & intellectuales; hi enim actus lucis ſunt diuinæ & ſupernaturalis. Vnde homo quatenus ex illa informatus & actuatus eſt, immortalis, æternus, rationalis & verè intellectualis erit, ac ſolus inter facta animantia dici poterit ſapiens, prudens: notiones enim illius, ac demonſtrationes quas circa res quaſcumque habet, ſapientiæ

Lucis mundanæ actus quales.

Lucis diuinæ actus quales.

Homo vnde ſapiens & prudens.

pientiæ & prudentiæ, actus ſunt, qui non aliunde ſcaturire, quam ex luce illa diuina & ſupernaturali, quæ eſt illius forma & anima quæ inde verè arguitur immortalis & ærerna: non enim tantum ſapientiæ & prudentiæ animaduertimus in brutis, ac in homine ipſo: vulpeculæ ſiquidem ſimiæ, & Elephanti inter bruta callidiores, non æquiparari poſſunt calliditate illa & aſtutia qua pollent, hominibus etiam ſimplicioribus, hinc collectu facillimum eſt, & probatu facillimum & euidentiſſimum, lucem illam qua actuatur homo, diſtinctam eſſe & ſeparatam ab illa luce qua actuantur bruta animantia, & perinde eſſe ſpeciei, differentis, & diuinæ prorſus ac ſupernaturalis, & perinde etiam producere actus extra naturam communem & vulgarem, qui quidem actus nihil aliud eſſe poſſunt, quam rationales intellectuales, & ex immortali & æterno fonte, ſcaturiginem habentes.

Sapienti & prudēti: vnde.

Quod ſi hominem morti obnoxium, & morbis videamus, id non ex parte formæ & animæ, ſuæ originem habet, ſed ex parte materiæ ſuæ, quæ cum putredini multiplici, ad tempus aliquod, obnoxia ſit, obnixè quærit & efflagitat, putredinis cauſas deponere, vt tandem forma perenni & immutabili actuari queat, & ſic tandem quieſcere, à motu illo altera-

Mors non ex parte animæ humanæ.

tionum & gaudere ſuo fine adepto, ad quem ſummopere peruenire anhelat, nec erit fruſtraneus eius conatus, cum Fide Chriſtiana certum habeamus: mundum tandem vniuerſum quieſcere debere ab alterationibus ſuis, & motibus, quibus diuexatur: tunc temporis corpus humanū putredinis cauſas omnes & alterationes, vna cum vniuerſo mundo deponet, & immortalitatis & perennitatis donis decorabitur, & tunc anima humana, æterna & immortalis, corpori ſuo æterno & immortali, æterno & immutabili nexu connectetur & copulabitur nunquam in poſterum ſeparanda, nec corpus ſuum relictura; tunc etiam temporis nobilitatem ſuam & præſtantiam, tùm animæ, tùm corporis humani claram & manifeſtam habebimus, & nec ampliùs de immortalitate animæ noſtræ dubitabimus.

Mūdus tandem quieſcere habet à molibus ſuis.

Et anima humana & corpus humanum tandem immortalia.

Non ergo iam ambigendum eſt, ſed obnixe aſſerendum & firmiter credendum, animam humanam, rationabilem, intellectualem & immortalem, cum ex flatu illo diuino lucis æternæ & increatæ traxerit originem. Qui quidem flatus diuinus ex ipſo æternitatis & immortalitatis fonte, imo abyſſu eductus, nihil niſi æternitatem & immortalitatem in homine ipſo, cui inſuflatus fuerit producere potuit, & cum in eadem abyſſu ſit ſa-

pientiæ, prudentiæ, ſcientiæ & cognitionis infinita abyſſus plus ille lucis, & vitæ hinc eductus, ſapientiæ, prudentiæ, ſcientiæ & cognitionis erit plenus: hinc anima humana ex flatu illo, rationalis, intellectualis, ſapiens, prudens, ſciens & cognoſcens habenda, & æſtimanda erit, & cum tanti ponderis ſit facta & creata à ſummo Creatore capite ſequenti diſquiremus.

Anima humana rationalis, intellectualis, ſapiés & sciés vnde.

Anima humana quare rationalis & immortalis a Deo *Creatore facta fuerit.*

Capvt VI.

In volũtate diuina rationes quęrere vanum eſt.

IN voluntate diuina, & placito rationes quærere velle, humanæ vanitatis eſt, cum potiſſima ratio ſit, placitum ipſum ac voluntas diuina nihil enim voluit Deus quin ſummopere bonum fuerit & neceſſarium: vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Quod ſi quis adhuc quærat, cur homo factus ſit rationalis & immortalis, & reliqua cuncta excluſa fuerint ab ipſa ratione & immortalitate, nec illi ſufficiat placitum diuinum, ac voluntas ſuprema ipſius Creatoris, qui cum nihil fecerit ſine ratione, hanc quærat ſcire & cognoſcere rationem; animaduertat quæſo opifici

ſummo & omnipotenti conſonum valde eſſe, & ſuæ potentiæ infinitæ congruum. non omnia æqualia feciſſe, quæ enim illi ſubſeruiunt omnia quidem illi infima eſſe debere: nihilominus tamen æterna, immortalia & intellectualia eſſe debere, quæ illi æterno, immortali & pluſquam rationali perenniter ſubſeruire debeant; alioquin creaturis intellectualibus nullatenus fuiſſet opus, ſi Deus ipſe laudis, honoris & gloriæ non fuiſſet auidus, & ab ipſis creaturis laudari & gloriari non efflagitaſſet; Si ergo honor, laus & gloria, perennis & ſempiterna Deo Creatori debeantur, creaturas rationales & immortales adeſſe neceſſe eſt, vt ab his procedat talis honor, laus & gloria, ab alijs enim irrationalibus creaturis, hæc encomia, ſcaturire non poſſunt, cum non intelligant quid faciant: intellectus enim ſolius eſt, & rationis laudare, glorificare, atque honorem dare. Laudant quidem omnia, & glorificant Deum Creatorem, quatenus exiſtunt, at non vt homo, qui non ſolum mirabili exiſtentia ſua & nobilitate, vna cum cæteris creaturis omnibus Deum Creatotem ſuum laudat & glorificat, ſed & ipſum cognoſcit, & vt Creatorem ſuum & Deum honorat & glorificat quod ſolis hominibus & Angelis, & intellectualib⁹ creaturis quadrat & cōpetit

Honor, laus & gloria Deo debētur ab homine.

Laudare Deum, & honorare hominum propriè, & Angelorum eſt.

Sic factus eſt homo rationalis, intellectualis & immortalis, vt intellectu ſuo, ratione, & immortalitate, æternas & immortales quantum poteſt, Deo perſoluat gratias & laudes: ſic ex honore, laude & gloria quæ debetur Deo Creatori, colligimus hominem debere eſſe intellectualem & immortalem. Cum ſolus homo ex creaturis infimis debeat propriè laudare Deum, & tacitas ipſius docere laudes: Reliqua autem cuncta creata metaphorice & tacite tantum dicuntur laudare Deum: homo verò ſolus, ſoli Deo laudes ore, mente, & obſequio perſoluit.

Homo eſt immortalis, quatenus honorem & laudem æternam debet Deo.

Præterea Deus cognoſci & intelligi voluit, ab ipſis hominibus, in quantum exterius cognoſci & intelligi poteſt. Ergo homines huiuſce cognitionis capaces eſſe voluit, ergo & intellectuales & rationales, imo & immortales cum hæ ſolæ creaturæ, huiuſce cognitionis & ſcientiæ participes eſſe queant. Vnde ex cognitione illa diuina quam ex Deo ipſo habere homo poteſt, fit ipſe quaſi Deus, & perinde immortalis & æternus; iuſtitiæ ſiquidem diuinæ & miſericordiæ valde congruit, vt quos cognitionis ſuæ, & amoris voluit eſſe participes, eoſdem ipſos debere eſſe æternos & immortales ac intellectuales, vt ex tali cognitione,

Ex cognitione Dei immortalitas hominis colligitur.

perenni & perpetuo amore, Deum ipſum perſequi poſſint: amor enim perpetuus ac perennis firmus & conſtans qualis verus amor, meretur eſſe, ex perpetuo perenni firmo & conſtanti amanti ortum habet.

Immortalitas hominis vnde colligatur.

Homines ergo ex cognitione & ſcientia Dei, & ex amore diuino, quem ex ſcientia illa & cognitione habere debent erga ipſum Deum, & ex laude, honore & gloria quam perpetuam & perennem Deo ipſi reddere habent, immortales, perennes, rationales & intellectuales eſſe firmiter credendum eſt. Alioquin enim Creatori ſuo laudes illas, honorem, amorem & gloriam reddere non poſſent, & perinde hinc arguere poſſumus animam humanam, intellectualem, rationalem & immortalem Deum feciſſe, vt ratione ſua, & intellectu Deum ipſum amore perpetuo perſequi poſſet, ipſumque laudare, honorare & glorificare valeret.

Anima humana quo vinculo & nodo amoris corpori ſuo copuletur.

Capvt VII.

Maximæ eſt difficultatis & altæ ac profundæ diſquiſitionis quærere & inueſtigare, nodum & vinculum quo anima humana corpori ſuo connectitur, ſimilia ſiquidem ſimilibus facili via copulantur, ac junguntur, at diſſimilia nullatenus inter ſe coniungi poſſunt. In rerum autem natura nihil diſſimilius eſt, ipſa anima humana & corpore, anima ſiquidem humana, lumen Dei eſt, ac diuina, ac ſupernaturalis ſubſtantia, corpus autem humanum lutum, puluis cinis & limus ipſius terræ eſt. Quid autem luto, limo, puluere & cinere lumini diuino diſſimilius: nihilominus tamen ſummo cum amore copulantur, ac inter ſe connectuntur, at ægre admodum, & ſumma cum anxietate, à ſe ipſis diſſoluuntur. Cum ergo ſint inter ſe tantæ diſſimilitudinis non poſſunt, inter ſe connecti, vt vnum indiuiduum componant, niſi medio quodam: quod quidem mediũ vtriuſque naturæ particeps eſſe oportet, quale autem ſit iſtud medium nobis iam eſt diſquirendum. Cum ergo anima humana

Anima humana & corpus humanũ diſſimilia, & tamen cõnectuntur.

Lumen cœleſte eſt medium coniungendi animam humanam & corpus.

ſit lumen diuinum & lucida ſupernaturalis ſubſtantia, corpus autem humanum ſit quid terreum & elementare, perquirenda nobis eſt in rerum ſerie ſubſtantia, quæ horum duorum ſit medium, & participet vtrorũque ſubſtantiam, in rerum autem ſerie nihil aliud reperire habemus, quam lumen cœleſte & aſtrale, hoc enim ſolum medium cenſemus inter animam humanam & corpus humanum, quod quodammodo participet vtriuſque naturam: lumen enim eſt æque, ac humana anima; non tamen eiuſdem ſpeciei, ſed eiuſdem generis, quod quidem ſufficit, vt rationem & naturam luminis habeat, corporis autem humani participat naturam, quod & quid elementare ſit omnium elementorum. participans naturam, vt & corpus humanum: èlementa autem quæ luci cœleſti & aſtrali inſunt ſubtilia valde ſunt, & quo in tenuiori poſſunt eſſe & ſubſiſtere gradu, quæ verò corpori humano inſunt elementa, craſſa valdè & opaca ſunt, & craſſiori quo poſſunt in animali ſubſiſtere gradu: ſic tenuitate & craſſitie ſolum inter ſe differunt ac diſtinguntur, lucis mundanæ, ſeu cœleſtis & aſtralis elementa & corporis humani.

Concluditur lumen cœleſte eſſe mediũ conjungendi animam & corpus humanum.

Hinc clarũ & appertum habemus lumen cœleſte & aſtrale medium eſſe illud, & vinculum quo anima humana corpori

humano connectitur, participat ſiquidem vtriuſque naturam & eſſentiam: Ambigere enim non poſſumus quin lumẽ aſtrale & cœleſte ſit lumen in genere, & luminis habeat eſſentiam, vt & anima humana, nec etiam ambigere poſſumus, quin idem lumen aſtrale & cœleſte, materiæ & ſubſtantiæ tenuiſſimæ elementaris habeat naturam cum forma ſit, ipſius materiæ elementaris, quam quidem formam participare oportet naturam & eſſentiam ipſius materiæ, cum ex centro ipſius educatur, & in principio ab ipſo Creatore educta ſit, in rerum omnium productione, ſic lumen aſtrale & cœleſte verum vinculum erit, & ſolus naturalis amoris nodus, quo anima humana corpori humano connectitur: non imus tamen inficias quin ſummus Deus Creator in creatione & infuſione ipſius animæ humanæ propenſionem ſummam, & inclinationem amoremque ſummum erga corpus humanum infundat & impertiat qua ſola inclinatione & amore, ſufficienti ſatis vinculo & nexu ſatis facili & forti, alligetur corpori; adeo vt non quærendus ſit alius nodus quo ſimul connectantur, quam inclinatio illa & amor, illis ſupernaturaliter infuſus: nihilominus tamen nexus alius fortiſſimus eſt, & ex parte corporis reperitur in ipſo corpore, &

Propenſio & amor animæ humanæ in corpus ſuum vnde.

verè naturalis eſt, & ex illo dependet amor & inclinatio ac propenſio, quæ inter ipſa reperiuntur, nam amor inclinatio & propenſio ex ſympathia & ſimilitudine ſubſtantiæ originem habent: lux autem creata, qua informatur & actuatur materia rerum omnium, reperitur etiam in corpore humano, quatenus materia rerum prima in ipſa reperitur, vt in reliquis alijs rerum naturis, lux autem illa ſympathiam quam maximam habet cum luce illa ſupernaturali quo informatur corpus humanum: nihil enim ſimilius eſt luci, luce ipſa, dicitur etiam media natura lux iſta cœleſtis, quia medium eſt inter animam rationalem & corpus humanum, vt inter ſe copulentur. Non ergo ambigere debemus lucem creatam mundanam, cœleſtem & aſtralem eſſe vinculum, nodum & nexum quo anima humana, lumen Dei, & ſupernaturalis lucis ſubſtantia connectitur & copulatur, corpori humano, quod informat & actuat.

Lux in lucē habet ſympathiam.

Anima humana qua ratione & via vtatur luce cœleſti ad actiones ſuas peragendas.

CAPVT VIII.

Anima humana quo medio vtatur ad agédum.

ANima humana, vt ſupernaturalis eſt ſubſtantia lumen Dei creatũ & infuſum corpori humano, dum creatur, tantæ & ſupernaturalis actionis, vt actiones illas miras & ſupernaturales, dum corpori ſuo immergitur, ac veluti incarceratur, edere non poſſit, abſque medio apto & idoneo, ad actiones illas in actum & lucem producendas, corpus ſiquidem humanum, craſſum nimis & opacum eſt, vt ſua illa craſſitie & oppacitate, recipere nequeat mirandas illas lucis humanæ ſupernaturalis actiones niſi in ſe contineret, aliquid ſubtile, ac tenue valde, cuius ſubtilitatis & tenuitatis ope, mirum illud agendi opus recipiat, & receptum in lucem & actum edat: illud autem ſubtile quod eſt in corpore humano eſt vera lux cœleſtis & aſtralis, quæ in corpore humano conſtituit ſpiritus naturales, vitales & animales: nihil enim aliud ſunt hi ſpiritus, quam portio lucis aſtralis & cœleſtis, quæ purioribus & ſubtilioribus elementorum humanorum partibus vincu-

latur, vt ita loquar, ſeu conſtringitur, & ſic lux cœleſtis & aſtralis conſtituit in corpore humano, humidum radicale & calidum innatum, quod eſt ex Medicorum omnium conſenſu, & placito, animæ humanæ, verum & vnicum agendi inſtrumentum, ſic lux cœleſtis & aſtralis fit verum & vnicum agendi inſtrumentum animæ rationalis, cum fiat calidum innatum & humidum primigenium corporis humani: ex quo ſolo exſurgunt ſpiritus verè vitales, qui actionum omnium & facultatum humanarum ſunt fundamentum, qui totum corpus humanum, & ſingulas illius partes occupant & replent vna cum anima illa diuina, & ſupernaturali ſubſtantia, quæ dum creatur à ſummo rerum opifice, in gratiam ſolius hominis eo inſtanti infunditur corpori humano, & ipſum actuat, & informat, ſubſtantiamque illam æthercam elemento ſtellarum correſpondentem lucidam & omnino cœleſtem in ipſo corpore adueniens eam ipſam etiam actuat & informat, tanquam partem corporis humani, eaque ipſa mediante, mirandas ſuas omnes actiones, potentias & virtutes exercet. Quod enim in corpore humano ſolum actiuum eſt, & agendi capax, id ſolum aſſumere habet anima humana ad agendum: lux autem cœleſtis &

Animæ humanæ organũ ad agendũ

aſtralis ſpiritus naturales, vitales & animales conſtituens & componens, ſola eſt actiua & actionis capax, vnde illud Virgilij & Academicorũ omnium Philoſophorum decretum, igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo ſeminibus, vnde etiam ab Hypocrate ſpiritus dicuntur, ὁρμοῦντα impetum facientia, quod motus & agendi principium inde ſcaturiant: hinc antiquorum quamplurimorũ deluſi fuere, animam humanam cum ſpiritu illo impetum faciente, & animæ organo, confundẽtes, quod capite peculiari demõſtrabim⁹ poſt quã declarauerimus animã humanã luce aſtrali & cœleſti vti tanquã organo proprio ad actiones ſuas õnes peragẽdas, cũ lux illa ſola, in corpore humano, ſit actionis edendæ capax, vt in reliquis rebus omnibus naturalibus, in quibus ſolis hęc lux eſt actionis principium & fundamentum. Ea ergo ratione & via, anima humana vtitur luce cœleſti & aſtrali ad agendum & operandum, iam verò videamus quam turpiter deluſi ſunt, qui animam humanam cum calido innato & ſpiritu vitali confuderunt.

Spiritus quare dicantur impetum facientes.

Lux eſt in omnibus rebus principium actionis.

Anima humana nullatenus eſt calidum innatum corporis humani, nec eius vitalis ſpiritus.

CAPVT IX.

Calidum innatum nō eſt natura rationalis.

CApitibus præcedentibus ſatis clarè demonſtratum eſt, ex definitione ipſius animæ rationalis, & ex diſquiſitione ipſius eſſentiæ eam ipſam animam humanam nullo pacto eſſe, calidum innatum, neque ſpiritum vitalem ipſius corporis humani, cum ſpiritus vitalis & calidum innatum corporis humani, & reliquorum omnium animantium ſit quid elementare & aſtrale tantum, ex fonte naturæ viſibilis ortum ducens: anima autē humana eſt lumen ſupernaturale, à ſummo opifice, peculiariter creatum in gratiam ſolius hominis, nihil naturæ viſibilis & elementorum habens, ſed ſupernaturalis eſt prorſus ordinis, & ſupernaturaliter & diuinitùs corpori humano infunditur dum creatur, forma tamen naturalis eſt corporis humani, non quod ex legibus naturæ, corpus humanum elementare ſuum informet & actuet, ex eius centro per ſe educta alterationis & productionis ſtatuto ac decreto: ſed eſt

Spiritus vitales quid ſint.

forma naturalis ipſius corporis humani quod formæ naturalis vires in ipſo corpore agat, & formæ naturalis imperio fungatur, vnde & calido innato & humido primigenio eiuſque naturalibus ſpiritibus imperat, nec quicquam eſt in corpore humano, tùm ex parte Aſtrorum, tùm ex parte elementorum inferiorum quin animæ humanæ decretis & ſtatutis ſubjiciatur, ita vt niſi libere concurrat, cum inſtrumentis & organis ſuis ad agendum, ipſa & inſtrumenta, & organa actionibus ſuis proprijs & innatis denudentur, vt clarum & manifeſtum eſt, ex extaſi animæ humanæ, vbi corpus humanum priuatur facultate communi & ordinaria, nec tamen moritur, nec anima eius ſeparata eſt à corpore, ſed tota rapta eſt & ſublimata mente & cogitatione in Deum, quæ ſola cogitatione ita gaudet, vt functionum ſuarum prorſus obliuiſcatur, & inde inſtrumenta & organa agendi, ipſius corporis humani ipſamet actione priuantur, donec redeat anima ex extaſi ſua & raptu, & ſuis deinde fungatur ordinarijs officijs.

Amima humana quare forma hominis.

Anima humana calido imperat.

Extaſis quid ſit.

Ex eo ergo dominio & imperio quo valet anima humana in corpus ſuum & in omnia quæ corpori inſunt collectu facillimum eſt, animam humanam non eſſe calidum innatum corporis ſui, nec eius

Calidũ innatum corporis ſequitur naturã.

vitalem ſpiritum, hæc enim omnia, corporis ſunt, nec illi proprie dominantur, vt cum ſint corporis, corporis eiuſdem ſequuntur innatas & naturales inclinationes; & niſi anima humana repugnet & refrenet, ac temperet innatum illud agendi corporis humani cacœthe, totum ruit in peius, & id ortum habet ex agendi libera ſua voluntate, qua ſola in vtramque ferri poteſt partem, vt capitulis ſequentibus clarum erit & apertum.

An anima humana cæleſtibus ſubjiciatur Aſtrorum radijs & influxibus.

CAPVT X.

Inferiora non agunt in ſuprema, ſedẽ cõtra.

QVæ ſunt infimi ordinis, non agunt in ea quæ ſunt ſupremi ac ſupernaturalis ordinis, at contra ex diuino decreto ac ſtatuto, quæ ſunt ſupernaiuralis & ſupremi ordinis imperant ac dominantur, his omnibus quæ ſunt infimæ ſobolis & naturalis ſcaturiginis, & id omne experientia quotidiana, habemus expertum, ſuperiora ſiquidem inferioribus dominantur, non è contra. inferiora ſuperioribus ſunt dominio, naturalis ſiquidem ea ratione perturbaretur ordo, & ſic mutaretur qnodammodo ſtatutum & decretum diuinum, quod eſt impoſſibile

Anima

Anima ergo humana cum ſit ſuperioris ordinis & ſupernaturalis, cœlum vero & omne aſtrum infimi ordinis & naturalis, non poterit vllo pacto, ſubiici aſtrorum radijs & influxibus: hi enim ſolum agere poſſunt in ea quæ ſunt inferioris ordinis & eiuſdem naturæ ex ipſo diuino decreto, & naturæ, ipſius lege, at cœlũ nõ eſt eiuſdem naturæ cum anima humana, imo contra diuerſæ eſt naturæ, & perinde agere non poteſt, in animam humanam cum nihil habeat cuius ope, & miniſterio, eius actiones introduci queant in ſubſtantiam eius: quiquid enim cœli habent, ex maſſa prima abyſſi ortum duxit, anima autem hominis nihil ex maſſa illa tenet; ſed de nouo quotidie creatur, in fauorem & gratiam hominis & nihil abyſſi materiæ primæ habet vt ſuperius clare admodum demonſtratum eſt, cum ergo nihil abyſſi materiæ primæ habeat, ea quæ ſunt ex abyſſo in ipſam agere non poſſunt, cum in ea nihil reperiatur, in quod agere queant.

Anima humana non ſubijcitur aſtris.

Anima autem humana, nihil habere ex abyſſu materiæ primæ ſuperius ſatis dilucide demonſtratum eſt cum ſit lumẽ Dei ex flatu diuino creata ſubſtantia ad ſimilitudinem verbi primi, exemplaris: nihil autem flatus ille diuinus habuit ex abyſſu aut in Deo ipſo fuiſſet aliquid

Anima humana nihil habet ex materia prima.

ipſius abyſſus per ipſum Deum ex nihili fonte, creatæ, quod eſt abſurdum dictu & cogitatu.

Cum ergo anima rationalis nihil habeat ex materia prima, nec ex forma illius quæ lux creata eſt, quæque ſola actionis eſt capax, recipere non poterit actiones & virtutes illius lucis, cum diſſimilis omnino ſit illi & alterius ſpeciei, natura ſiquidem ex Philoſophorum omnium ſententia in ſimilem & eandem naturam habet actionem, vnde clamãt natura naturam vincit, natura natura gaudet, natura naturã continet vt ſimilia, in ſimilia agere tantũ poſſe oſtendant ac demonſtrent. Quod ſi naturalia tantum agant in naturalia, & extra & vltra agere nequeant peroptime cõcludere poſſumus animam humanam non ſubijci vllo pacto, aſtrorum radijs & influxibus, cum ſit ſupernaturalis ordinis in quem cælum agere nequit & cum nihil habeat lucis creatæ, mundanæ, quæ ſola recipit cœleſtes influxus dum inferioribus creaturis eſt alligata, hinc clariſſimum & apertum habemus, animam humanam non recipere influxus cœleſtes cum lux cœleſtis nõ permiſceatur animæ humanæ imo contra, dum anima humana informat & actuat, corpus humanum & omnes illius partes informat & actuat

Concluditur animã humanam non ſubijci aſtris.

ipſam lucē cœleſtē,& mundanā & ad ſuperiorem gradum vi ſua ſupernaturali, eleuat, ita vt, ipſa lux mundana quæ corpori humano ineſt, & eius ſpiritus & calidum innatum conſtituit, ſit fortior multo & potentior, quam in brutis animantibus; ita vt reſiſtere valeat cœli &planetarum influxibus, potentia illa diuina & ſupernaturali actuata, &infromata, hinc factum eſt decretum iſtud ſapientum, ſapiens dominabitur aſtris; nō enim aliquid poſſunt aſtra in hominem ſapientem ac prudentem ſed in hominem brutum qui anima ſua prudenti ſapienti ac rationali vti neſcit at more brutorum viuit, & ſuam imperantem & cunctis rebus regnantem virtutem, & euergiam libera ſua voluntate deponit & rebus ſibi multo infimis ſubſeruit vt capite ſequenti fiet clarius.

Sapiens dominabitur aſtris.

Anima humana, qua via & ratione aſtris ſubjiciatur.

Capvt. XI.

Vidimus cap ite ſuperiori qua ratione animahumana, rati one& intellectu ſuo aſtris ipſis. & cœlo omni dominari valeat cum habeat potentiā & energiam ex intima ſua ſupernaturali ſubſtantia in

Homo qua rationeaſtris ſubjiciatur.

cœlos & aſtra iam vero perquirendum nobis, eſt, an aliqua ratione aſtris ſubjiciatur cum experientia ipſa conſtet homines quamplurimos ex fati lege & aſtrorum influxu, morbis varijs, tum animi, & corporis tentari, & afligi, quod quidem eſſe non poſſet, niſi anima humana vitijs vel virtutibus dotata aliqua ratione aſtrorum influxibus & radijs ſubijciatur, ſcimus enim ratione & experientia ipſa, natos homines ſub Saturni influxu maleuolo & infortunato, & retrogrado, audaces nimis & inpudentes antiquos fures & auaros eſſe. Ac fieri ſi vero ſub Ioue naſcantur fieri lætos, pulchros, tenaces, mites vrbanos iucundos verecundos ac generoſos, ſi autem ſub marte producantur in ariete & ſcorpione, fieri loquaces, mendaces, latrones ſpoliatores, fallaces & inſtabiles ſi vero ſub ſole in Leone prudẽtes, triſtes, pulchros, veraces nec nõ ſapiẽtes eſſe clarũ eſt ſi vero ſub Luna in cancro, fortes, iuſtos caſtos & vagabundos, enaſci comprobamus, hæc autem vitia & virtutes ab anima humana, dependent & ortum habent. Et ſi ab aſtris homini infundantur, cum animi humani affectus ſint & pathemata non corporis, animæ non corpori, impertiri fatendum erit.

Homines ſub aſtrorũ radijs nati quaeſe eſſe aſſerant Aſtrologi

Huic obiectioni reſpondendũ erit affectus illos & pathemata quæ animo humano imprimuntur, non immediate ab aſtris animo imprimi, ſed calido innato, & ſpiritibus vitalibus, animalibus ac naturalibus corporis humani, qui cũ ſint ex lucis mũdanæ ſubſtantia, facili via recipiũt ab aſtris, ſubſtantias illas & energias cœleſtes, quæ in corpore humano, ſeu in parte eius puriori & cœleſtiori impreſſæ & impactæ & vnitæ excitant & alliciũt animæ humanæ organum, & inſtrumentum agendi, ad ita agendum & ad ſimiles & corroſpõtentes aſtrorũ influxibus actiones edendas: quæ ſi optimæ & laudandæ ſint virtutis nomen accipiunt ſi vero malæ & peſſimæ vitij ſtygmate, connotantur ac inuruntur non tamen hinc arguendum eſt virtutes & vitia, ab aſtris infundi cum aſtra non intelligãt nec cognoſcant virtutis, virtutis aut vitij conditiones at ſolum infundunt aſtra, ſuos peculiares radios virtutibus ſeu energijs, & proprietatibus eorum decoratos, qui impacti & coniuncti humano calido innato, actionis humanæ principio, ijſdem proprietatibus & energijs aſtralibus & cœleſtibus calidum ipſum innatum humanum imbuunt, & ad ſimiles & correſpondentes aſtrorum energijs, actiones edendas alliciunt, tentant & inclinant, Aſtra inclinant & incitant nõ cogunt.

non cogunt quia anima humana vt vera corporis forma & agendi principium, cum ſit libera voluntate prædita, nulla aſtrali virtute cogi poteſt, hiſce enim occultis aſtrorum illecebris ſua innata virtute qua corpori ſuo imperat reſiſtere poteſt, & ita aſtrorũ radijs non ſubijci animam humanam collectu facillimũ eſt, quamuis ſæpe ſæpius & nimis hiſce occultis aſtrorum illecebris non reſiſtat, ſed obediat mera ſua & pura libera voluntate.

Hiſce rationibus & argumentis clarum eſt, & admodũ manifeſtum, qua ratione & via, anima humana ſubijciatur aſtrorum radijs & influxibus, & qua virtute & potentia ijſdẽ reſiſtere queat, vt nullatenus ijſdem ſubijciatur; non enim influunt in ipſam animam aſtra nec influere poſſũt ſed tantum influunt in corpus & in principium & organum agendi ſuum quod eſt calidum innatum & humidum primigenium corporis humani quibus ſolis imprimuntur & infunduntur aſtrorũ virtutes & proprietates, nunc ad bonum & ad virtutem, nunc ad malum & vitium inclinantes & quaſi tentantes animam humanam, vt hinc ſi eligat bonum et virtutem brabio virtutis et gloriæ, coronetur: ſi vero malum et vitium, mali et vitij dedecore, tamquam perrenni, et perpe-

Qua ratione anima humana ſubijciatur aſtris

tuo ſtygmate infametur, ſic aſtra et influxus eorum ad gloriam et honorem virtuoſos, et genoroſos, euehunt, malos vero, et peſſimos homines ad tartara deprimunt: non quod id, ex aſtris dependeat et ſcaturiat, ſed ex pura animæ humanæ; libera voluntate, quæ nunc his, nunc illis vitioſis aut generoſis, aſtrorum illecebris obſequitur et ſecundum obſequium ſuum bonum aut malum euehitur aut deprimitur, quod capite ſequenti dilucidius multo declarabimus animæ humanæ liberam voluntatem inueſtigando.

Anima humana vnde ſit libero arbitrio prædita ac decorata.

CAPVT XII.

NIhil Deo ipſo liberius eſt, fons enim eſt & ſcaturigo totius libertatis, quicquid agit liber agit, nullo pacto coactus, & ex ſua libera vndequaque voluntate, emanant, & exſurgunt actiones, cum autem ex Deo ipſo originem traxerit homo, & eius forma anima humana, vt demonſtratum eſt, capitulis præcedentibus, eſt enim anima humana flatus diuinus & ſpiraculum vitæ, ex ipſa vita æterna increata libera omnino, ortū

Anima humana libero arbitrio prædita eſt & vnde hoc habeat.

habens, & ad imaginem verbi primi exemplaris creata ſubſtantia. Si hinc ergo educta eſt anima humana, non videmus cur illi denegandum ſit liberum arbitrium, vti non cernimus cur illi non concedenda immortalitas, ratio & intellectus, ſapientia atque ſcientia hæc omnia enim ſunt ſupremo, & infinito gradu in fonte ipſo, ex quo educta eſt anima humana, hauſit ergo anima humana ex fonte ſuo ex quo educta eſt, quidquid liberi arbitrij habet, quicquid ſcientiæ intellectus & immortalitatis poſſidet, alioquin ſuſpicari poſſet incredulus non ex fonte diuino eductam fuiſſe ſi nihil fontis diuini ſaperet ac redoleret, experientia autem ipſa cernimus animam humanã ſcire, cognoſcere, ratiocinari, intelligere & ſapere, inde etiam & liberam eſſe, & ſui omnino inris debere eſſe confitendum eſt, non enim hiſce prædictis donis dotatã & exornatam eſſe confiteri habemus, quin & reliquum fateamur donum quo cœteris animantibus præcellit, & cuius ſolius gratia, legem habuit, à ſummo ſuo creatore rigide obſeruandam, ne morte periret, niſi enim ſui iuris & liberi arbitrij fuiſſet homo à ſummo creatore factus, Deus creator non illi impoſuiſſet legem, nec adhuc poſteris ſuis impoſuerat mandata rigide

Anima humana quicquid habet diuini in fõnte diuino habet.

Tertulianus inMracionẽ

obſeruanda, qui enim non ſunt ſui iuris & poteſtatis, his non imponenda ſunt mandata, ſi ea obſeruare nequeant: nequeunt autem cum non ſint ſui iuris & poteſtatis. Perinde clarum eſt, & ſummopere manifeſtum animam humanam libero arbitrio præditam eſſe, ex ſuamet ipſa ſubſtantia, quæ ex naturali ſua virtute, & innata proprietate, liberos & ſui iuris educit actus, & perinde non coacte, ſed libere omnino aſtrorum influxibus & planetarum virtutibus ſubijtur, hoc eſt aſtrorum, illecebris libera voluntate parit, quas tamen illebras cœleſtes ſua etiam libera poteſtate compeſcere poteſt & in contrariam partem vertere poteſt. Alioquin nihil laudis & gloriæ, vituperij & pænæ demereri poſſet, ſi ex libera poteſtate non dependerent actus illi, qui laudem & gloriam, vituperium & pœnam ex poſculant & exigūt. Vnde cū videamus aſtra neceſſariò influere in hæc inferiora, & præſertim in hominē & tamen nō cogere neceſſario hominem ad hos influxus inſequendos.

Homo niſi eſſet liber fruſtra tentaretur.

Hinc concludere debemus animam humanam liberam eſſe, debere vt influxibus cœleſtibus reſiſtere poſſit, & inſtigationibus mali genij: & incitationes boni genij ad virtutem ſequi valeat; non

enim ad malum vel ad bonum incitare poſſent genij animam humanam niſi ipſa eſſet libera, voluntate prædita, nec in vtramque ipſa verti poſſet partem, & perinde fruſtra tentaretur ad bonum vel ad malum inſequendum niſi eſſet ſui omnino iuris.

Coeluditur hominem eſſe ſui iuris

Ex ſubſtantia ergo ſua, ex flatu nempe diuino, libero prorſus ex quo facta eſt, vt ex actibus liberis quæ inde depromuntur, nullo pacto hæſitare debamus animã humanam liberã omnino eſſe & ſuæ poteſtatis, & perinde luci omnino mundanæ imo Angelicæ & diabolicæ, vi ſua propria & voluntate innata libertatis fonte, reſiſtere poſſe quod omnino diuinum eſt, & ſupernaturale, in ipſa anima humana, quod capitulis ſubſequentibus dilucide admodum perquiremus.

Anima humana qua energia reſiſtere queat, Angelicis & diabolicis conatibus

Capvt XIII.

Anima humana qua vi reſiſtat diabolicis conatibus.

ACtus liberæ voluntatis nullatenus cogi poſſunt aut ſi cogi poſſunt, non actus ſunt liberæ voluntatis eatenus qua cogi poſſunt: liberi ſiquidem actus, eatenus ſunt liberi, quatenus cogi nequeunt ſi cogantur liberi non ſunt cum libertatem amittant dum ita cogun-

tur anima perinde humana, nullo pacto cogi poteſt, nec Angelico vel diabolico conatu, nec ad bonum, nec ad malum inſequendum niſi pura ſua & libera voluntate, feratur, ad id ipſum ad quod incitatur Angelica vel diabolica ſuadela, et perſuaſione. Perſuadere quidem poſſunt Angeli animam humanam ad bonum virtutemque inſequendam, Cacodæmones verò eandem ipſam animã tentare poſſunt varijs ſuaſionibus et illecebris, ipſam verò cogere, nullatenus poſſunt, cum ſit eſſentia ſua libera, à Deo creata, ita vt nullo pacto, à ſuper cœleſti potentia ad actus eliciendos et producendos cogi poſſit, deſtrueretur ſiquidem eius eſſentia libera ſi cogi poſſet, quod ſupercœliſti potentiæ eſt impoſſibile, implicat enim contradictionem eſſe liberum, et non liberum; reſiſtit ergo anima humana Angelicis et diabolicis conatibus omnibus, mera ſua potentia, et facultate libera, qua prædita eſt, à ſummo ſuo creatore, qui eam liberam libere creauit, ita vt Deus ipſe, abſque deſtructione eſſentiæ animæ humanæ, eam ipſam cogere nequeat, ad actus ſuos edendos. Vnde illud Auguſtini qui fecit te ſine te, ſine te, te ipſum Saluare non poteſt, vt liberi arbitrij poteſtatem & facultatem in homine demon-

Quid poſſint Angeli & dæmones in animam humanam.

Libertas animæ humanæ cogi non poteſt.

ſtrare queat, tantæ eſſe energiæ vt Deo ipſi reſiſtere poſſit nihilominus tamē gratia diuina efficaci, vt loquntur Theologi, ita liqueſcit cor hominis & eius voluntas libera, vt omnino ſequatur voluntatem Dei, nihilominus potentia reſiſtendi, hoc eſt actus & potentia libere agendi, non deſtruitur at integra manet, qua mereri valeat ſi bonum & virtutem ſequatur, & torquori etiam ipſa queat ſi malum quod pœnas exigit, ſectetur. Perinde non culpanda ſunt aſtra & influxus cœleſtes, nec demones ſi vitijs contaminetur anima humana non enim hæc ex aſtris & dæmonibus; ſeu malis genijs in animam humanam neceſſario defluūt ita vt hinc male & vitioſe agere debeat anima humana at vt continuo prœlium agat, in vitium & malum ipſumque vincat, & ſuperet, & victoria parta triumphet. Ad hoc ſolum creata eſt anima humana, vt in corporis ſui ergaſtulo, concluſa, ſemper & continuo, dies & noctes prælietur, vita enim ſua nihil aliud eſſe debet quam perpetua militia ſuper terram at cum nobilis admodum ſit & nobiliſſima creaturarum infimarum vincere habet, vt coronetur turpe enim eſt illi ac ſūmū dedecus, vinci& ſuperari, cū in ſe habeat vincendi, ac ſuperandi ſuffici-

Voluntas humana gratia diuina liqueſcit non tamen cogitur ad obediendū gratiæ diuinæ.

Anima eſt creata ad prælium.

Vita humana nihil niſi perpetua militia ſuper terram.

entem energiam. Vndequaque enim ſtipata eſt & munimentis fortiſſimis præmunita, vt cœleſtium & ſupercœleſtium omnium viribus reſiſtere poſſit vt inferius fiet manifeſtum & clarum.

Anima humana cur habeat cœleſtes influxus infauſtos & ſibi contrarios

CAPVT XIV.

ANimæ humanæ nihil infauſtum & contrarium eſſe poteſt cum in ipſam naturale nihil agere poſſit cœlum enim & aſtrum cum ſint diuerſi generis in ipſam animam agere nequeunt; contraria enim vt inter ſe agant ſub eodem genere eſſe oportet, aqua enim & ſulphur inter ſe agunt, quod ſub eodem genere elementi collocentur: anima autem humana, & cœlum & aſtrum quoduis non ſub eodem genere ſunt & perinde infauſti & contrarij inter ſe habere poſſunt, ſupereſt ergo vt aliquid ſit in corpore quod actuat, cuius ope & miniſterio, anima humana perſentire poſſit cœleſtes illos ſibi infauſtos & contrarios influxus & radios, qui illi proprie & ſtricte loquendo, non ſunt contrarij, cum non ſub eodem genere collocentur anima ſiquidem humana non eſt lux cœleſtis, ſed

Animæ humanæ nihil eſt infauſtũ & quare.

eſt lux diuina & ſupercœleſtis vt probatum eſt ſufficienter ſuperius & perinde non ſub eodem genere lucis collocantur anima humana & radij cœleſtes & perinde etiam radij cœleſtes nihil contrarij & infauſti in ipſam animam humanam infundere poſſunt, at in corpus humanum infundunt quidem aliquid infauſti cum in corpore humano reperiatur lux cœleſtis corpus mouens & agitans & ſuſcitans ad actiones ſuas peragendas, hæc eſt enim lux cœleſtis permixta corpori & vera permixtione illi vnita, nec tamen eſt forma corporis humani vera & vltima; non enim habet aliam formã corpus humanũ præter animam rationalem & intellectualem: at ſolum eſt hæc lux cœleſtis inſtrumentum actionis animæ humanæ, quò vtitur anima humana, vt corpus ſuum compellat ad agendum illud autẽ, inſtrumentum cum ſit lux cœleſtis, præcipuaque eius pars tota ex cœlo dependeat facili negotio ſuſcipit impreſſiones cœleſtes & ſi aliquid ſit mali vel boni influxus dum corpus humanũ producitur illud quidem corpori humano, tunc temporis imprimitur & vnitur, parti potiſſimum lucidæ, & cœleſti, quæ ipſum corpus ſuſcitare habet ad actiones & in-poſterum deinde, toto æui tempore, dum corpus perſiſtit cœleſte

Corpus humanum non habet aliam formã præter animam humanam.

Quid ſuſcipiat in corpore humano cœleſtes influxus.

illud quod impactum eſt ſuſcitatur ad actiones ſimiles edendas cœleſtibus radijs, qui primo productionis tempore in corpus humanum deſcenderunt vt illi vnirentur & permiſcerentur, vera permixtione & calidum innatum corporis humani conſtituerent. Sic calidum innatū verū& vnicū animę humanę inſtrumentū ſuſcipit impreſſiones cœleſtes, et influxus bonos vel malos, et ſi quid eſt fauſti vel infauſti ex aſtrorum radijs tunc imprimitur calido innato, vnde calidum innatum corporis humani imbuitur et inficitur vt ita loquar influxibus aſtrorū vnde deinde titillatur ad actiones ſimiles aſtrorum impreſſionibus peragendas, et anima humana ſuſcitatur inſtrumento ſuo, ad ſimilia peragenda. Quod ſi inſtrumentum ſuum ſeu calidum innatum corporis imbuatur hiſce impreſſionibus cœleſtibus, ſieri non poteſt, quin anima humana titilletur & ſuſcitetur ad hoc agendū, quod ab aſtris impreſſum eſt & infuſum calido, innato ſuo, actionis ſuæ inſtrumento, non tamen inde neceſſarium eſt, vt anima humana cogatur ad ita agendum & ſic clarum habemus & manifeſtum quà ratione cœlum & aſtra, habeant aliquid fauſti vel infauſti quod quidem anima humana ſæpe ſæpius ſequitur, quod inſtrumenti &

Calidum innatū ſuſcipit influxus tanquam corporis humani organum.

organi ſuam actionem inclinationem & propenſionem ſæpiſſime obſecundet & hinc ortos eſſe bonos & malos genios, naturæ humanæ facili negotio credere poſſumus. Quod capite ſequenti diſquiremus.

Anima humana an habeat bonum & malũ genium. Quo ſuſcitetur ad bonum vel malum inſequendum.

Capvt XV.

Angelus bonus & malus datus homini quare.

SAnctorum patrum quamplurimi nobis affirmant vnicuique homini datum eſſe genium bonum & malum, vt bono ſuſcitante genio virtutem ſequatur homo, aut ſaltem ſuſcitetur ad eam perſequendam, malo autem inſtigante genio, ad vitia inſequenda titilletur. Genium autem bonum homini datum in ipſo inſtanti productionis ipſius hominis ſeu infuſionis & creationis animæ humanæ, in corpus ſuum affirmant, eamque eſſe credunt ex vltima ſpirituũ ſupercœleſtium hierarchia Ephionia dicta ex choro Angelorum: malum autem genium eodem tempore homini datum ex eadem tertia hierarchia ex choro cacodæmonum eſſe opinantur. Hi genij inter ſe prælio continuo ac bello, dimicantur, vt hominem in conſenſum ſuum trahant ſuæ voluntatis, ita

tis, ita vt homo continuis agitetur motibus, internis ad bonū vel malūinſequendū: quod quidē tanquā veriſſimū perſentiūt animę humanę, quę quidē etſi ſunt nobiliſſimæ creaturæ, ſcientiæ cognitionis & intellectus ac libertatis plenæ, nihilominus ad malum potius pronæ et inclinatæ videntur et ad vitia omnia inſequenda quam ad virtutem quod ſuadelæ mali genij grationes et iucundiores ratione corporis humani, illi videantur via autem virtutis aſperior multo labore et ſudore plena, vnde virtutem poſuere dij ſudore parandam ex ſententia ignauorum, quod illis via virtutis aſpera et dura videatur vitij autem iter planum et molle quod tamen non ita eſt, imo contra, via virtutis plana et mollis, et vitij iter montuoſū durū& aſperū anxietate&lãgore plenū: id autē ex inclinatione &propenſione animę humanę ortū habet, ſi enim inclinetur ad vitium vitij iter planum omnino et molle, virtutis autem iter difficille, ſi vero ad virtutem tendat, et inclinetur virtutis iter gratum admodum & facile illi videbitur, vitii autem è contra aſperum et durum.

Homo ad malum potius inclinatur quam ad bonum & vnde id ſit.

Hæ autem propenſiones et inclinationes animæ humanæ ad virtutē vel ad vitium inſequendum accendentur ſæpiſſime boni vel mali genij inſtigatione, vnde etiam accendimur et inflamuamur,

Propenſionem & inclinationem ad bonum & ad malum vnde proueniant.

ad virtutem vel ad vitium ſuadela boni vel mali genij noſtri, non tamen ſemper & perpetuo, ſhice externis ſuadelis ferimur ad bonum vel ad malum ſed internis noſtris inclinationibus & propenſionibus quæ ex aſtris & luce mundana ortum habent quibus tamen dominari poſſumus virtute & proprietate innata animæ noſtræ, at vt excuſationem nō habeamus vllam ſi virtutem non ſequamur nec ex parte mali genij, nec ex parte infauſti aſtri & conſtelationis malignæ, quæ calidum innatum noſtrum inficit ſua maligna qualitate, quod quidem calidum innatum ita male aſſectum tutillat animam humanam ad ita deprauate agendum vnde actiones animæ humanæ poſſunt etiam deprauari & contaminari vitio organi ſui, niſi virtute & magnanimitate animæ humanæ, corrigantur, & cogatur ipſum inſtrumentum ad deprauatum illud agēdi cacoete deponendum: hinc ex praua illa propenſione ad malū & inclinatione ad bonum, bonos & malos genios ortum habuiſſe crediderunt nonnulli Philoſophorum & ſecundum eorum ſententiam ex aſtris ipſis inueſtigari poſſe, eorum naturam & eſſentiam. quod calidi innati propenſiones & inclinationes ad agendū ex aſtris ipſis auſpicari valeamus. Influunt ſiquidem aſtra, calido innato,

ſuas virtutes & energias, ipſumque diſponunt ad deprauatas vel optimas agendi propenſiones & hoc eſt habere geniū bonum vel malum ad virtutem vel ad vitium inſequendum: non tamen negamus ſententias ſanctorum patrum, quibus aſſeritur hominibus ſingulis datos eſſe Angelos ad eorum cuſtodiam, quibus ſuadentibus feruntur homines ad virtutem non coacte ſed libere; vt vice verſa etiam ſingulis hominibus malum Angelum eſſe datum vt eo inſtigante ad vitium flecti poſſint non vt flectantur abſolute at vt reſiſtant eius tentationibus & victoria hinc reportata, coronentur, ſinguli enim homines milites Dei & Chriſti ſunt, & milites Dei eſſe nequeunt quin militent nec militare, quin hoſtes habeant quos vincere habent aut coronari non merentur, quo circa dati nobis ſunt hi hoſtes & inimici non ad deſtructionem noſtram, ſed ad gloriam &coronam modo ipſos hoſtes & inimicos vincamus & ſuperemus. victoria autem ipſorum hoſtium penes nos eſt, ſtipati enim fortiſſime ſumus aduerſus omnes inimicos noſtros, ideo non pertimeſcendi nobis ſunt, nec vllo pacto cedendum nobis eſt, ſed contra fortiter nitendum vndiquaque enim expletam & perfectam habemus formam virtutis& victoriæ pal-

Aſtra diſponunt calidum innatum ad bene vel male agendum.

Dati ſunt hoſtes homini vt homo vincat et non vincatur.

mam, vt belli huius ſuperſtites eſſe valeamus, quod capite ſequenti fiet clarius.

An anima humana vi naturali ſua virtutem ſequi queat, & vitium pariter reprimere poſsit.

CAPVT XVI.

Lucis eſt vincere & ſuperare.

CVm lucis cœleſtis, & mundanæ ſit omnia vincere ac ſuperare quæ illi inferiora ſupponuntur, vt experientia ipſa videmus cœlum & aſtra omnia, inferioribus elementis & elementatis omnibus Dominari, hinc clarum & manifeſtum habemus animam humanam ſua virtute innata, & proprietate vitijs omnibus dominari poſſe, cum ipſa ſit lux diuina & ſupernaturalis cum lux ipſa cœleſtis & mundana, illi ſubalternetur, vt ita loquar & ſubijciatur. Itaque ſi lux cœleſtis inferioribus omnibus dominetur iure potiori & fortiori, lux diuiua & ſupercœleſtis qualis eſt anima humana, inferioribus omnibus dominabitur vitia autem omnia qualiacumque ſint inferiora ſunt & abyſſi inferioris ſequuntur eſſentiam & naturam cum mali redoleant indolem vt enim bonum & malum opponuntur eſſentia & natura, ſic

Anima ſua cum ſit lux ſupernaturalis vincere habet.

& loco ac ſede diſſident ita vt ſi bonum ſit ſuperius vt vere eſt cum Dei ipſius ſapiat naturam: malum erit inferius cum & ſatanæ & diaboli ſapiat naturam & indolē. Satan autem & diabolus, & quicquid Deo aduerſatur, in infimo loco collocatur, non ergo diffidendum eſt quin anima humana vitia cuncta & mala omnia naturali ſua virtute & proprietate ſuperare poſſit, cum & ipſa ſit ſupernaturalis & diuinæ lucis origo, cui omnia infima ſubijciuntur, non cœli infauſtos, & peruerſos radios non planetarum omnium maleuolos influxus non mali genij malignas inſtigationes pertimeſcendas habet, hæc omnia illi infima ſunt, & illi ſubijciuntur dedecori illi ſummo eſt, ab infimo vinci & ſuperari cum & ſuprema omnia vt vincat ſint illi auxilio, Deus ipſe potiſſimum cui omnia cedunt cœleſtia terreſtria & inferna, illi aſſidue & continuo ſuccurrit, bonus præterea genius, qui illi fidelis Achates habetur, virtutem inſpirando robur ſupercœleſte impertit, boni autem & fauſti cœlorum omnium influxus & radij, non ipſam animam deſtituunt ſed ipſam vndiquaque ambiunt & calidum innatum corporis humani, & humidum primigenium actionum ſuarum, organum & inſtrumentum, omni ex parte fortunant vt ad

Animæ humanæ dedecori eſt ſi vincatur à vitijs & quare

actiones virtutis propellatur hiſce omnibus ſtypata anima humana, tum diuinis tum naturalibus auxilijs cum innata ſua virtute, nonne illi dedecori habetur, ab infimo illa ipſa debiliori, vinci ac ſuperari poſſe,

Cõcluditur animã humanam virtutem ſequi poſſe ex virtute ſua innata.

Non ergo ambigendum vllo pacto eſt, animam humanam innata ſua virtute & proprietate, virtutem ipſam ſequi poſſe, & malum pariter omne, & vitium reprimere cum ſit diuinæ prorſus originis cui virtus & bonum innatum eſt, malum autem & vitium innaturale & contra ipſius naturam naturale autem ſequi facillimum eſt, & innaturale facilis eſt victoriæ.

An ratio intellectus voluntas & paſsiones animæ inter ſe differant.

Capvt XVII.

Simplex homogeneũ & nihil habet à ſua ſimplicitate diſtinctum.

Simplex & omnino homogeneum nihil habet in ſe ipſo diſtinctum & ſeparatum, alioquin non eſſet ſimplex et homogeneum ſi haberet aliquid quod non eſſet ſuæ naturæ et eſſentiæ, ſciunt autem & fatẽtur omnes Philoſophi & Medici fide Chriſtiana illuminati animam humanam ſimplicem eſſe ſubſtantiam ſpi-

ritualem ſupernaturalem & diuinam; nihil ergo heterogenei habere fatendũ eſt cum ea ſit ſimplex ſubſtãtia ſpiritualis & ſupernaturalis. Authoritates patrũ hoc confirmant & ſtabiliunt quod etiam ratione ſubfulciri poteſt. Anima ſiquidem eſt lucis Dei & ad imaginem verbi primi exemplaris creata ſubſtantia: lumen autem Dei eſt quid ſimplex imo quid ſimpliciſſimum & verbum, primum rerum omnium exẽplar eſt filius Dei æque ſimplex, ac ſimpliciſſimus ac ipſe Deus, ſi ergo anima humana ſit ad imaginem & ſimilitudinẽ verbi creata ſubſtantia erit omnino ſimplex, aut ad ſimilitudinem Dei & ad imaginem verbi primi exemplaris non erit creata ſubſtantia. Quod tamen nobis eſt credendum fide Chriſtiana & Catholica. Ratum ergo ſit & ratione, & authoritate & fide ipſa Chriſtiana confirmatum animam humanam ſimplicem eſſe ſubſtantiam eamque ſpiritualem & ſupernaturalis ordinis: hinc ſequitur, intellectum, rationem, liberam voluntatẽ ſapientiã, prudentiã, amorẽ iram & odiũ & reliqua õnia, quæ ab ipſa ſubſtãtia ſimplici animæ humanæ effluere ſolent, non eſſe quid diſtinctum, & ſeparatum ab ipſa anima humana, at in ipſa anima eſſe ſubſtantiam ipſam ipſius animæ hu-

Anima humana ſimplex eſt ſubſtantia.

Intellectus ratio volũtas amor odium ſcientia prudendentia non diſtingũtur in anima humana.

manæ exterius tamen poſtquam ab ipſa animaeffluxa ſunt diſtingui & ſeparari, interius vero vnam & eandem ſimplicẽ ſubſtantiam conſtituere, vt apparet in alijs ſimplicibus ſubſtantijs ſpiritualibus, in dæmonibus Angelis & in Deo ipſo, quid enim in Deo eſt, Deus eſt, iuſtitia miſericordia ſapientia ſcientia, cognitio, bonitas & reliqua omnia Dei atributa, ſunt in Deo ipſo, Deus externus autem à nobis ipſis deſtinguitur, externa autem hæc diſtinctio principium formale & eſſentiale, diſtinctum & ſeparatum in Deo ipſo nullo pacto, conſtituit: ſic & in Angelis cognitio, ſcientia, amor, odium peccati, & peccantiũ triſtitia & lætitia,& reliqua cuncta, quæ ex illis ſubſtantijs ſpiritualibus effluere poſſunt,nõ diſtingũtur & ſeparãtur in ipſa ſubſtantia Angelica,ſed confunduntur,& vnam & eandem & ſimplicem conſtituunt ſubſtantiam ſpiritualem pari omnimoda ratione,aſſerere poſſumus animæ humanæ paſſiones virtutes & proprietates omnes quæ exterius diſtingui et quodammodo ſeparari videntur nullo pacto in ipſa anima humana diſtingui at confundi et vnicam ſimplicem ſubſtantiam ſpiritualem conſtituere et ſic rationẽ intellectum, voluntatem, amorem, odium et reliqua cuncta,quæ ex ipſa anima hu-

Humanæ animæ paſſiones non diſtinguatur in anima.

mana effluere poſſunt & emanare ſolent nullum principium formale & eſſentiale diſtinctum & ſeparatum habere, ſed ab vnico & eodem ſimplici, formali, eſſentiali, ſpirituali, ac ſupernaturali fonte ſcaturire ſolere.

Subtilitas intelligendi & ratiocinãdi acumen vnde oriatur in anima humana.

Capvt XVIII.

Mira eſt admodum hominum differentia ſunt enim quam plurimi ſubtiles admodum & acuti;alij vero ſtupidi valde, & adeo ſtolidi, vt rationis impotes omnino videantur vndenam autem hoc eueniat, iampridem perquiſiuimus, in compendio noſtro ſecretorum Chimicorum Gallico idiomate,in lucem edito cap. 8. & 9. libri quinti, iam vero licet etiam hanc quæſtionem agitare & altius multo, ac profundius perquirere, ſciant ergo Chymicæ artis alumni temperamenta corporis quæ non ex humoribus ortum ducunt, omni ex parte,non conſtituere in hominibus ſubtilitatem & acumen ingenij vt aſſeruimus in præſcripto compendio noſtro: ſunt enim

Hominum differentia vnde ſit.

Temperamenta non conſtituunt differentias hominũ & acumen ingenij.

& alia multa, præter hæc temperamenta quæ conferũt ad ſubtilitatẽ, & acumen ingenij: temperamentum ſiquidem & corporis humani diſpoſitiones qualeſcũque ſint, nequeunt animæ humanæ perfectionem virtutem & proprietatem mulplicare & augere, tota enim perfecta eſt, & vndiquaque expolita, à corpore nihil recipit, imo contra corpus ab ipſa recipit perfectionem quamtulamcumque habet, ſi enim reciperet aliquam perfectionem à corpore, corpus ex centro ſui ipſius vel ex nonnullis qui illi inſunt, daret talem perfectionem; atqui non poteſt dare vllas perfectiones animæ ſuæ, nam ſi daret amitteret illas, dum ſeparatur anima à corpore: manifeſtum autem eſt, animã humanam nũllas perfectiones amittere, imo maiores recipere in ipſa ſeparatione corporis ſui, & contra clarum eſt corpus amittere perfectiones omnes ſuas in ſeparatione animæ ſuæ.

Anima humana nihil perfectionis amittit ex corpore ſuo

Hinc nullo pacto ambiguum eſt corpus humanum nec ex ſe ipſo nec ex temperamento ſuo, aliquid perfectionis animœ ſuæ condonare.

Vndenam fit quod corpus videatur perficere actiones ſuas.

Quod ſi videamus & experiamur corpus humanum fortius & potentius agere, & perfectiones animæ ſuæ efficacius exequi & perficere, ſi organis optimis & temperamento, dotetur, quam ſi depra-

uatis inſtrumentis vtatur,& tẽperamentis afficiatur, intemperatis, inde arguere non poſſumus animam humanam agendi perfectionem ſuam à corpore bene diſpoſito recipere, ſed potentius & fortius agere in corpore bene diſpoſito, quam in deprauate organizato : organa enim & inſtrumenta agendi non perficiunt potentiam & facultatẽ agendi,ſed ipſam actionem ſua perfecta diſpoſitione efficiunt : nam quantum eſt perfecta facultas agẽdi & potentia in ſuo fonte & principio, tantum ad actum perfectum reduci poteſt facultas illa agendi, inſtrumento & organo.

Qua rationes actiones animæ humanæ recte velmale fiãt in corpore humano.

Potentiæ ſiquidem & facultates animæ, in actum perfectum vel imperfectũ reducuntur, ab organis perfectis vel imperfectis at in ſuo fonte,& principio perfectiſſimæ ſunt nec perfectiorem gradũ obtinere poſſunt ab organis.Hinc clarum & manifeſtum habemus, ſubtilitatem intelligendi & ratiocinandi acumẽ in anima humana, dependere ab ipſius animæ humanæ ſubſtantia diuina, & immortali, non à temperamento & organo corporis humani quamuis actus ille ratiocinandi, & intelligendi potentior,& fortior dependeat, ab ipſo animæ humanæ organo, bene diſpoſito, quod ſua optima & laudata diſpoſitione actus illos

ratiocinandi & intelligendi perfectiones, oſtendit quam deprauata ſua diſpoſitione, & ſic intepretandi ſunt omnes Medici, ac Philoſophi qui aſſerunt animæ humanæ actiones perfici ac deprauari, ab ipſa perfectione & deprauatione, organorum corporis humani : alioquin corpus humanum perficeret animam humanam, quod eſt abſurdiſſimum cogitatu : forma ſiquidem non perficitur à corpore ſuo, imo contra corpus perficitur à forma ſua.

Corpus humanũ perficet animam humanam imo contra.

Concludamus ergo ſubtilitatem intelligendi, & ratiocinandi acumen ab ipſa ſola anima depēdere, & nihil eſſe in corpore humano à quo ipſe intellectus & ratio ipſa, dependeant, ſunt enim qualitates eſſentiales ipſius animæ humanæ quæ à nullo alio dependent quam ab ipipſa anima humana quæ quidē ſubtilior& acutior vna quam alia eſt, ex principio ſui ortus quod capite ſequenti fiet manifeſtum & clarum.

An animæ humanæ ſint inter ſe perfectione æquales.

CAPVT XIX.

Animæ humanæ nō ſunt inter ſe æquales.

VT corpora humana inter ſe differunt nobilitate & præſtentia ſic animæ humanæ, inter ſe differant neceſſe eſt, inter corpus enim & animã humanam eſt maxima ſympatbia atque conſenſus adeo vt ſæpe ſæpius perfectum corpus humanum perfectam includat animam: Author enim rerum omnium qui peculiari ſtudio hominem curat, dum corpus humanum perfectum cernit, & naturali fato et lege, per quam optime coagulatum, & compactum conſpicit, ſecundum illam naturalem perfectionem materialem animam illi creando infundit, & infundendo creat, ita vt corpus animatum perfectiſſimum & omni ex parte abſolutum hinc exſurgat non quod inde perfectio animæ humanæ & nobilitas ac præſtantia dependeat ex præſtantia & nobilitate corporis humani, quia à corpore nullo pacto dependet, ſed tantum id omne quod habet, habet ex Deo creatore ſuo qui cũ liber omnino ſit agens, libere omnino creat animas humanas & ſecundũ velle ſuum commu-

Anima humana quicquid habet perfeperfectionis haber ex creatore ſuo.

cat illis & tribuit lucis perfectionis gradus ſecundum quos inter ſe differunt indiuidualiter, non enim ſunt omnes perfectione & nobilitate æquales ſed multo differunt vt ipſamet expeperientia ſatis conſtat, & comprobatum habemus omnes, videmus enim & conſpicimus omnes homines inter ſe multum differre, non ſolum ex natiuitate ſed etiam ex educatione quod quidem ex ſe ſatis indicat animas humanas inter ſe nobilitate & præſtantia differre, cum ad virtutem & nobilitatem atq; præſtantiam facilius ferantutur, aliæ alijs, nonnullæ ſiquidem natiuitate ipſa nulla fere arte ſed ipſamet natura, ad virtutem & præclaros virtutis actus deferuntur: aliæ autem nec ex natura nec ex arte ad virtutem incitari poſſunt, ſed ad vitium pronæ iacent, quod quidem negari non poteſt cum quotidiana experientia fiat manifeſtum. Vnde differentiam quam maximam conſpicimus; inter animas humanas, quod quidem non eſſet, ſi omnes eſſent inter ſe nobilitate æquales, creantur quidem omnes ſubfficienti perfectionis gradu, vt corpus humanum nobilitent & lucis radio, ſufficienti dotantur vt verum & rectum ſequendum intelligant vitiumque fugiendum eſſe ſciant, vt inde perfician-

Animæ humanæ inter ſe nobilitate differunt.

tur, & gratæ ſunt ſuo creatori, non tamen omnes æquali lucis radio indiuiduali eſſentiali cōſtituūtur, id autē ex volūtate creatoris libera dependet, cuius rationem quærere velle, ſtulti potius eſt, quam Philoſophi. Voluntas ſiquidem diuina, Philoſophis omnibus ratio ſuprema eſſe meretur cum voluntas & ratio in Deo vnum & idem ſint, & ſimul conuertantur.

Ratum ergo ſit animas humanas differentes multo inter ſe eſſe, non ſolum qualitatibus & donis ſed etiam ex ipſa ſubtantia indiuiduali, quæ ita à ſummo creatore, velle ſuo libero creata eſt, & in corpus humanum infuſa, vt in eo bene regendo, & gubernando, conſequi ac demereri valeat, laudis & gloriæ æternæ brabiū; aut è contra ſi male & vitioſe corpus ſuum regat, vitij ſupplicium & tormentum æternum patiatur.

Cocluditur animas humanas nobilitate inter ſe diſtinctas. Eſſe cū & ſubſtantia indiuiduali inter ſe differāt.

Hæc autem differentia animarum ſingulorum hominum ſatis ex ſe ipſa patet, & iuſtum & æquum eſt animas hominum ſingulorum inter ſe differre, cum et reliquorum naturalium mixtorum, formæ inter ſe differant quamuis ab vnico fonte nēpe à luce cœleſti dependeant omnes quæ radicitus materiæ primæ inhæret, vnde formæ omnes naturales mixtorum naturalium habent originem, quod ſi in

mixtis omnibus naturalibus hæc diffe-rentia conſtituatur, & hæc dependeat ab ipſa forma, neceſſe eſt formas ipſas inter ſe differere cum ipſamet differentia, ab ipſa forma dependeat, quidni & in ſingulis hominibus eamdem differentiam conſtituemus, & perinde animas omnes humanas nobilitate & præſtantias ſingulari inter ſe differere cum & forma indiuiduali inter ſe differant, quæ potiſſimũ conſtituit ſua indiuiduali ſubſtantia hanc differentiam & vt Angeli inter ſe differunt indiuidualiter ſic & anima humana inter ſe differre neceſſe eſt.

Anima humana vndenam amet & odiat res varias.

Capvt. XX.

Anima humana cum ſit lux diuina & ſupernaturalis propter ipſum ſolum hominẽ a ſummo rerum creatore creata, & cum luci omni debeatur cognitio & præcipue huic luci diuinæ ac ſupernaturali propter illum ſupernaturalem ordinem debetur inquam illi, non ſolum cognitio rerum comunis & triuialis at ſupernaturalis & diuina, quæ quidem cognitio ſupernaturalis & diuina, in hominibus vocatur ratio & intellectus: ex hac

hac cognitione ſupernaturali hominibus omnibus innata, & peculiaris dependet amor & odium humanum: nequeunt. Enim homines amore vel odio aliquid perſequi niſi cognoſcant illud quod amãt vel odiunt amore vel odio eſſe dignum, & quo maior eſt illa cognitio amoris vel odii, eo maior & feruentior eſt amor & odium acerbius & crudelius. Vnde homines omnes qui acuto ſunt ingenio præditi & intellectu, & exquiſita ratione illuminati magis amant & odiunt quam qui comuni&triuiali vel omnino ſunt intellectu, putant tamen omnes & facillime credunt ſe ſummopere amare vel odio habere, quod amant vel odiunt & omnes alios ſe vincere, amore vel odio, quod quidem veriſſimum eſt, quia amant vel odiunt in quantum cognoſcunt & cum putent & exiſtiment ſe perfectiſſime cognoſcere illud quod amant vel odiunt inde putant ſe perfctiſſime amare vel odio habere, quod amant vel odiunt. Quod contingit potiſſimum omnibus fœminis & mulierculis,hac autem in parte ſe ipſos fallunt cum perfectiſſime credant ſe cognoſcere amoris vel odii cauſas; cum hæ cauſæ maiores ſint & notiores ex maiori & notiori cognitione & intellectu, qui quidem in omnibus hominibus & ſingulis non eſt æqualis nec dũ pariter æquale,

Vndenam ament vel odiant homines

Vndenam amor&odiū non ſunt æqualia.

cum notiones amoris & odij non ſint in ſingulis hominibus aquales, vt ſatis ex ipſa experientia claret,& perinde, amor in omnibus non eſt æqualis nec odium æquale, cum cognitio amoris & odii nō ſit æqualis etſi omnes ſe exiſtiment perfectiſſime cognoſcere illud ipſum quod amant vel odiunt:non eſt abſoluta & perfectiſſima rerū in terris notio& perinde nō poteſt earūdem rerum eſſe in terri s amor & odium perfectiſſimum &abſolutum.

Amor & odiumnon poteſt eſſe perfectus & abſolutus.

Res omnes quæ aliquid boni &perfectionis ipſius bonitatis in ſe participant ſi tales cognoſcantur, eliciunt ex cognoſcente ſecundum gradum cognitionis ipſius bonitatis actum amoris, qui quidem actum maior vel minor eſt, ex gradu maiori vel minori ipſius bonitatis qui cognitioni noſtræ & intellectui obiicitur, ſolum enim bonum amatur,& malum oditur, & ſecundum gradus nationis boni ipſius & mali, exoritur amor & odium:malum quidem non poteſt amari, ſub ſpecie mali, quia malum ſub ſpecie mali, tendit ad deſtructionem boni, & illi inimicum eſt, & contrarium vnde bonum odit malum, tanquam inimicum ſuum, & malum item odit bonum tamquam inimicum & vltorem, ſic nihil amare poteſt, deſtructorem ſui ipſius, ſed ſolum conſeruatorem, & pro-

Bonum ſolum amatur& malū oditur.

tectorem : bonum inde ſolum amari poteſt, cum ex ſolo bono, conſeruatio & protectio vitæ,ac beatæ, exoriri queat, ex malo autem deſtructionem & infortunium certum& appertum ſcaturiri ſciamus.

Hinc concludere animam humanam ex cognitione boni & mali quam elicere poteſt, ex variis rebus, quas bonas vel malas exiſtimat, elicere poſſe actum amoris vel odij, ſecundum notionem quam habere poteſt circa ipſas res quas bonas vel malas dijudicat.

Anima humana cur modo amet modo odiat rem vnam & eamdem rem.

CAPVT XXI.

ANnima huamana cum ſit tenebris humani corporis immerſa abſoluta frui non poteſt cognitione boni vel mali,cum tenebræ corporis quibus inuoluitur, impediant illam perfectam & abſolutam notionem, vnde cum confuſe & tenebroſe, cognoſcat,modo bonum modo malum,ſæpe ſæpius malum pro bono accipit, inde amat malũ ſub ſpecie boni, quod malum cognoſcere perfectiſſime nequeat & quãdiu malũ,bonum dijudicat, tamdiu malum amat vt cum tenebræ ſuæ

Anima humana modo amat modo odit.

pedetentim experientia & lumine ſui in-tellectus, diſſipentur, malum tunc tem-poris quod illi antea, per ſuam obſcu-ram cognitionem bonum videbatur, ma-lum iam eſt, & tunc temporis amo-illius mali ſub ſpecie boni mutatur in odium & odit homo, modo odit, vnam & eamdem rem, ex cognitione ſua vniu & eiuſdem rei, varia ac diuerſa, quam habere poteſt, ex parte, tum ipſius re cognitæ, quæ mutari poteſt, tum e ipſamet cognitione, quæ mutari etiam poteſt, cum perfecta non ſit & abſolu-ta ex tenebris quibus inuoluitur, qui-bus omnino œccæcatur, anima humana ita vt lumine ſuo innato, & ſupernatura frui nequeat, ad res perfectiſſime di-noſcendas, hinc facile mutat ſententia & opinionem ſuam quam concipit rebus ſibi obiectis vt eas diſcernat, ita ex mutatione ſuæ ſententiæ, modo r bonas exiſtimat, eaſdem autem mod malas cõcipit, & ex diuerſo illo conce-tu, modo amor, & odiũ modo odiũ exor ſolet, cũ amor ex cognitione boni & ma ortum habeat.

Anima humana inter mutat ſententias ſuas & opiniones.

Hinc nullo pacto dabitandũ cenſem animam humanam modo amore, mod odio, rem vnam & eandem perſequi p ſſe, ex cognitione varia, eiuſdem rei, q modo in bonam modo in malam parte

Amor ex cognitione boni. odium autem ex cognitione mali.

conuertere poteſt, cum vna & eadem res, modo bona modo mala, videri queat, & cognitio item modo falſa, modo vera eſſe poſſit: hinc mutari poteſt amor & odium rerum omnium cum earumdem rerum cognitio mutari poſſit, ex labili & infirma cognitione humana, quæ in hoc mundo firma conſtans & certa eſſe nequit.

Anima humana cur in ignotos feratur amore & ſæpe odio.

CAPVT XXII.

SÆpe ſæpius anima humana nulla cognitione præuia, nec mala nec bona, ignotos homines & ignota quædam naturalia amore cæco,& aliquando odio perſequitur nulla vbi adeſt cognitio, nec ratione boni nec ratione mali, & perinde ex principijs noſtris nullus amor, nullumque odium hinc exurgere debet, quod tamen quotidie experimur falſum. Sunt enim in fluuio, aut in mari, vel aliquo alio expoſiti periculo, tres aut quatuor homines, vita ſua periclitantes & nouus adueniat homo omnino ignotus his qui periclitantur, ita vt etiam ipſe non noſcat periclitantes, fertur tamen ipſe cæco quodam amoris vinculo

Anima humana cur in ignotos cæco feratur amore.

ni vitæ ſuæ conamine, imo cum periculo ipſiuſmet vitæ, tentat aliquem particularẽ ſibi ignotũ ex periclitantibus ex periculo euellere neglectus aliis, cæcus iſte amor & obſuræ & ocultæ benefaciendi illebræ, dependent & ſcaturiunt ex ſimili & fere, eodem naturæ temperamento, quod reperitur inter ignotum amantem, & ignotum periclitantem. Similitudo ſiquidem temperamenti aut humidi primigenii & calidi innati, parit & producit occultos illos & cæcos affectus, ſimilitudo autem calidi innati, dependet ex concurſu ſimili aſtrorum quæ in nos ipſos infundunt pares aut ſimiles lucis cœleſtis radios, & influxus ex quibus exſurgit par aut ſimile calidum innatum & humidũ primigeniũ ex quo ortũ habe cœcus & occultus amor, quo ſæpe ſæpius in ignotos ferimur, ſimpathia enim rerum potentiſſima eſt ad affectus miros eliciendos: lux ſiquidem cœleſtis ſimilis & eadem ex qua ſola hæc dependent tendit ad vnitatẽ et concordiam rerum ſuarũ quas influxu ſuo, & radiis produxit non poteſt autem res ipſas concordes & fortiori nexu inter ſe, ligare quam ipſius amoris vinculo.

Cæcus & gnotus amor vnde ſit.

Sympathia vnde ſit.

Lux cœleſtis ſympathiæ anima.

Idem ipſum de odio cæco & occulto prædicare poſſumus ſunt enim in cœlo, diuerſa ac penitus diſſidentia aſtra, quo-

in aliquem illorum periclitantium & omrum radiis & influxibus diſcordia rerum, & antipathia, ortum habet, ex quibus odium cæcum, & occultum quo ſæpe ſæpius ferimur in ignotos ſcaturiri habet.

Antipathia & diſcordia vnde ſit.

Vnde hinc facillimum eſt concludere, animam humanam ferri amore cæco vel odio, in ignotos quoſdam homines, & in ignota quædam alia naturalia, ſolo corporis ſui calido innato & humido primigenio ſimili aut diſſimili, quod ex aſtris ſimilibus aut diſſimilibus ortum habet quæ luce ſua vt ratio cœleſti, ſimpathiam vel antipathiam concordiam vel diſcordiam, amorem & odium pariunt ſecundum ſimiles vel diſſimiles radiorum ſuorum influxus non tamen cogunt hi influxus animam humanam ad hos actus amoris vel odii eliciendos ſed libere tentant & inclinant ad ipſos actus amoris vel odii, vt probatum eſt ſuperius cap. x. & xi. huiuſce libri.

Concluditur animam humanam frui in ignotos odio & amore ex ſimilitudine calidi innati.

An anima humana lumine ſuo innato & proprio aliquid habeat ſcientiæ.

CAPVT XXIII.

Anima humana redolet aliquid diuini fōtis ex quo educta eſt.

IMpoſſibile eſt quin anima humana ſapiat aliquid fontis diuini ex quo traxit originem : credimus autem animam humanam ex Deo per creationē ſcaturiginem habere, ex quo habet immortalitem & lucem inextinguibilem vitalem, ex luce autem hac vitali æterna & immortali, propria & innata exſurgere ſolet ſapientia prudentia & ſcientia, lucis ſiquidem eiuſmodi eſt ſapere & cognoſcere, ſi enim tali luci non deberetur innata & naturalis rerum cognitio & ſcientia nec Angelis & ſpiritibus ſupernaturalibus deberetur naturalis & innata rerum notio & ſcientia nemo autē ambigit quin ſpiritus ſupernaturales ſint natura ſua & ſponte docti, & prudentes. Nemo etiā ambigere debet animas humanas ſponte ſua & natura ſua eſſe doctas, prudentes & ſapientes. Sicut enim ex luce ſupernaturali cui proprie & naturaliter debetur ſcientia prudentia & ſapientia. Proprietates hæ quæ ſunt luci ſupernaturali eſſentiales & vere naturales tolli & ſubſtrahi nequeunt ex luce ill a, quin

Angeli & dæmones ſunt ſponte & natura ſua docti & prudentes.

Propietates lucis ſupernaturalis quæ ſint.

ſemper eluceant in omnibus in quibus reperitur illa lux ; in Angelis & cacodæmonibus elucent & enitent hæ proprietates cum ipſimet omnes ex tali luce, ſupernaturali ſint creati, ipſa enim lux ſupernaturalis diuina & æterna, vere eſt tota Angelorum ſubſtantia & eſſentia ita vt Angeli non ſint aliud, quam ipſa lux ſimplex æterna & ſupernaturalis vnde actus ſunt ſimplices prudentia ſapientia & vera ſcientia illuſtrati, ex natura ſua, & luce illa ſimplici, qua ſunt creati, humanæ autem animæ ſunt ex eadem luce æterna & immortali, creatæ. Perinde non poſſumus ambigere eas ipſas animas humanas hiſdem & fere ſimilibus illuſtrari donis ac proprietatibus quibus & dotantur Angeli & decorantur, cum & diuinus vates & Propheta vos hoc doceat & confirmet cum hominem aſſerat, minutum eſſe & diſparem paulominus ab Angelis, ratione corporis ſui & materiæ elementaris cui immergitur anima humana, ex qua materia liberatur prorſus Angelus non autem ratione animæ quæ ibidem ſimplex eſt ſubſtantia lux vera ſimplex & immortalis & æterna, & perinde hiſdem condecorari debet donis&qualitatibus ac ipſe Angelus cũ ſunt ambo ex eadem luce creatæ ſubſtantiæ, cui ex natura ſua debetur ſcientia & pru-

Angeli quid ſint.

Anima humana hiſdẽ debet dotari donis ac Angelus.

dentia.

Experientia quotidiana id clarũ& manifeſtum habemus in hominibus rudi & agreſti progenijs exortis qui nulla Logica artificiali nec Phyſica neç Metaphyſica, nec vlla iuris doctrina delibuti nihilominus probant & argumentãtur res ſuas ac eſſent veri Logici, ac de rebus Phyſicis ac metaphyſicis & de iure ſuo peculiari & alieno, ita loquuntur ac diſcerunt lumine ſuo naturali & proprio ex ratione educto, adeo vt vincant & ſuperent quoſdam logices & Phyſices ac Methaphyſices & iuris ipſius initiatos, quod fieri non poſſet, niſi illud lumen quo rerum cauſas cognoſcunt illis eſſet innatum & naturale.

Ruſtici iudicãt ſe ipſos eſſe prudẽtes & ſapientes & doctos.

Sit ergo ratum ex ſtatutum inter Phyſicos melioris notæ, animas humanas omnes, lumine naturali eſſe delibutas, quo naturaliter ſcire, ac cognoſcere poſſunt res omnes, nulla præuia doctrina aliena & externa, quam ſuo peculiari & interno, rationis ſuæ lumine, quod quidem lumen naturale ita acendi poteſt, arte& induſtria dilutis tenebris quibus inuoluitur, ita vt nihil in rerũ natura ſcibile reperiatur, quin lumen humanum cognoſcere ac ſcire queat quod quidem capite ſequenti diſquirendum erit.

Cõcluditur animã humanam rationaliter eſſe doctam & prudentẽ

An ratio & lumen animæ humanæ arte & induſtria magis accendi queat, ita vt maius eſſe videatur.

Capvt XXIV.

Ratio ipſa & lumen ipſum ſupernatule eſſentiale & formale quod eſt in anima humana nullo pacto maius ac dilucidius fieri poteſt: eſſentia enim ipſa, & ſubſtãtia non ſcuſcipit maius & minus in ſubſtãtia, ſua hic enim eſt craſſæ & ſtupidę mẽtis cogitatus vt in proprietate & virtute ſua, ſuſcipere quidem poteſt magis & minus ita vt proprietas & virtus ſua, maior & minor eſſe videatur, & vere ſit, hanc proprietatẽ & virtutem cognoſcẽdi & ſciẽdi nominũ inopia, & defectu nomine & titulo rationis & luminis inſigniĩmus & perinde lectores admonitos velim, vt quæſtionẽ & eiuſdem difficultatẽ audiant.

Sceintia & ſapiẽtia in homines vnde ſuſcipiat magis & minus.

Ratio ergo ſeu lumen ipſum animæ humanæ vt eſt eius proprietas & virtus, non vt eius ſubſtantia & eſſentia formalis, poteſt intrinſecus intendi, adeo vt maior in dies videatur eſſe & vere ſit quo enim magis anima ipſa lucidiori & puriori, concluditur corporis ergaſtulo, eo magis ac magis proprietates ſuæ, & virtutes elu-

ceſcũt & nitẽt cum enim ipſamet lux ſit vera, & veraciſſima, nulo pacto ambigendũ eſt, quin radios lucis nitidiores & maiores effundat, in ſubiecto & corpore puro, & claro, quam in obſcuro & opaco: lucis enim omnis hoc proprium eſt, & innatum, lucere & nitere magis in puro & nitido ſubiecto, quam in craſſo, & opaco, quod radios ſuos obtũdit & ne emittant lucem ſuam & ſplẽdorem impedit: corpora autem humana putant eſſe, vna alijs lucidiora & puriora, ex materiæ enim puritate, & candore, quo inter ſe facille excellunt: eſt enim materia corporis humani vna purior & candidior altera imo & ſpiritus naturales vitales & animales qui ſunt pręcipua pars, materialis corporis humani, quibus ſolis vititur anima humana, ad agendum, & in quibus ſolis ſpiritibus elucet & nitet radius & lumen, animæ humanæ hi inquam ſpiritus puritate & nitore inter ſe, certant ſunt enim puriores & nitidiores in vno corpore quam in alio. Vnde etiam ratio & lumen animæ humanæ nitidius erit & fortius, in vna anima quam in alia vt patet ipſa met experientia,

Corpora humana sũt vna alijs puriora vnde vt animæ actus puriores & fortiores.

Hi autem ſpiritus humani corporis cũ ſint partes materiales ipſius corporis humani, & quotidie ex alimẽtis reparentur & noui quaſi fiãt, arte & induſtria in dies

puriones candidiores copoiſiores & fortiores effici poſſunt alimentis aſſumptis quæ ſpiritus fortiores copioſiores & nitidiores efficere poſſunt horum autem alimentorum copia maxima eſt, & numeroſa in rerum natura, Euchyma omnia & quæ bono ſucco prædita ſunt calidique ſunt temperamenti , hoc præſtare ſoſent & inter cætera eſt vinum optimum, quod quidem cor lætificare ſolet, propter, ſpiritus copioſos & fortes quos producere poteſt.

Vndenam ſpiritus fieri poſſunt ſubtiliores.

Hinc concludere facillimum eſt, rationem & vim intelligendi, ac res cognoſcendi in anima humana, poſſe arte & induſtria ita intendi, vt maiorem & fortiorem ac potentiorem eſſe experiamur, cur autem in omnibus hominibus hoc fieri non poſſit, & cur aliqui reperiantur homines hebeti omnino ingenio capite ſequenti diſcutiemus.

Cõcluditur vim cognoſcẽdi ac cendi poſſe in anima humana.

Cur in omnibus hominibus ratio & vis intelligendi intendi non poſsit.

Capvt XXV.

Vndenam animæ humanæ hebetes ſint.

EXperientia quotidiana compertum habemus quam plurimos homines adeo ſtupidæ eſſe ac ſtolidæ mentis, vt nihil rationis &intelectus in ipſis eſſe cōſpiciatur. Mentem ipſam & animam intellectualem & natura & origine rationalem conſpicimus & experimur, adeo oboni tenebris ipſius corporis vt fere nullas inſignes & præclaras diuinæ mentis actiones habeat, at omnes brutales cuius rei conqueſti ſunt philoſophorum quamplurimi, neſciētes quantum poteſt, limus ipſius terræ ex quo concretum eſt corpus humanum, ad obſcurandum & obtenebrandum ipſum lumen humanum etſi diuinum ſit, & ſupernaturale, quod niſi claro & perlimpido, lumini naturali & mundano ipſius limi præcipuæ parti infundatur & permiſceatur, non poteſt claras & inſignes habere actiones. etſi potentialiter ſeu ex origine ſua, & ex innata ſua natura habere debeat, miras & ſtupendas agendi proprietates, cum ſit lumen diuinum & ſupernaturale cuius eſſe debent mirandæ agendi proprietates,

Limus terræ ex quo concretum eſt corpus humanam obtenebrat animā humanam.

Quid neceſſarium ſit animæ ad obtime agendum.

nihilominus tamen, vt illam miram & ſupernaturalem agendi proprietatem & virtutem obtineat neceſſarium illi eſt, lumen illud mundanum cœleſte, & naturale quo delibutus eſt ipſe limus terræ ex quo corpus humanum traxit originem. Si limus hîc, qui eſt origo & natura ipſa, ipſius corporis humani pauco turgeat lumine, eoque multis limi ipſius tenebris & excrementis ſcatenti, hinc ſit vt anima humana etſi ſit tota lumen diuinum & ſupernaturale, non poſſe ſuis vti naturalibus donis, quod organum ſuum, quod eſt lumen naturale creatum & limo ſuo permixtum, non ſit multum & copioſum. Videt enim anima audit ſapit odorat, tangit imaginatur recordatur, ratiocinatur, & vere intelligit lumine illo corporali & cœleſti quod primo, & inmediate, res omnes per ſenſus corporales ſenſibus internis ipſius animæ obijcit ac repræſentat, non poſſent enim res exteriores obijci, & repræſentari animæ humanæ, niſi mediante illo, lumine corporali quod cœleſtis eſt originis etſi ex veritate, ipſa ex mataria rerum prima, tanquam vera & vnica eius forma traxerit originem, cœleſtis tamen dicitur originis quod materiæ primæ tenuiſſima pars, vna cum ſubtiliori eius forma, ad cœlum effor-

Quo medio vtatur animi vt ſenſibus ſuis vtatur tuam externis tũ internis.

mandum ſe ſublimauerit, & hinc adhuc per influxus, & radios lucis, qui ſunt eiuſdem materiæ primæ, volatiles ſpiritus ſeu emanantes & eructantes eiuſdem materiæ flatus, vt tandem deorſum tendant & materiæ rerum infernarum vniantur vt ſua ſubtilitate & tenuitate, ipſam materiam infernam attenuent & ſubtilent & ſic virtutem & proprietatem rerum cœleſtium materiæ infimæ communicent.

Influxus cœleſtes quid ſint.

Sic attenuatis & ſubtiliatis huius corporis humani luce cœleſti, dum deinde actuatur & informatur anima humana, tãquã propria ſua forma, creſcit eius lumen ſeu ſplendor & candor, adueniente candore & nitore illius luminis ſupernaturalis & ſic roboratum lumen ipſius corporis humani facili via nec naturales omnes obijcit & repræſentat animæ humanæ: ſolius enim luminis naturalis eſt res naturales cognoſcere cum ſit rerum naturalium forma & res naturales ſolum cognoſcantur, eo ſolo quo ſubſiſtunt & habent eſſe, ſubſiſtunt autem, & ſunt lumine illo naturali: lumine ergo ſolo illo naturali cognoſcuntur.

Lumen naturale creſcit in homine ad veritatem

Luminis eſt naturalis res cognoſcere & quare

Quo plus ergo erit luminis illius naturalis in corpore humano, eo magis erit cognitionis ſeu aptitudinis rerum cognoſcendarum in corpore humano, & vere

vice verſa quo minus erit illius luminis eo minus erit aptitudinis & capacitatis rerum intelligendarum.

Hinc fit anima humana corpus craſſum terreſtre & fœculentum actuans & informans ſit quaſi hebete, & omnibus radijs ſuis ratiocinandi & intelligendi ſæpe ſæpius deundatur ad tempus aliquod, in quibuſdam, in alijs vero, toto æui ſui, tempore quod in illis lumen naturale tandem creſcat, & vincat, craſſitiem & fœculentiam corporis humani, in his vero craſſitiem & terreſtreitatem ſuperare nequeat etſi lucis ſit attenuare & ſubtiliare, propter calorē, quem ſecū coniunctum habet: materia tamen corporis humani, in quibuſdam adeo tenax & viſcoſa eſt, excrementis deuincta permultis, vt nullo naturæ attenuari poſſit, ætatis decurſu, ope & auxilio luminis ſui naturalis, quod eſt eius calidum innatum & ignis inſitus: & perinde tenebris obruitur cymmerijs adeo obſcuris & denſis, vt nihil percipere poſſit cum in tenebroſo & obſcuriſſimo carcere concludetur, vbi nihil luminis eſt clari & lucentis ſed obſcuri & opaci, quod illi res cognoſcendas clare & dilucide demonſtret, & inde animæ humanæ ratio in quibuſdam intendi nequit quod lumē naturale corporis humani non intenda-

Vnde ſubtilitas & acumen imgenj

Vnde quidā homines ſint in dies ſubtiliores

tur, & creſcat, quo ſolo virtutes & proprietates animæ rationalis intenduntur, & creſcunt via naturali, quod capite ſequenti clarè admodum diſquiremus.

An lumine naturali ipſius animæ humanæ anima ad prophetiam euehi poſſit.

CAPVT XVII.

Anima humana ex ſe ipſa ad prophetiam euehi nequit.

PErperam certo certiùs excogitarunt quamplurimi Philoſophorum animā humanam ex ſe ipſa lumine ſuo naturali ad Prophetiam euehi poſſe, cum diuina ſit, & ſupernaturalis lux cui Prophetia, & rerum futurarum prænotio debetur luci quidem diuinæ ſupremæ, & independenti, hoc quidem illi deberi verum, eſt luci vero diuinæ infimæ, & depēdenti minime, cum futurorū prænotio, & Prophetia ſoli Deo debeatur, cum præſentia ſoli ipſi, & futura & præterita, vere ſint: creaturis autem ſuis, etſi ſupernaturalibus, & intelligibilibus, futurum tempus, & præteritum, illis ſunt futurū & præteritū, & propterea quod illis tēporibus occultum eſt, cum iam non exiſtat, niſi in ſolo Deo percipere non poſſunt, niſi ipſum Deum, & intima ipſius Dei percipi-

Soli Deo debetur futurorūnotio

ant : Deus enim eſt formale principium temporis , & rerum omnium, quæ cũ tempore decretis, & ſtatutis ipſius Dei fieri habeant ideo in Deo ipſo idealiter exiſtunt, antequam ſint, ideo ſolus Deus, quæ præterita, & futura ſunt, tanquam præſentia habet ; cum omnia in Deo ſint , & præſtantiori modo , quam in ipſomet ſuo eſſe , exteriori , quod in tempore occupant.

Deus eſt temporis principium formale.

Non eſt hominis futura prædicere nec præterita, ſcire cum vix præſentia cognoſcat, cum nullum formale, & reale rerum naturalium faciendarum ſecum habeat principium , ex quo de rebus ipſis faciendis , & factis prædicere poſſit. Hoc ſoli rerum creatori debetur , & omni creaturæ negatur , cum principia rerum faciendam nulli creaturæ inſint , ideo rerum notio , imperfecta eſt omnibus creaturis , cum in nullis earum principia reperiantur , præterquam in ſolo Deo, ideo ſolus Deus perfectè, & abſolutè, ſcit, & cognoſcit , omnia , cum in ſolo ipſo ſint omnia ; & perfectiori multò modo quàm exiſtant in ſe ipſis.

Homo ergo cum eſſentiam præſentem & cum ſubſiſtentem perfecte & abſolute cognoſcere nequeat , cum eius animæ formale, & principia ſuæ exiſtentiæ , ex-

Homo futura cognoſcere nequit

teriora ſint & extra ſe ipſum, radicem habeant multo minus cognoſcet, ea omnia quæ nondum ſunt & ſubſiſtunt in rerum natura qualia futura ſunt lumen enim humanum etſi ſit ſuperioris ordinis, & ipſum lumen naturæ gradu perfectionis exiſtentiæ vincat ac ſuperet, nihilominus exiſtentiam rerum futurarum quæ nondum ſunt, videre non poteſt, niſi diuinam eſſentiam ipſam contemplari queat, in qua ſola, rēs futuræ tanquam præſentes, vere ſubſiſtunt hæc autem viſio diuinæ eſſentiæ hac in vita fieri non poteſt niſi peculiari diuina gratia, & fauore, hæc pemittatur. Et ſi qui ſunt & fuerint homines, vel Angeli vel dæmones futura præſcientes & annuntiantes ex fonte diuino hoc habuerunt & ex hauſerunt & non ex fonte luminis ſui proprij & eſſentialis, ſed ex ſolius Dei lumine quod nihil præſentis præteriti & futuri latere poteſt.

Vndenā fit quod aliqui homines futura præmutient.

Quod ſi ex aſtrorum decurſu, futura & ventura prædici poſſint & anunciari hoc non inuertit concluſionem noſtram & opinionem cum hæc futura & ventura, ex aſtrorum decurſu, futurorum verorum qualitates & conditiones non poſſideant cum eorum cauſæ præſentes ſint & vere ſubſiſtunt, effectus tantum earum cauſarum futuri ſunt & venturi,

Futura ex aſtris, non ſunt vere futura.

modo cauſæ perſiſtunt. Quis enim negare poterit, ex cauſis poſitis, & potenter agentibus non inde ſequi effectus veros & reales grano frumenti in terram debito tempore proiecto cum cæteris cauſis rite poſitis & conditionibus quis negabit inde frumentum, naſci debere, quis etiã aſtronomiæ peritus tempus pluuiosũ & ventoſum non prædicet, ſi Saturnũ Iouem vel martem, in piſcibus conſpiciat, vna cum Luna, ſunt enim hi planetæ in piſcibus collocati, veriſſimæ cauſæ, pluuioſæ tempeſtatis.

Saturnus Iupiter & Mars in piſcibus pluuiam iudicant.

His ergo poſitis cauſis, inde neceſſe eſt exſurgi & ſuſcitari effectus tales, quales promittunt & expoſtulant cauſæ: hæc autem futuri prænotio non eſt vera rerum futurarum cognitio & ſcientia, cum earum futurarum rerum cauſæ præſentes ſint & vere tempore præſenti exiſtant cum ex motu infallibili & ex legibus diuinis ordinato, tali tempore eſſe præſẽtes debeant in quo effectus ſuos producere habent: hæc futuri prænotio ex cauſis verę exiſtentibus & apprime notis dependens non impedit quin concludamus.

Animam humanam lumine ſuo naturali & innato ad Prophetiam & futuri veri cognitionem euehi non poſſe, cum cauſa nota, & manifeſta rei alicuius

Concludit animã humanam ad prophetiam euehi non poſſe lumine ſuo naturali

futuræ rem futuram, non futuram ſed præſentem conſtituuut exiſtentia præſenti cauſæ ſuæ.

An lumen naturale animæ humanæ à genio humano diſtinguatur.

Caput XXVI.

Lumen naturale animę humanę diſtinguitur à genio ſuo

SI genius humanus ex ſententia Patrum ſanctorum ſit angelus bonus, vel malus ex lege diuina ſingulis hominibus datus, vt in vita ſua, homines ſinguli inſtigante genio ſuo, ad virtutem, vel ad vitium propellantur, nullo pacto dubitandum eſt, quin genius humanus homini datus, bonus, vel malus diſtinguatur, & differat à lumine naturali, & inſito, quo vtitur anima humana ad agendum: lumen enim naturale eſt tenuiſſima pars, & ſubtiliſſima pars naturæ primæ, & eſt eiuſdem generis cum lumine cœleſti, & aſtrali, ex quo tanquam forma vna omnes componuntur, quod quidem lumen nullo pacto eſt intellectuale, nec vlla intellectuali virtute, & efficacia præditum, ſed ſola ſimplici cognitione, & rerum externa appr ehenſione, exornatum, vt ex brutis animantibus expertum habemus, quæ quidem cum ſint

tali lumine naturali, & cœleſti, vt forma propria & innata naturali decorata, & actuata, cognitiones ſimplices & rerum externas apprehenſiones callere cernimus, & de his rerum ſimplicibus notionibus ratiocinari, & interius loqui, & vere diſcernere nequeunt, cum eorum lumen, quo actuantur, & informantur, non ſit intellectuale, & ratiocinale, & ſimplex quid, ſed quid compoſitum ex materia, & forma, genius autem humanus ſi ſit Angelus ex hierarchia infima depromptus, eſt verus ſpiritus ſimplex intellectualis, ex lumine ſimplici, diuino creatus vt formatus peculiari diuino fauore, abſque vlla materiali, & formali mundana, ſubſtantia. Lumen autem naturale corporis humani, quo vtitur anima humana ad agendum eſt quid compoſitum, vt ſæpe diximus, & probauimus, ex lumine mundi, & tenuiſſima parte elementorum, quæ materiæ primæ inſunt.

Lumen brutorum non eſt intellectuale.

Genius humanus quid ſit.

Vnde clariſſimè apparet, eorum duorum vera differētia: ſunt enim diuerſi generis luminis creati: genius ſiquidem humanus eſt lumen peculiare creatum ſimplex, intellectuale, & liberum: lumen autem naturale corporis humani eſt particula lucis mundi, materialis, & compoſita ex ſubſtantiá materiæ primæ, & forma illius, cui nihil eſt intellectus rationis, &

ſapientiæ quod à creatore ſummo rerum opifice, non deſtinetur ad perfectionis tantum faſtigium.

Genius humanus ex aſtris inueſtigari nequit.

Falſo ergo & perperam quærunt non nulli Philoſophorum genij humani naturam ex aſtris, eamque adinuenire putant adinuento ac reperto Domino primæ domus & aſcendentis cuiuſuis natiuitatis, aut vndecimæ domus cum genius humanus ſiue bonus aut malus non dependeat ex aſtris, ſed ex creatore ſolo, qui libere & ex pura ſua voluntate, independenti, geniumſ bonum & malum cuique animæ humanæ communican, & impertit ad gloriam & honorem humanæ naturæ aliqui autem quorundam Philoſophorum deluſi ſunt hac in patie, ſuper genij humani naturam, confundentes eam cum calido innato, & lumine naturali ipſius corporis humani, quod calidum innatum coſtituit: quod quidem lumen cum dependeat ex aſtris & animæ humanæ vigorem impertiat, cum ſit vnicum eius inſtrumentum & organum ad agendum, ideo ex aſtris & ex Domino primæ, vel vndecimæ domus tempore natiuitatis & conceptionis, ipſum lumen augeat multiplicet conſeruet: vel ipſum deprimat & obnubilet ſecundum planetæ proprietatem: hinc augurantur geneth-

Calidũ innatum ex aſtris inueſtigari poteſt.

liaci fortunam, ingenium & animi mores cuiuſuis hominis,, cum calidum innatum animæ humanæ inſtrumentum & organum, fortunam ingenium & animi mores aliqua ratione inmutet, ſi anima humana omnino libera & præpotens inſtrumenti ſui corruptis illecebris ſe gubernare patiatur & ſe libere inſtrumento & organo ſe ſubmittat ac ſubijciat quod dilucidius multo cap. VIII. IX. X. & XI huius libri enarrauimus & ad vnguem probauimus ex his concludere debere lumen naturale quo vtitur anima humana ad agendum diſtinctum & ſeparatum eſſe omni ex parte à genio humano quo cuſtode vel hoſte dotatur anima humana dum viuit ex decreto ſummi opificis, quod capite ſequenti diligentius diſquiremus.

Cõcluditur lumen naturale diſtinctũ eſſe à genio humauo.

Cur anima humana Angelo cuſtode, & hoſte dotetur.

CAPVT. XXVIII.

TAnti pretij in rerum natura, eſt anima humana, vt Deus ſummus rerum omnium creator, eam ipſam pro præmio, & brabio, ſibi ſoli præponat, non quod Deus vllo pacto egeat anima humana, ad ſui gloriã, vel perfectionem, nihilo ſiquidem habet opus Deus ſibi ſoli ſufficit, ſi res creatas videatur expoſcere, hoc eſt ex mera ſua miſericordia, & benignitate: ſi videatur ergo hominem amare, ipſumque deperire, hoc non eſt, quod homine egeat, Deus, ſed quod ex mera ſua miſecordia, & benignitate, in hanc creaturam debilem, & infirmam vt creator & conſeruator ſummo feratur amore, id ſatis, & pluſquam ſatis iam manifeſtum dedit, & fecit hominibus omnibus, cum propter ipſos ſolos mundum fecerit vniuerſum, & filium ſuum proprium, & vnicum morti tradiderit, & perquam multa fere infinita acerba & amara valde, propter ipſos homines redimendos ab ipſo mortis barathro, & vita æterna, & vere immortali donaret, quam tranſgreſſione legis ſuæ amiſerant: non poterant eum ipſi homines poſt peccatum

Deus cur tanti faciat animã humanam.

Cur Deus amet hominem.

vitam æternam, & beatam mereri niſi Deus ipſa vita ſua mortem ipſam, quã homines pecãdo in mundũ introduxerant, deſtrueret; tranſgreſſio autem legis diuinę facta eſt, ab ipſo homine, Angelo hoſte tẽtante, & ſuſcitante, trãſgreſſionẽ. Permiſit Deus autẽ illã tentationẽ, non vt homo vinceretur, & peccaret in legẽ ſuam, ſed vt vinceret, & tentationem ſuperaret id ſuſcitante, & ſuadente Angelo cuſtode, vt in tanto, & acri prælio, victoriam reportaret homo, & vita æterna, & ſummo bono coronaretur.

Poſt pecatũ non poterã homines vitam æternam mereri

Cur Deus permittat tentationes.

Quod in primo homine factum eſt, id ipſum in ſingulis hominibus quotidiana experientia factitari, cernimus virtutem ſequi ſuadente ipſa virtute, & bono Angelo internis perſentimus, refragante tamen aliquo alio: internis contrarium ſuadente experimur: id autem Angeli hoſtis eſt, nec alterius eſſe poteſt, id autem fit, & fieri neceſſario debetur, vt vincat homo, & in victoria coronetur: ſummum enim bonum, quod homini obijcitur conſequi non poteſt homo quin ſummopere prælietur, & in prælio vincat, non poteſt autem præliari & vincere, quin reluctantes hoſtes habeat, cum autem potentiſſimi ſint, iuſtum & æquum eſſe videtur, Angelum cuſtodem datum illi eſſe, vt ſit illi ſubſidio ad deuin-

Angelus cuſtos ſuadet bonum Angelus hoſtis malum.

Cur Angelo cuſtode datur homo

cendos hoſtes internos hoſtes ſuos, qui inuiſibilibus armis eum ipſum perſecuntur, nihilominus tamen vincere habet, & coronari, & ad hoc natus eſt homo, vt ſemper vt aſſidue prælietur, & vincat vita enim hominis nihil aliud quam perpetua & aſſidua, militia ſuper terram: ſi ſit ergo miles homo, ad hoc miles eſt, vt vincat, cum vir dicatur à vincendo, & à robore & virtute qua pollet, vt omnia vincat, non poteſt autem vincere quin habeat hoſtes inter quos datus eſt illi Angelus hoſtis qui aſſidue internos alios hoſtes inclinationes & propẽtiones ad malũ puta, ſuſcitat, & impellit vt virũ ipſum victoriæ natum perdat & vincat, quod ne eueniat, creator rerum ſummus ſua miſericordia & benignitate pura, tanta fertur in hominem, vt ipſum robore quammaximo & virtute præmuniuerit, animam æternam & immortalem illi communicando, Angelo cuſtode fortiſſimo præmunitam & circumdatam, vt tanto cuſtode vincat, & ſuperet omnia, quæ illi obſunt hoſtes etiam dat, vt habeat aliquid, in quod prælietur ad quid enim tanta virtus, & energia niſi vt ipſa talis appareat, & emineat.

Homo natus eſt ad prælium & victoriã vnde vir dicitur à vincendo.

Virtus hominis maxima eſt vt omnia vincat.

Concludendum ergo eſt animam humanam Angelo cuſtode, & hoſte do-

tatam eſſe, ad ſtrenue præliandum hac in vita, vt ſummum bonum, ad quod enata eſt conſequatur ſine prælio ſummo. Nemo enim coronabitur niſi quis ſtrenue certauerit.

Homo non coronatur niſi ſtrenuus certet & vincat.

Vndenam anima humana gaudeat vniri corpori ſuo, & ab illo ſeparari ſit illi tædium.

CAPVT XXIX.

VNaquæque forma gaudet vniri corpori ſuo, quod cum ad hoc nata ſit & hoc habeat innatum, & peculiare à creatore ſummo: imperfectum enim eſt quid naturale forma niſi vniatur corpori ſuo, vt & corpus etiam eſt quid imperfectum & mortuum, niſi habeat annexam ſuam peculiarem formam: forma ſiquidem deſtinatur corpori ſuo, vt corpus inde agat, agere enim non poteſt, niſi ſuam habeat formam, & forma perinde cum agere debeat, & ſit fons & ſcaturigo actionum & actiones illæ debeantur corpori, ideo vnio corporis ſui eſt intentum ſuum & ſcopus præcipuus quo tendit vnde ſupremum eſt illi gaudium vniri corpori ſuo habet etiam aliud anima humana, quo

Forma eſt quid imperfectum niſi corpori vniatur & corpus etiã eſt quid imperfectum niſi aſtignetur formæ.

tendit vniri corpori ſuo, præter iſtud commune formis omnibus, eſt enim lux ſupernaturalis, quæ naturali ſponte cupit & amat lucem, ſiue naturalem ſiue ſupernaturalem: eſt autem in corpore humano lux naturalis, ex cœleſti lumine ſcaturiens, huic permiſceri gaudet, & vniri tanquam ſuo proxime ſimili: lux ſiquidem lucem amat, & inſequitur, & hæc lux nodus eſt verus & vnicum vinculum, quo anima humana corpori ſuo, deuincitur quo vinculo gaudet tanquā medio ſuo, quo fruitur amore ſuo, nempe vnione corporis humani, ſiue enim luce illa cœleſti, non poſſet vniri corpori ſuo, lux enim illa cœleſtis eſt, medium, quo corpus humanum animæ ſuæ ſupernaturali deuincitur, & copulatur, cum enim anima humana ſit lux ſupernaturalis, & tantæ tenuitatis & ſubtilitatis, vt vincat omnino ſubtilitate ſua corpus humanum, quod craſſum, & fœculentum omnino eſt & ideo per ſe tenuiſſimo, & ſubtiliſſimo vniri, & copulari non poteſt, quin medium habeat ſubtile & tenue valde, quo craſſities corporis humani deuincatur, vt ternuitatem illam ſupernaturalem in ſe ſuſcipere queat: lux autem cœleſtis eſt pars corporis humani & eſt ſubtile illud quo craſſities corporis humani attenuatur, & ſic

Lux naturalis eſt nodus & vniculũ animæ humanæ, & corporis humani.

fit aptum ad vnionem illam, illamque expoſtulat tanquam finem vltimum, & ſcopum ad quem tendit: ad hoc enim creatur, & à ſummo creatore ad hanc vnionem deſtinatur, & perinde hanc quærit, & efflagitat, ab ea etiam ſeparari, & diſiungi ſummo eſt illi tædio, non ſolum ſibi, ſed corpori ſuo, quod tunc temporis mortem patitur, quam ſummopere abhorret, & ſi corpori humano mors eſt horrenda ſic, & animæ humanæ, quod ea priuetur unione corporis ſui, & ſeparetur ab eo cuius ſeparatio eſt æque animæ, ac corpori horrenda, ſcimus autem quantum corpus horreat mortem, & hinc etiam colligere debemns quantum anima humana mortem etiam horreat propter ſeparationem corporis & animæ quam mors indicit.

Anima humana non quærit ſeparatione corporis ſui.

Mors quare corpori & animę horrenda.

Ex naturali ergo propenſione quam anima humana habet, erga corpus ſuum, & corpus humanum erga animam ſuam pendet gaudium illud, & amor, quo fertur anima humana erga vnionem corporis ſui, in illa enim vnione fruitur fine ſuo, ad quem tendit, exnatura ſua, vnde etiam ſi vnionem ſummo gaudio expoſtulet, ſeparationem cum ſummo tædio patietur, cum ex illa ſeparatione, vnione expoſtulata priuetur.

Anima humana cur gaudeat corpori ſuo vniri.

Anima humana dum infunditur corpori ſuo, patiatur aliquid detrimenti in ſua innata nobilitate.

Caput XXX.

Platonicorum nonnulli exiſtimarunt animas humanas pati aliquid detrimēti in nobilitate ſua naturali & innata ex vnione ſua cum corpore humano, quod ex vana Philoſophorum noſtrorum interpretatione Platonicorum multi exiſtiment animas omnes humanas cognitionis eſſe plenas, & rerum omnium ſcientijs imbutas dum creantur à Deo, & in ipſa infuſione pati rerum omnium obliuionem vnde pati ſummum detrimentum ex ipſa coropris humani vnione, qui ſic crude interpretantur Platonicos errant & ſummopere allucinantur, quod Platonici non ita nude & crude, exiſtimant animas humanas ſcientiarum omnium lumine, & luce eſſe actu delibutas, ſed tantum credunt animas humanas quod lucis æternæ & immortalis ſint participes, quæ eſt notionis & ſcientiæ omnis principium & fundamentum, eſſe eatenus ex luce illa, fundamentaliter, ſcientiæ omnis lumine delibutas,

Vera Platonicorum ſententia de animæ ſcientia

libutas, non quod actualiter, & realiter ſit omnis ſcientia in anima humana, ſed tantum potentialiter ex fundamentali luce ſupernaturali, qua præditæ ſunt animę humanæ:hinc capaces ſunt omni ſcientia, & ſic interpretati Platonici non ſunt reijciendi, ſed attentiùs audiendi, nam ſi anima humana, eo ipſo temporis inſtanti,quo creatur &, infunditur, corpori ſuo, ſtatim non ſciat, non ſapiat, non ratiocinetur ſed multo deinde ſubſequentis temporis interuallo, & quo diutius viuit, eo ſapientius ratiocinatur, & loquitur videtur eo tempore ſapientiæ,& rationis ſcintillas eſſe vere extinctas, aut ſaltem craſſo, & molli corporis ergaſtulo, ſepultas, & tunc temporis etiam,improprie ſaltem poteſt dici pati animam humanam obliuionem ſapientiæ,& rationis ſuæ cũ etſi potentialiter habeat,actualiter non poſſideat, defectu corporis ſui organorum, quæ ſunt adhuc in illa tenella, ætate, incapatia ſapientiæ, & ratiocinationis edendæ, at ſi eo ipſo inſtanti, quo creatur & infunditur corpori, ab ipſomet corpore ſeparatur; vt multoties, & ſæpe ſæpius quam par ſit, contingere ſolet, tunc temporis vere ſapit, & intellectu,&ratione vtitur acſi multùm temporis fuiſſet corpori humano iuncta, nec enim dubitandum eſt animas illas

Qua ratione anima humana videatur pati detrimẽtũ, dum infunditur corpori.

Animæ humanæ, quæ citiſſimè à corpore ſeparantur, perinde nó ignarę ſunt.

intellectu,& ratione, & ſapientiæ dotibus eſſe præditas & exornatas, ac reliquę aliæ hominum animæ, quæ multum temporis fuerunt cum corpore humano iunctæ, vnde collegerunt Platonici animas humanas detrimentum pati in ſua ipſa nobilitate, ex coniunctione earum cum corporibus humanis, quod non vtantur ratione,& intellectu, quo præditæ ſunt, ſed multo longiori ſubſequenti tempore, quod admodum non eſt abſurdum etſi non ſit verum animas humanas multum detrimentum pati, dum creantur, & infunduntur corporibus humanis. ad hoc enim creatę ſunt,& finē dū conſequūtur, quo creatæ ſunt, nullum detrimentum patiuntur imò gaudent, & lætantur fine adepto.

Perinde concludendum eſt,animas humanas nullum detrimentum pati, dum creantur,& infunduntur corporibus ſuis, imo perfectionem innatam, ad quam deſtinantur, conſequuntur, nec creatæ ſunt ante infuſionem. & corporis coniunctionem ſapientes & ſcientes,omnes ſciētias, ſed dum infunduntur corporibus humanis, eo ipſo inſtanti, creantur, & quo inſtanti creantur, eodem inſtanti infunduntur, & rationales ſunt, & intellectuales, & perinde ex radice ſuæ eſſentiæ intellectuali, & rationali, ſunt ſapientiæ,

& ſcientiæ capaces ſubſequentis longo temporis interuallo, & ſpatio, quod eo tempore organa corporis fiant robuſta, & capacia rationis edendæ.

Proteſtatio authoris omnia hæc ſubmittẽtis eccleſiæ Doctoribus

Hæc ſufficiant de anima humana rationali, & intellectuali, quorum pondus, & momentum adeò maximum eſt, vt forſan ex debili ingenio meo, vt defectu ſcientiæ potuerim errores quoſdam incidiſſe, qui orthodoxę fidei meæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ, quã profiteor, contrariari poſſẽt omne lecturis, & correctioni Doctorum Eccleſiæ Romanæ, ſubmtito, & Deo trino, & vno, & omnia mea, meq; ipsũ conſecro, dico, ac dedico.

FINIS.

DE SPIRITV HVmano animæ humanæ inſtrumento.

SECTIO. II. HVIVS. II. LIBRI.

Spiritus quid ſit in corpore humano.

CAPVT I.

Spiritus humanus quid ſit.

SPIRITVM in corpore humano latitantem non animam humanam intelligimus immortalem & æternam, ſed quid aliud mortale & caducum, & corporis humani ſubiere ſortem & fatum, medium quidem coniungendi animam humanam vere immortalem, cum corpore humano caduco, labili & mortali: medium autem hoc, & nodus ipſe iam

nobis eſt diſquirendus, & quid ſit, qualiſque, ſit nobis eſt patefaciendum.

Spiritus ergo humanus in corpore humano latitans, eſt portio tenuiſſima, & ſubtiliſſima, ſeminis humani, ſeu ſpermatis ex luce cœleſti ortum ducens, & tenuiſſima elementorum omnium portione: vnde quod ſpirituoſum eſt in ipſo ſpiritu, eſt lux cœleſtis, & elmento ſtellarum, & cœli correſpondens, quod autem corporeum eſt in ipſomet ſpiritu, elemẽtare eſt, ſeu elementorũ inferiorum portio tenuiſſima, ſeu materiæ primæ inferioris pars tenuior: quod autem ſpirituoſum eſt materiæ primæ ſuperioris pars ſubtilior: vt hinc cœlum, & elementa non diſtingui colligant lectores, ſed eſſe eiuſdem ſubſtantiæ, diſtingui tantùm ſubtilitate, & tenuitate ſubſtantiæ, & ſic etiam pari modo, & ratione, colligant ſpiritum humanum non diſtingui ab ipſo corpore humano niſi tenuitate ſubſtantiæ: nam quicpuid habet corpus humanum habet, & ſpi ritus, & quicquid habet ſpiritus habet, & corpus ſubſtãtialiter, et eſſẽtialiter, ſpiritus tenuior eſt, & ſubtilior valde ipſomet corpore, quod craſſiti ei, & corporalitatis, vt ita loquar, ſpiſſitudine vincit ſpiritum, et neceſſe eſt ſpiritum ſubtilitate, & tenuitate ſua ſubſtantiæ corpus ipſum ſuperare, quia ſubtilitate, &

Spiritus quid proprie ſit in corpore humano.

Spiritus eſt corpore tẽuior.

tenuitate ſuę ſubſtãtiæ corpus ipsũ ſuperare, quia ſubtilitate, & tenuitate ſua animam humanam lucem immortalem, & æternam, corpori humano, & craſſo, & caduco connectit, lux enim in lucem habet ingreſſum. Anima humana, cum ſit lux æterna, & immortalis penetrat ſpiritum, qui cum ſit lux cœleſtis, & mundana, ſuſcipit ipſam, & nectit, & copulat ipſam vniuerſis, & ſingulis corporis partibus, quia ipſemet ſpiritus nectitur & coniungitur illi, cum ſit eiuſdem ſubſtantiæ vti diximus, & capite ſequenti clariùs multò diſquiremus quærendo virtutes, & proprietates ſpirituũ humanorũ, & differentias ipſorum cum corporibus humanis poſtquam concluderimus.

Spiritus eſt in ſingulis corporis partibus vt & anima.

Spiritum humanum in corpore humano latitantem, & actiones omnes corporis humani molientem eſſe portionem ſubtiliorem ſeminis humani, ex quo corpus humanum compingitur, ex luce mũdana, & cœleſti ortum ducentem, & corpori humano innatum, vt ſeminum primæ materiæ, cui incubabat in principio creationis rerum omnium : & hinc vt prima materia ineſt corpori, ſic & eius ſpiritus, qui nihil aliud eſt, quã portio lucis creatæ, primę materię rerũ incubans, ad formas rerum varias, ex materia ipſa educendas, & hic ſpiritus eſt quid cõpoſi-

Spiritus humanus eſt quid compoſitũ elementare.

tum,& non quid ſimplex elementare, vt videbimus intra tractatu peculiari de elementis ſingulis res omnes componentibus.

Qualis ſit ſpiritus humanus, & qua ratione differat a corpore humano.

Caput II.

Virtutes, & proprietates ſpiritus humani quamplurimæ ſunt,& ferè infinitæ ſunt, cum quicquid corpus humanum agat, & agere poſſit id ipſum eſt virtus, & proprietas ſpiritus humani: eſt enim ſpiritus hic principium omnis actionis, & facultatis in corpore humano, ſentit primo, odorat,tangit olfacit, guſtat, imaginatur, concipit, recordatur intelligit,& ratiocinatur,& quicquid pertinet ad hos externos, & internos ſenſus, id ipſum eſt virtus, & proprietas innata ipſius ſpiritus humani. Anima enim humana etſi intellectualis & rationalis immortalis, & æterna nullas ex ſe ipſa in corpore humano educere poteſt actiones, & facultates, niſi mediante ſpiritu. humano eſt: enim ipſe organum verum & ſolum,& vnicum inſtrumentum quo vtitur anima humana ad actiones omnes

Virtus ſpiritus humani.

Quatenus inſtrumentum has actiones habere dicitur nõ tamen eſſẽtialiter habet niſi cũ anima humana.

ſuas peculiares,& proprias, edendas, & in actum producendas: vnde quicquid eſt virtutis & proprietatis in corpore humano, id ipſum eſt vt ſpiritus: ſcientias omnes,& artes,quas aquirit, homo has acquirit mediante ſpiritu ſuo; & qualis eſt ſpiritus, cœleſtis eſſentiæ in homine incluſus, talis eſt capacitas,& animi ſubtilitas, ad ſcientias omnes & artes tum liberales, tum mechanicas, addiſcendas,& ſic quantũ ſit,virtutis,& proprietatis ſpiritus humani hinc facile colligitur, beati ergo homines,& fœlices,terque quaterque beati,qui tali ſpiritu cœleſtis eſſentiæ,& ſubtiliſſimæ materiæ, ſubſtantiæ fauſto cœleſtium planetarum influxu dotantur, in principio ſuæ formationis, & conceptionis, in vtero materno, ſemen quidem paternum,& maternum conferunt, quia eodem ſpiritu cœleſti largitur, et influxu cœleſti benigno, & potenti multiplicatur, & creſcit hic ſpiritus ſeminis paterni,& materni, vnde & corpus inde formatum vires habet, & proprietates innatas agendi, energias miras, & efficaces, quas quidem non haberet ſi tali planetarum influxu fauſto, & benigno, ac præpotenti, priuaretur, in principio ſuæ formationis, & hoc patet,& clariſſime elucet, in filijs fere eiuſdem patris, & matris: ſunt enim vni alij

Scientiæ omnis capacitas eſt ab ſpiritu.

Spiritus creſcit & fortior eſt planetarum influxu benigno.

ingenio, & acumine animi præſtantiores, & nobiliores, vt in me ipſo ſum expertus, fratres habui ingenio diſpari omnes, & filios etiam habeo ingenio etiam diſpari multum, & inæquali, & hoc omne ex diuerſo, & diſpari planetarum influxu. Ex his omnibus claret, & manifeſtò patet differentia ipſius humani ſpiritus, cum corpore ſuo, corpus ſiquidem humanum, vt ſectione tertia huiuſce librj declarabitur, eſt portio ſeminis humani craſſior, & materialior, vt ita loquar, ſpiritus autem vt videmus eſt portio ſeminis humani tenuior, & ſubtilior: ſunt quidem eiuſdē ſubſtantiæ, & eſſentiæ in radice ſua: at differunt tenuitate; tantum, in ſpiritu humano plus eſt lucis mundanæ, & cœleſtis volatilis, & infixæ, & perinde eſt tenuior, & ſubtilior, ipſo corpore, corpus habet plus lucis fixæ, & radicatæ, in ipſa natura elementali inferiori, quam ipſe ſpiritus vnde corpus eſt materialius, & craſſius multò, quam ipſemet ſpiritus, & hæc ſola eſt diſtinctio, & differentia ſpiritus humani, & corporis ſui, vt capite ſequenti fiet clariùs materiam, & ſcaturiginem ſpiritus humani perquirendo.

Differentia ſpiritus, & corporis humani.

Vndenam materia, & eſſentia ſpiritus humani oriatur, & ſcaturiat.

Capvt III.

DIximus capite ſuperiori ſpiritum humanum eſſe portionem ſubtiliorem,& tenuiorem corporis humani:hæc ergo portio ſubtilior & tenuior, habebit eandem originem, et ſcaturiginem cum corpore ſuo: corpus autem humanum integrum, et abſolutum in primo ortus ſui lumine originem duxit ex limo terræ: fecit enim Deus corpus humanum, ex limo cuiuſdam terræ rubræ vt ſacræ paginæ fidem faciunt, limus autem huius terræ rubræ,quid erat. certiſſimis quaſi coniecturis id colligimus ex eiſdem ſacris paginis: creata enim erant omnia, et facta, cœlum, et elementa, omnia ſuperiora, et inferiora, ex quibus manu et voluntate diuina facta fuerunt omnia,quę in rerum ſerie iam reperiuntur ex multiplicatione ſeminis ſui, in cẽtro materiæ ſuæ latitantis, cuius virtute, et energia ad nos iam peruenerunt, et ad poſteros peruenient quæ iam extant, et extitura ſunt.

Corpus humanum ex limo terræ ſic&ſpiritus,

Limus ergo,ex quo compactum eſt cor-

pus humanum habebat in ſe portionem materiæ primæ, ex qua facta fuerant omnia, vt reliqua cuncta, quæ facta ſunt habent portionem ſuam materiæ primæ, materia autem prima, ex qua factus eſt mundus, erat quid confuſum, et inordinatum, in quo cœlum, elementa omnia et ipſum lumen erant confuſa, et indiſtincta, vnde chaos, et hyle, dicta eſt materia illa prima: limus ergo terræ illius rubræ, ex quo factus eſt Adamus noſter primus parens, erat materiæ primæ portio, in qua erant confuſa omnia elementa tam ſuperiora, quam inferiora, totius naturæ vniuerſalis. Corpus ergo humanum colligimus factum, et compactum fuiſſe manu, et voluntate diuina, ex confuſis, et indiſtinctis naturæ vniuerſalis elementis, et principijs, cum ex ipſo limo terræ factum ſit, ſi ergo corpus humanum ex illis indiſtinctis, et confuſis naturæ principijs, et elementis compactum fuerit, ſpiritus eius, cum ſit eiuſdem materiæ, et eſſentiæ, ex eiuſdem naturæ elementis, et principijs compactus erit: ibi lux tanquam cœlum naturæ, et reliqua elementa, component et conſtituent eius eſſentiam et materiam, at lux erit in hac compoſitione alijs elementis copioſior, et turgentior, vt materia, et

Limus terræ ex quo erat cōpoſitus

eſſentia ſpiritus hnmani , ſit tenuior, et ſubtilior ipſa natura, et eſſentia corporis humani, quæ craſſior eſt multo ipſamet natura ipſius ſpiritus , ſpiritus eſt ille, qui corpori ſuo dat motum, et actionem omnem, vnde etiam eius materia luce copioſiori debet eſſe perflata, cum lux ſit motus principium, et actionis et ſi corpus humanum habeat motum, et actionem omnem ab ipſomet ſpiritu, ſpiritus luce maxima, munitus erit, cum ex luce ſola oriatur motus, et omnis actio.

Hinc iam colligimus verum et eſſe, et certiſſimum, quod de luce diximus in panchymico noſtro, ſcilicet lucem eſſe veram ſubſtantiam, non qualitatem, & accidens, cum componat corpus humanũ & eius ſpiritum, motus, & actionis omnis principium, qualitas enim, & accidens non componunt, & conſtituunt ſubſtantias, ſed ſubſtantiæ componunt, & conſtituunt accidentia, & ſubſiſtere ipſa faciunt.

Ex his rationum momentis concludimus, ſpiritum humanum ex ijſdem principijs naturalibus compactum eſſe, ac corpus humanum compactum eſt, & cum corpus humanum compactum ſit, ex indiſtinctis, & confuſis totius naturæ, creatæ elementis, quæ in limo terræ inerant, ex quo factum eſt corpus humanum ma-

nu, & voluntate diuina, ſic et ſpiritus humani' corporis vna cum corpore ſuo, ex ijſdem naturæ elementis conflatus erit, quæ deinde virtute ſeminis humani in quo latitant ipſamet principia, et elementa in nos ipſos propagata ſunt, et à nobis ipſis per eandem virtutẽ, & energiá ſeminalem multiplicatiuam in poſteros noſtros traducetur, & propagabitur.

Spiritus humanus ex ijſdem cõflatus eſt elementis ac corpus.

Quot, & quantis nominibus inſigniatur Spiritus humanus, & quare ſic varijs vocetur nominibus.

Capvt IIII.

INfinitis fere nominib⁹ inſignierũt antiqui ſophi ſpirituoſam hanc ſubſtantiã, eo quod infinitas fere poſſideat virtutes: ſpiritum primo dixerunt, eo quod corpora penetret et ſingulas eorum partes, ſine vlla læſiones, eo, quod tenuimſſimæ ſit ſubſtantiæ: deinde calidum innatum vocarunt eo quod omnia ab ipſo naturaliter incaleſcant: calidum etiam vitale dixerũt eo quod ab ipſo omnia vitã habeãt, internũ etiam ſolẽ dixerunt, eo, quod vt ſol viſibilis in mundo omnia viuificet, foueat et conſeruet, ſic et ſol iſte internus, omnia in omnibus viuificat, fouet

Spiritus cur tot, & tantis inſigniatur nominibus.

& conſeruat, internum etiam elementum nuncuparunt, quod omnia componat, & elementet, ſubſtantiam etiam facultatum, & virtutum vocauit ipſe Galenus lib. 2. ad glauconem, quod facultates omnes, & virtutes ab hoc ſpiritu dependeāt, vocarunt etiam hunc ſpiritum antiqui, & potiſſimum Plato totius formæ cuſtodem, & propugnatorem, eo quod cuſtodiat formas omnes, & pugnet pro eis, pro ipſis conſeruandis, & cuſtodiendis. Dicitur etiam viriditas, eo quod omnia ipſo præſente vireſcant, & viuant: humidum etiam dicitur primigenium, & radicale, quod primitùs radicetur in corporibus omnibus, quęque omnia nutriat, foueat, & conſeruet, humiditatis radicalis eſſentiam & naturam habere debet, dicitur etiā Iupiter, Neptunus, & Pluto, quod iuuet omnia, quod regat, & gubernet aquas, & quod diuitiarum omnium ſit radix, & vnicus fons, dicitur Saturnus, quod omnia ſaturet, Mars, quod omnia roboret, & vincat. Mercurius, quod motus, & actionis ſit principiū, Luna, quod humiditates radicales, & vitales regat, & cuſtodiat, & quod ſuſcipiat in ſe tamquā in ſubiecto, vltimo virtutes omnes cœleſtes, & influxus, ſic varijs rerum nominibus, virtutes inſignes, & proprietates ipſius ſpiritus, oculatis, & limpidos ocu-

Spiritus cur nomine planetarū ſingulorū inſigniatur.

Spiritus cur dicatur Mercurius.

los habentibus, patefecerunt: inſipientibus vero, & ignaris occultarunt: non enim digni ſunt ignari & ſtulti, tanta, & tali inſigni totius naturæ cognitione. Cognito enim ſpiritu, rerum omnium cognoſcitur virtus, & proprietas: an autẽ in omnibus rebus tum animantibus vegetantibus, & mineralibus rebus omnibus ſit vnus, & iſdem, qui hæc omnia regat gubernet, & conſeruet, & qui hæc omnia componat, capite ſequenti nobis eſt diſquirendum, vt completè ſpiritus huius naturam, & eſſentiam, ac abſolutè notam, manifeſtam habeant chymiæ alumni.

Cognito ſpiritu, cognoſcitur tota natura.

An in rebus omnibus, ſit vnus, & iſdem Spiritus,

Capvt V.

Abyſſi ſeu primæ materiæ ſpiritum communem, & generalem habent omnia, ſed in mineralibus eſt vnius generis, in vegetantibus alterius, & in animantibus autem eſt etiam alterius generis, & vt lux abyſſi, ſeu materiæ primæ fuit vna, & eadem, & dum ex natura illa prima, facta ſunt omnia vegetan-

Abyſſi ſpiritus, ſeu primæ naturæ tenuior pars eſt in omnibus rebus.

tia animantia , & mineralia , quæ in natura illa confuſa erant, & indiſtincta, & dum ſolum ſeparata ſunt manu , & voluntate diuina , tunc diſtinctionem ex ſeparatione acceperunt ſic ſpiritus rerum omnium, qui vnus, & iſdem erat in abyſſo , ſeu materia prima, diſtinctus fuit, & ſeparatus, dum genera, & ſpecies, & indiuidua, diſtincta fuerunt, & ſeparata ab ipſamet abyſſo , ſeu natura prima: itaque animantia, vegetantia , & mineralia , diſtinctum, & ſeparatum inter ſe habent ſpiritum particularem , & peculiarem, hoc eſt animantia habent ſuum peculiarem ſpiritum diſtinctum , ab ſpiritu vegetantium , & mineraliũ, & vegetantia item habent peculiarem ſibi proprium ſpiritum diſtinctum ab ſpiritu animantium, & mineralium, & ſic mineralia etiam habent peculiarem , & diſtinctum ſpiritũ ab ſpiritu vegetantiũ, & animantiũ ſic ſingula hæc genera diſtinctũ, & ſeparatum habent ſpiritum vt ipſamet rerum anatomia, & diſſolutione fit clarũ, & manifeſtum.

Animantia vegetantia & mineralia diſtinctũ habent ſpiritum.

Singula etiam rerum indiuidua ſingularem , & particularem habent ſpiritum , quo datur , & inſignitur rerum ſingularum ſubſtantia , & vt corpora , & formæ inter ſe indiuidualiter differunt , & diſtinguntur , ſic & earum rerum ſpiritus indiuidua-

Singula etiam indiuidua, particularé habent ſpiritum.

indiuidualiter inter ſe differunt,& diſtinguuntur,vnde & particulares virtutes,& proprietates originē habent,ſic ſaluia.Hæc diſtinguitur ab alia, & habet majorem vel minorem virtutem, quia ab ſpiritu particulari majore vel minori dotatur, & abundat.

Vnde individua diſtinguntur inter ſe.

Sic certiſſime concludemus in rebus ſingulis, omnibus eſſe particularem, & diſtinctum ſpiritum, à quo deſcendunt, & originem habent virtutes ſingulares & particulares majores vel minores rerum omnium, quod capite ſequenti clarius diſcutietur.

An in omnibus hominibus ſit particularis ſpiritus, à quo ingenij acumen dependeat.

Capvt VI.

Vt corpora ſingula, ſingulorum hominum, inter ſe differunt ſic, & eorum ſpiritus ſinguli quibus dotantur, ipſa corpora diſtinguentur & non vnus, & iſdem ſpiritus alioquin actiones omnes, & proprietates, & virtutes eædem eſſent, & prorſus ſimiles cum ab vna, & eadem cauſa, indiuiduali originem haberent. Videmus autem, & experientia

Vt corpora ſingula differunt ſic,& ſpiritus ſingulorū corporum.

quotidiana compertum eſt. homines omnes, & ſingulos actiones habere diuerſas, & inter ſe diſtinctas, quod enim vnus amat, alter odit, ſi quis virtutem ſequatur, alter odit, & vitium amore perſequitur, ſi quis hominum acumine ingenij valeat prudentia, & ſapientia, ſcientijſque nauare operam cupiat & ardeat, alter eſt qui multo ingenij acumine præditus eſt, & multo minus ſapientia, & prudentia dotatus eſt. imo omnio ſtultus, & inſipiens, & imprudens eſt & ſcientias omnes abhorret, pigritiam colit, & amat, & vere iumentis, & equis ac multis inſipientibus comparatur, & eſt ſimilis, & æqualis: ſi effectus hi ſunt omnio differentes, & toto cœlo diſtinguãtur, cauſæ horum effectum erunt etiam differentes, & toto cœlo diſtinguentur. Spiritus autem humanus, quo dotatur corpus humanum eſt vere cauſa horum effectuũ diuerſorum qui in hominibus ſingulis reperiũtur, ſpiritus ergo humanus erit diuerſus, & non erit vnus, & iſdem in ſingulis hominibus ſed plane diuerſus & diſtinctus à quo facultates & actiones animæ humanæ nobiles, & ignobiles ortum habent ſi nobilis clarus, & candidus ſit ſpiritus, nobiles erunt, & candidæ eius actiones ex nobilitate enim, & claritate ſpiritu humani, dependent actiones claræ, &

Effectus diuerſi, anima diuerſas indicant.

Spiritus humanus diuerſus, & diſtinctus in ſingulis hominibus.

ıobiles, ſi autem ſpiritus ſit craſſus, & :lementorum infernorum ſpurcitis ſe-ꝑultus, & conſpurcatus, actiones illius :runt in nobiles, & obtuſæ, non ſecus ıc lumen et ignis cornu opaco concluıus obtenebratur et lumine ſui claritaem, & nitorem amittit; ſic pariter. & piritus humanus etſi ſit ex luce cœleſti onflatus, ſi immergatur corpori craſſo & ›paco, elementorū infirmorū craſſitis niıia conſpurcato, obtenebrabitur, & lucē uam radiantem, & mitendem amittet, 'nde actiones erunt hebetes vnde homiıes ſunt hebeti ingenio, & obtuſo, alij 'ero ſubtiles admodum & acuti, et hoc mne ex ſpiritu claro & intido, obtuſo, z opaco, dependet, & ſcaluriginem ıabet.

Actiones nobiles ab ſpitu nobili. & claro dependent.

Concludimus ergo ſpiritum humanum articularem eſſe, & diſtinctum in ſinulis hominibus ex cuius ſubtili, & teera ſubſtentiæ dependet acumen ingeij diuerſum, & varium, quod in ſingus hominibus reperitur ſecundum enim ıaiorem vel minorem ſubtilitatem, & raſſitiem ſpirituoſæ illius ſubſtantiæ deendet maius vel minus ingenij humani cumen.

Acumen ingenij depēdet ex ſubtili ſpiritu.

Vndenam dependeat diſtinctio illa, & differentia ſpirituum humanorum.

Capvt VII.

Humana corpora vndenam ſuſcipiant differentiam.

Corpora humana omnia ſuſcipiunt differentiam ſuam ex ſemine vario ac diuerſo, ex quo cognomē habēt ſemen autem variatur, & diſtinguitur, in vno, & eodem homine ex diuerſis alimentis quibus vtitur in vita ſua, & ex varijs aſtrorum influxibus, & radijs cœleſtibus quibus dotātur hæc varia, & diſtincta alimenta, vt vnum, & diſtinctum fiat alimentū vltimū, ex quo partes omnes corporis humani, nutriũtur, & ex, quo vltimo alimento partibus ſeminalibus demandato, fit ſemen deinde aptum, et capax progignendi, corpus humanum. Sic vt ſemen variatur, & diſtinguitur, tum ex influxu cœleſti cuius radijs impregnatur ſemen, tum ex varijs alimentis, ex quo vltimum illud fit alimentum: quodque cum vnum, & idem, & omnino ſimile eſſe nequeat, omnibus in temporibus, ſic, & ſemen inde productum, vnum, & idem eſſe non poteſt, ſic corpora humana inde producta. vna & eadem eſſe nequeunt, & omnino ſimilia, ſic & ſpi-

Semen vnde varietur.

tus humanus inde etiam productus, & ab hiſdem cauſas dependens ſuſcipiet, ſuam omnem differentiam, & diuerſitatem quo plus enim corpus humanum ſuſcipit lucis cœleſtis eo maiori etiam, & copioſiori, tunc cœleſti, dotatur ſpiritus vnde præclaras; & nobiles ac inſignes actiones nobiliores, & præſtantiores, eſſe aſſerimus, cum & ſubſtantia ſua nobilior hinc exſurgat tota ergo ſpirituũ humanorum differentia dependet, ex luce cœleſti maiori vel minori, qua ſubſtantia eorum ſpiritũ exornatur imocõſla tur. Vndemam ſpirituũ differentia.

Concludimus ergo tanquam verum, & certiſſimum, deſtructionem, & differentiam ſpirituum humanorum quibus dotantur homines dependere omnino, ex ſemine vario, & differenti humano, quo componitur ſpiritus humanus ſubſtantialiter, & ſemen humanum ſuam aſſumere differentiam, & diſtinctionem tũ alimentis varijs, & differentibus quibus vtitur homo, tum etiam ex varijs, & diſtractis, planetarum, & aliorum aſtrorum influxibus, & radijs, quibus peculiariter, dotatur, ſemen humanum, vt hinc exſurgat ſpiritus varius ac diſtinctus qui corpus humanum ex ſemine fabricat, & conſtituit, quo conſtituto, & perfecte organizato Deus infundit ſuà benignitate, & miſericordia immortalem

Anima regi corpus mediante ſpiritus.

& intellectualem animam, vt ipſum corpus negat, & gubernet mediante illo ſpiritu, quo ſolo dependēt corporis humani actiones omnes, & facultates tanquam à vero, & vnico, animæ humanæ inſtrumento. ſine quo anima humana agere nō poſſet quod capite ſequenti clariſſime diſcutiemus.

An ab ſpiritu humano dependeant actiones omnes, corporis humani tum vitales tum morboſæ.

CAPVT. VIII.

Omnes actiones iminediate non non dependent ab ipſa forma.

ASſerunt omnes Philoſophi, paripateitci actiones omnes corporū omniū dependere, ab ipſa forma, at ſi hoc examinetur, inueniemus actiones non dependere immediate ab ipſa forma, eo quod ipſa forma, ſit quid ſixum, & radicatum in intimis materiæ thalamis, actio autem debet eſſe ab aliquo fluente, volatili, et non abſolute fixo. Iſtud autem eſt ſpiritus, qui eſt ſolus in corporibus omnibus volatilis, et non abſolute fixus, habet quidem fontem, et permanentem, et perennem à quo fluit perpetuo, et perenniter. Ergo cum

actio ſæpe ſæpius ſit extra corpus, & externis ex interiori fonte, peragatur, & exeat forma autem numquam exit foras, extra corpus ſuũ vt agat in exteriora neceſſe hinc eſt, vt actio ſit ab ſpiritu: ſpiritus ſiquidem ſolus eſt, qui foras exit extra corpus ſuum, quamuis fundamentaliter, & radicaliter maneat in corpore, & ſic ex corpore exiens agit in exteriora, vnde patet actiones, omnes eſſe ab ipſo ſpiritu, nam ſi externa ſubiecta tantum attulimus, hoc tantum eſt, vt clariſſime pateat, actionem eſſe ab ſpiritu, nam etiam dum internis agit, in intimis corporis meatibus, ſubiectum in quod agit: eſt ſemper illi externum: oportet ergo, vt exeat, ex fonte ſuo radicali, et permanenti, et ſubiectum ſuũ in quod agere vult, aggrediatur, et ſic clarum, et manifeſtum habemus actiones qualeſcumque, ſint, dependere, ex fluenti, et vitali ſpiritu, et non ex permanenti, et radicali atque fixo qui cũ correſpondeat formæ: forma perinde non erit immediatum actionis principium ſed eius ſpiritus volatilis, et infixus, Vnde datus eſt ſpiritus, in rebus omnibus beneficio cuius res omnes in rerum ſerie agere ſolent.

Cur actio ſit ab ſpiritu.

Actiones omnes vitales, & morboſæ, depẽdent, ab ſpiritu.

Quocirca ſi in rebus omnibus detur ſpiritus, actionis principiũ dabitur etiam

in homine ſpiritus qui erit actionũ omniũ principium vnde autem ſit talis ſpiritus tum in rebus omnibus in quibus eſt, tum in homine ipſo, actionum omnium principium, iam nobis eſt perquirendum diximus multis in locis operum noſtrorũ, et id ipſum probauimus multis rationum momentis, lucem cœleſtem eſſe principium motus, et quietis in rebus omnibus, naturam eſſe aſſerunt Philoſophi peripathetici at natura in rebus omnibus, nihil aliud eſt, quẽ ipſemet lucis ſpiritus, lux ergo erit principium motus, et actionis, in rebus omnibus, videmus etiam cœlum moueri, & aſtra, quia luce illa creata abundent, et turgent, et inferioribus rebus impertiunt, et ſpiritus lucis hiſdem communicant, et perinde motum, et princium actionis: naturam autem eſſe in rebus omnibus ſpiritum lucis creatæ, hinc ~~probatur~~, quod per naturam intelligatur forma intrinſeca, rebus omnibus inſita, corpus enim externũ viſibile, numquam interpretati ſunt antiqui philoſophi naturam, nec enim vllus vnquã, philoſophorum exiſtimauit corpus eſſe principium motus, et actionis, cum materiæ redoleat ſobolem, et indolem cuius proprium pati potius quam agere, inde formam tantum internam inuiſibilẽ pro natura ſumendam eſſe colligendum

Natura quid ſit.

Corpus non eſt natura, & quare.

erit. Si corpus naturæ nomen proprie ſuſcipere nequeat, forma ergo ſi proprie ſit natura, cum ſit inuiſibilis eſſentiæ, erit proprie ſpiritus lucis, cum hic etiam ſit inuiſibilis naturam ergo ſpiritum lucis creatæ, infallibilis eſt coniecturæ, et certiſſimæ veritatis, hoc etiam exiſtimarunt ſophi antiqui dum formas omnes ſeu naturas, rerum omnium inuiſibiles, ex cœlo eſſe eductas proclamarunt teſte Virgilio ingens eſt ollis vigor, et cœleſtis ergo, ſeminibus.

Natura cur ſit ſpiritus lucis.

Principio cælum, & terras campoſque liquentes,
Titaniaque aſtra ſpiritus intus alit,
Totamque infuſa per artus mens agitat molem.

Spiritũ &, mentem omnia agitantem naturam, et ſpiritum illum vocarunt: et ſi materia, in rebus omnibus ſit ille ſpiritus lucis, non ambigendum erit, ſpiritum in rebus omnibus eſſe principium actionum omnium, quod ſi ſit principium origo, et fons actionum, in rebus omnibus naturalibus, erit etiam fons, et ſcaturigo actionum omnium, in homine ipſo, vnde actiones omnes vitales, & morboſę, depedent ab ipſomet ſpiritu: vitales enim actiones, & morboſæ, habent vnum, & idem principium, nec diuerſum, & diſtinctum habere poſſunt.

Cur ſpiritus ſit principiũ motus, & actiones.

Spiritus humanus in corpore humano quã, & qualem ſuſcipiat differentiam.

CAPVT IX.

Quare trinus, & vnus dicatur ſpiritus in corpore humano.

TRinus, & vnus eſt, in corpore humano ſpiritus vnus in ſubſtantia trinus in qualitate, & operatione ac facultate. Vnus eſt in ſubſtantia, & eſſentia, quod ex luce mundana, & cœleſti, & elementorum omnium tenui, & ſubtili ſubſtantia ſit, compactus, & adunatus: trinus autem in qualitate, & facultate, quod tres facultates in corpore cõſtituat, naturalem facultatem, in hepate vitalem facultatem in corde, & animalem facultatem in cerebro perficiat ac conſtituat vnde naturalis vitalis, & animalis dicitur, & nuncupatur, propter illas diuerſas tres facultates quas perfecit in tribus diuerſis corporis humani partibus. Sunt autem hi tres ſpiritus ex vna, & eadem ſubſtantia externa compacti, & differunt tantum tenuitate, & ſubtilitate, eſſentiæ vnde craſſior eſt naturalis ſpiritus, vitali & animali: vitalis autem, qui in corde perficitur & elaboratur craſſior eſt animali. Vnde animalis qui in cerebro perficitur eſt omnium ſubtilior &

Spiritus cor dicatur animalis vitalis naturalis.

ſpiritualior vt ita loquar propter tenuitatem maiorem quam obtinet ſupra reliquos duos ſpiritus. Naturalis autem qui in hepate elaboratur eſt omnium aliorum ſpirituum fundamentum, & baſis, nam naturalis fit vitalis, in corde, qui in corde magis ac magis attenuatur, & vitales facultates, in corde, & in toto corpore ſua tenuitate perficit, & peragit deinde vitalis ad cerebrum aſendit ibique miro modo attenuatur, & ſubtiliatur, & fit attenuatione illa ex vitali animalis qui facultates animales conſtituit, & ſic ſubtiliatur ſpiritus naturalis in hepate conſtitutus, & ſua ſublimatione variatur. quamuis in ventriculo ex cibis ordinarijs primo originem habeat vltimo autem perficitur in hepate vt capite ſequenti declarabimus, quia per multi medicorum ſpiritus naturales negant, & admittere nolunt, quod non impetum faciant manifeſtum vt reliqui duo ſpiritus: ſublimatur autem ſpiritus naturalis à ventriculo, & hepate, in cor, & à corde in cerebrum, vt ſublimatione illa, & mixtione lucis cœleſtis quæ vna cum aere in has partes demandatur, vt ſubtilitatem & tenuitatem acquirat neceſſariam, & conuenientem ad facultates vitales, & animales peragendas: non enim ex ſua naturali conſtitutione, ſufficeret ad vitales,

Ex ſpiritu naturali alij omnes fiũt ſpiritus & qua via fiunt & perficiantur in corde & cerercro.

Plus ſubtilitatis requiratur ad intelligendum quam ad ſimpliciter viuendum.

& animales facultates peragendas : plus enim ſubtilitatis eſt opus ad tangendum olfaciendum guſtandum audiendum videndum , & ad memorandum ratiocinandum , & intelligendum , quam ad ſimpliciter viuendum. Viuant enim plantæ,& arbores , ſed non audiunt ſentiunt ,& vndenam,ideo ſpiritus plantorum quibus viuunt , & attrahant , & aſſimilant coquendo alimentum ſuum , & ſe multiplicant craſſioris ſunt ſubſtantiæ quam ſint ſpiritus viuentium vita ſenſitiua,propter enim ſubtilem , & tenuem eorum ſpiritum ſubſtantiam in viuentibus ſenſitiuis datur auditus viſus guſtus odoratus , & tactus, imaginatio conceptio , & memnria,quæ facultates , à nullo alio dependent quam temetate &ſubtilitate ſpirituũ ſenſitiuorũ qui adhuc magis ac magis ſubtiliantur & ſubtiliãtur in maiori gradus ſubtilitatis in ipſo homine propter rationẽ intellectũ ſapientiam , & prudentiam , quibus cætera animalia antecellit homo. Et qui inter homines ſapientiores , & prudentiores habentur , eo magis ſubtiles , & tenues poſſident ſpiritus , alioquim homines eſſent omnes ſapientia , & prudentia æquales:quod tamẽ experientia ipſa falſum videmus quodque omne ex ſubtilitate , & tenuitate ſpiritum maiori vel minori originem habet , concludimus ergo ſpiritus

Actiones ſenſitiuæ vnde cepẽdeant

Homines ſapiẽtiones alijs vnde ſunt.

humanos in corpore humano triplicem operatione, & facultate ſuſcipere diffe-rentiam non eſſentialem ſed accidenta-lem, quæ ex ſubtilitate, & tenuitate ſub-ſtantiæ dependet, eſt enim vnus tantum in homine ſpiritus eſſentia, & ſubſtantia ſed trinus eſt operatione, & facultate, ſcilicet naturalis vitalis, & animalis, na-turalis, in ventriculo, & hepate ventris in corde, & animalis in cerebro ſedem ha-bet naturalis in ventriculo, & hepate cõ-ſtitutuit, naturalẽ conſtituit facultatẽ quę in nutriendo creſcendo, & multiplican-do conſiſtit. Vitalis in corde, vitalem conſtituit facultatem, quæ in concupiſ-cendo creſcendo, audendo odiendo, & amando conſiſtit, animalis in cerebro, quæ animalem perficit facultatem, quæ in ſenſibus externis, & imaginatione con-ceptione memoria, in brutis ſenſibus in-ternis conſiſtit, & in homine intellectu, & ratione collocatur, & perficitur.

Differentia ſpiritum in homines eſt accidentalis non eſſen-tialis.

Naturali facultas in quibus con-ſiſtat, vita-lis & anima-lis.

An ſpiritus naturalis primo in ventriculo, vltimo in hepate perficiatur

Capvt X.

POſt quam corpus humanum productum eſt ex ſemine humano in vtero materno, nutritur puro ſanguine matris tanquam ex alimento ex quo factum eſt ſemen vt certum ſit quod axiomate fertur nutrimur ex hiſdem ex quibus componimur. componimur ex ſemine, ergo nutriamur ex ſemine neceſſe eſt: nutrimur autem ex ſemine dum ſanguine nutrimur ex quo fit ſemen: ſemen ſiquidẽ eſt in ſanguine proxima potentia. At poſtquam vterum naternum reliquerimus nutrimur lacte, & vltimo alimentis tunc temporis ventriculus vtitur functione, & officio ſuo præparat lac, & alimenta in chylum; qui chylus habet ſpiritus naturales, ſunt enim in lacte, & alimentis omnibus, alioquin nutrire non poſſent nec mutari in noſtram ſubſtantiam, quæ cum ſit naturali ſpiritu conflata oportet inde alimentum, quo nutritur hæc ſubſtantia naturali etiam ſpiritu eſſe præditum. In vtero materno vẽtriculus feriatur, & nihil agit, ſed deportatur alimentum immediate per

Qua ratione nutriamur ex ſemine.

venam vnibilicalem parietibus vteri materni ad ſerrentem, in hepar ipſius fœtus: tunc temporis hepar eſt fons verus, & vnicus ſpiritus naturalis at ex extra vterũ maternũ dum homo vtitur alimentis externis, tunc temporis dum alimenta præparantur, in ventriculo, & in chylum conuertuntur, præparatur etiã tunc temporis ſpiritus naturalis alimentorũ in ſpiritum chyli, qui deinde in hepate, vna cũ chylo vltimam ſuſcipit præparationem in ſpiritum ſanguinis, vt inde vna cum ſanguine nutriat omnes corporis partes, in partibus autem ipſis ipſum alimentum, & eius ſpiritus ſuſcipit quandam præparationem, & coctionem, antequam conuertatur in partem, ſed coctio, & præparatio hæc, non valde eſt inſignis, in alteratione ſua, & perinde non ipſam notant medici: nihilominus tamen in rei veritate, eſt conſideranda: ſemper enim coquitur, & præparatur ſanguis ipſe extra venas tranſmiſſus, vt conuertatur in partes, ad quas demandatur, vt ipſas nutriat, præcipua tamen alteratio, & præparatio alimenti humanarum partiũ ſit in ventriculo, & in hepate, vnde etiam præcipua, & principalis præparatio alimenti ſpirituoſi ſiue ſpiritus alimẽti, debet fieri in ipſo ventriculo, & in hepate vt inde fiat laudatus ſanguis.

Spiritus naturalis quãdo incipiat præparari in ventriculo.

Rudimentū primū ſpiritus natalis eſt in ventriculo vltimum in ſepate.

Hinc concludere poſſumus ſpiritum naturalem, primum rudimentum primæ ſuæ perfectionis acquirere in ipſo ventriculo, vltimam vero ſui perfectionem in ipſo hepate, & vltimo adhuc in partibus ipſis quibus demandatur ſanguis ad ipſas partes nutriendas. Alimenta enim omnia primo in ventriculo ſubigūtur, & percoquuntur, & tranſeant coctione illa ventriculi in chylum, & tum alimentis omnibus ſit ſpiritus ille cœleſtis lucis creatio ſiboles, & verus partus: ſpiritus ille alimentorum mutatur, & abit, coctione ventriculi in ſpiritum chyli, qui eſt peculiaris, & ſingularis ſpiritus humanus, vltimam ſui perfectionem in hepate ſuſceptas, & in partibus ipſis fit tamdem verus, & legitimus humani corporis ſpiritus, qui in corde vitales perficit facultates, & in cerebro animales vt diximus capite ſuperiori.

An

An ſpiritus humanus partibus externis, & internis adhærens ſpiritu lucis æereo augeatur, & creſcat.

CAPVT XI.

INferiora omnia quæcumque ſunt generis ſiue in genere animaliũ vegetantium ſiue in genere mineralium nullo pacto poſſunt conſeruari in eſſe ſuo, & ſubſiſtendi modo niſi ſuperiorum miniſterio: hinc creatum eſt cœlum, & terra in principio rerum omnium, cœlum vt infunderet lucem alimentum ſpirituoſum rerum omnium, terra vero vt daret alimentum corporeum, & materiale, rebus omnibus. Itaque egent omnia irriguo ſuperiori, & inferiori, & hoc certum ac veriſſimum cum ſit, nullo pacto in dubium eſt reuocandum, quin ſpiritus humanus partibus omnibus tam externis quam internis adhærens, ſpiritu lucis aereo, augeatur & creſcat, ille enim aerus lucis ſpiritus eſt irriguum ſuperius quo fouentur nutriuntur, & conſeruantur omnia; niſi enim irriguo illo ſuperiori perenni, & perpetuo, ex cœlis defluenti, ſpiritus rerum infernarum irrigaretur, cito euaneſceret, & periret, quia

Inferiora non poſſunt conſeruari niſi ſuperiorũ ope, & auxilio.

Alimentum duplex ſuperius, & inferius; cœleſte, & terreum.

perpetuo depaſcitur ab innato, & fixo calore rerũ omnium, vnde cum perpetuo depaſcatur, perpetuo eget alimento, ſibi ſimili, & cum ſpiritus non ſolum alimentis ordinariis, & quotidianis reparetur, ab ſpiritu illo, qui alimentis ineſt eget etiam alio alimento ſubtiliori, & copioſiori, vt copioſe reparetur, ad vitam conſeruandam. Sic dentur neceſſe eſt duo alimenta, quæ perpetuo, & copioſe reparent, & conſeruent noſtros ſpiritus: vnum dat terra per alimenta quotidiana, alterum vero dat cœlum mediante aere, aer enim eſt tantum vehiculum ſpiritus cœleſtis nobis ad vitam neceſſarij, nec intrat aër compoſitionem illius ſpiritus, quia non eſt elementum ſed eſt tantum medium, & vehiculum illius ſpiritus, vt videbimus capite ſequenti. Cur autem nobis ſint neceſſaria duo alimenta, prædicta, ad reparationem illius ſpiritus id clarum fit, & manifeſtum ſequenti ratione. Spiritus cœleſtis quocumque in loco ſit radicatus, & implantatus eget alimento ſibi ſimili, eſt autem ſpiritus duplex in rebus omnibus influens & fixus, in animantibus adeſſe ſpiritũ influentẽ patet ex motu arteriarum, qui per arterias cõmunicatur partibus omnibus totius corporis: in vegetantibus autem, & minerabilibus corporibus, adeſſe ſpiritus in-

Aer non intrat compoſitionem ſpiritus.

Quare duplici egeamus alimẽto.

fluentes non patet manifeſto, ſed eos adeſſe neceſſe eſt, ad actiones, & proprietates, & virtutes agendas, agunt quidē illa omnia, & præclaræ effluunt ex ipſis virtutes, & proprietates, quæ ſine ſpiritibus influentibus effluere non poſſent ſed permanerent fixæ, & permanentes in fixo, & permanenti ſpiritu, ſed cum exeant foras neceſſe eſt, vt cum ſpiritu influenti exeant, & fiant manifeſtæ. Eſt ergo in rebus omnibus duplex ſpiritus influens, & fixus, ſunt tamen eiuſdem eſſentiæ, & ſubſtantiæ cū non differant niſi qualitate illa volatili, & fixa, ſi ſit ergo duplex ſpiritus in corpore noſtro, & in rebus omnibus, & egeat alimento ad conſeruationem ſui ipſius, neceſſe eſt etiam duplex eſſe alimentum influens vt ita loquar. ſeu volatile, & fixum atque permanens, quibus duplicibus alimentis, eſſentia tamen nullo pacto differentibus, ſed qualitate diſtinctis nutriatur foueatur, & conſeruetur noſter duplex ſpiritus influens, & fixus. atque etiam rerum aliarum omnium duplex fouebitur, & nutrietur ſpiritus. vnde neceſſarius eſt omnino ſpiritus cœleſtis ex cœlo perpetuo deſcendens ad conſeruationem rerum omnium. His ita poſitis neceſſario concludemus ſpiritus humanos partibus omnibus externis, & internis adhærentes, ſpiritu lucis cœleſti

Duplex ſpiritus influēs & fixus.

Spiritus creſcit ſpiritu cœleſti

qui per aera nobis comunauicatur augeri, & creſcere, tamquam ex ſuo proprio, & ſibi ſimili alimento.

An ſpiritus cœleſtis qui per aera nobis communicatur, induat aliquid aeris ad ipſius eſſentiam conſtituendam.

CAPVT XII.

Aer non intrat cōpoſitionem ſpirituum noſtrorum.

QVamplurimi ſunt medicorum qui ſpiritus noſtros, & rerum aliarum omnium uocant æthereos, & aeros, & perinde exiſtimant hos ſpiritus aeris puriſſimi ſubſtantiam ſibi innatam habere, & inde aerem compoſitionem ſpirituum intrare putant. Ego ipſe multis in locis librorum meorum, id ipſum tamquam veriſſimum aſſerui, ſed prudentior, & ſenior factus, mutaui ſententiam, ex ipſa rerum anatomia, vbi aerem non iuueni tamquam partem eſſentialem compoſiti; ſed poros tantum rerum omnium replentem, & ſpiritus cœleſtis vehiculum eſſe, datus enim eſt aer in rerum natura non vt cōponat, cum reliquis elemētis res naturales ſed tantum vt ſit vehiculum ſpiritus cœleſtis, qui rerum omnium compoſitionem intrat, & vt ſit medium coniungendi res ſuperiores hoc eſt influxus

Aer eſt vehiculū cœleſtis ſpiritus,

cœleſtes, cum inferioribus rerum elementis. Res ſuperiores ſunt quaſi ſpirituales & ita tenues, & ſubtiles, vt niſi cum medio, cum rebus inferioribus craſſis, & corporeis coniungi nequeant, medium autem oportet, vt naturam participet, vniendorum, nec tamen ſit ex eſſentia vniendorum oportet, aer ergo perinde eſt ſubtilis; & tenuis valde, & ſic naturam, & eſſentiam ſpirituum cœleſtium quaſi participat, & eſt corpus fluens, & mollis, & ſic ratione corporis, inferiorum elementorum naturam participat, nec tamen eſt elementum infernum vt clarius demonſtrabitur inferius ſectione tertia libri tertij. huiuſce voluminis, vbi corporis humani compoſitionem indagabimus, & ſic rationem legitimã medij ipſius naturæ, & conditionem induet, aer. Et ſic deluſi ſunt antiqui, & nos ipſi allucinati ſumus, dum aerem elementũ & principium naturæ fecerimus in compoſitione rerũ, cũ tamen non ſit niſi medium coniungendi, elementa, volatilia cum fixis, & permanentibus, vt enim aer externus non eſt de compoſitione, mixtorum ſic aer internus, qui replet poros mixtorum, vt ſit vehiculum ſpiritus cœleſtis ad compoſitionem mixtorũ neceſſarij, non erit de compoſitione interna, mixtorum, ſunt enim aer exter-

Medij qualitatesquale eſſe debeãt.

Aer non eſt elementum.

nus, & internus eiuſdē naturæ, & eſſentiæ, & ſi aliquot mixtorum imponatur retortę vitreæ vt inde per artem, reſoluatur mixtum in ſua principia, & elementa, non exibit inde aer, componens tale mixtum: imponitur autem mixtum retortæ, aere repletum in poris ſuis, exit etiam ille aer, cum elementis omnibus quæ in reſolutione mixti reperiuntur, ſingula elementa habebunt aerem permixtum in poris ſuis, nec inde erit, aer in poris elementorum reſolutorum repertus, elementum, & principium ipſius elementi, aut erit elementum illud ſemper compoſitum, & elementatum, nec dari poterit ſimplex elementum, nec arte, nec ab ipſa natura, & perinde etiam non poterit dari reſolutio mixtorum naturalium, in ſua principia, quod tamen, falſiſſimum eſt: & ratione & experientia, & authorritate, philoſophorum omnium, qui aſſerunt mixta omnia poſſe reſolui in ſua principia. & ſic etiam inuicem tranſmumutari poſſe, modo reſoluantur prius in ſua principia, & elementa. Ratio autem quæ nos inducit ad reſolutitonem credēdam, & confitendam eſt ipſamet compoſitio mixtorum, ſi mixta omnia componantur, & fiant ex elementis naturalibus, ſimplicibus, reſolui etiam poterunt eadem mixta, in ipſamet elementa, ex

Si aer eſſet elementū, non daretur reſolutio, in ſimplex elementum.

Sidetur cōpoſitio datur etiā reſolutio.

quibus compoſita ſunt: nã antequã componant ſeparata ſunt, & dum componunt vniuntur, vt ergo in cõpoſitione vniuntur, ſic & in reſolutione, & rerum ſeparatione diſgregantur, & ſeparantur, & ſic vt eſt manifeſta compoſitio elementorum in compoſitione mixtorum ſic erit manifeſta diſgregatio & ſeparatio elementorum in reſolutione mixtorum in quibus cum aer non reperiatur, de compoſitione corporum, multo minus erit de compoſitione ſpirituum.

Quare aer non ſit de cõpoſitione ſpirituum.

His itaque declaratis intrepide concludemus, ſpiritum cœleſtem qui nobis vt cæteris rebus omnibus, per aera communicatur, nihil aeris ipſius inducere naturæ, & eſſentiæ, ſed ſolum ſpiritus cœleſtis eſſe vehiculum vt nobis cæteriſque rebus omnibus communicetur.

An ſpiritus humanus rerumque aliarum corruptionis maculis infici queat.

CAPVT XIII.

IMpoſſibile eſt humanos ſpiritus aliarumque rerum poſſe corrumpi ſaluo eſſe ipſarum, & ipſius corporis humani ſalua compagine, ſpiritus enim eſt ſolus, qui nos, & res omnes alias à corruptio-

Spiritus nõ corrumpũtur niſi, & corpora corrumpãtur.

ne deffendit, ſi corrumpatur ſpiritus, & corpus ſuum corrumpi etiam neceſſe eſt, non dubito, quin ſpiritum humanum alios que rerum omniũ ſpiritus poſſe corrumpi & alterari, ſed dum corrumpuntur ſpiritus, & corrumpantur corpora horũ ſpirituum neçeſſe eſt: corrumpuntur autem ſpiritus, & alterantur, cum ſint ex elementis ſublunaribus, & cœleſtibus compoſiti: nihil enim ibi eſt, quin alterationis, & corruptionis leges, & normas ſubire queat, lux enim ipſa præcipua pars ipſius ſpiritus corrumpitur, & alteratur, dum miſcetur, in compoſitione, mixtorum generatio enim compoſitio vera rerum fieri non poteſt niſi præcedente corruptione: generatio enim vnius corruptio alterius eſt & corruptio vnius eſt generatio alterius. At dum res ipſæ perſiſtunt in eſſe ſuo, & compoſitione quam obtinuerant per generationem, & corruptionem tunc tẽporis non corrumpuntur ſpiritus, perſiſtente, & ſalua illa compoſitione, atſi pereat, pereunt, & alterantur ſeu corrumpuntur ſpiritus illius compoſitionis. Hinc colligendum eſt quam abſurde errarunt medici, qui in diaria putrida admittunt alterari, & corrumpi ſpiritus vitales in corde impoſſibile enim eſt, vitales ſpiritus in corde ipſo corrumpi,

Quare ratione corrumpantur ſpiritus.

In diaria febri non corrumpũtur ſpiritus.

quin, & deſtruatur, & corrumpatur vita, Hoc tamen non fit, quia curatur diaria, putrida vt videbim⁹ tractatu noſtro de febribus in libro 3. huiuſce vniuerſalis ſapientiæ, & ſic curata illa febre perſiſit cor, in ſuo eſſe, & ſpiritus etiam perſiſtunt, quod eſt ſignum euidentiſſimũ in febre diaria, nec in vlla alia febre, nec in peſte ipſa nec in vllo alio morbo poſſe corrũpi ſpiritus noſtros, quin pereat vita, & omnino deſtruatur: ſpiritus enim, eſt corris, verum balſamum à corruptione ipſum corpus deffendens ſi corrumpatur *B*alſamum, & ipſum corpus corrumpi neceſſe eſt.

His ita declaratis, & probatis faciliter concludemus ſpiritus humanos, nec aliarum rerum ſpiritus vllo modo poſſe corrumpi, & alterari ſaluo, & integro manente corpore humano aliarumque rerum corporibus illæſis, & permanentibus.

Qua ratione, & via morbi omnes corporis humani ab ſpiritu dependeant.

CAPVT XIV.

VIdimus capite ſuperiori octauo huiuſce tractatus actiones omnes tum vitales tum morboſas corporis humani dependere ab ipſo ſpiritu nunc autem perquirendum eſt qua via, & qua ratione id fieri poſſit vt vna, & eadem cauſa; ſit cauſa vitæ, & mortis; nam ſi ſpiritus humanus efficiat morbos, & vitam, & ſanitatem, erit etiam cauſa mortis, & vitæ quæ ſunt omnino contraria: vna autem, & eadem non poteſt eſſe cauſa contrariorum effectuũ contrariorum niſi obiecta, & ſubiecta contraria illi obijciantur vt in illis contrariè agat, ſic illa cauſa etſi ſit vnica, & eadem, effectus parit contrarios, ſic in corpore humano, ſubiectum vitæ, in quod agit ſpiritus vt vitam inde pariat, eſt omnio contrarium, & oppoſitum ſubiecto morbifico, nam ſubiectum vitæ eſt purum corporis humani, quod ex puritate alimentrorum educitur, ſubiectum autem morbificum, ex quo ſpiritus educit, & parit morbos eſt impurum

Qua ratione ſpiritus ſit cauſa vitæ & mortis.

Obiectum vitæ quale.

Obiectum mortis quale.

naturæ corporis humani, & purum excrementum vnde ſubiecta ſunt omnino contraria, vnde etiam ex his ſubiectis contrarijs ſpiritus humanus educit effectus contrarios ex ſubiecto puro vitam, ex ſubiecto impuro, & excrementitio mortem, & morbos vitæ contrarios, efficit, ſic ſpiritus humanus eſt vnica, & eadem cauſa vitæ, & mortis, per ſuam præſentiam in alimento puro vitam, & ſanitatem, per ſuam autem abſentiam cum ab excrementis impuris; & fœculentis, foris abeat, & pellatur, morbos, & mortem ipſam parit. Sic ſpiritus humanus eſt via, & modus vnicus morborum omnium, & ab ipſo efficienter dependent omnes occaſionaliter, & accidentaliter pendent morbi omnes ab excrementis alimenti quæ non rite ſeparantur, & cum non rite ſeparantur ſed perſiſtunt in corpore irritant ſpiritum, & ſpiritus agit in ipſa excrementa vt foris pellat ea, & actio iſta iſtius ſpiritus in excrementa expellẽda cũ fortiſſima eſt, & extra vires ſuas ordinarias dicitur morbus, cum enim in articulos totius corporis decidit excrementum aliquod, quod ibi perſiſtit, neque foras propellitur, ab actione naturali ipſius ſpiritus, ſiue læſione ipſius, tunc temporis, actio illa in illud excrementũ cũ paſſione, & læſione ipſius ſpirit9.

Spiritus qua via faciat morbos

Artritis vt fiat.

dicitur arthritis, & ſic de alijs morbis qui nihil aliud ſunt quam læſiones ipſius ſpiritus humani ab excrementis alimenti quæ naturali actione ſpiritus, non foras propelluntur à corpore humano, ſed manent, & perſiſtunt in corpore, & lædunt ipſum ſpiritum, & ſunt cauſa materialis omnium morborum: ſpiritus autem eſt cauſa efficiens ipſorum morborum dum agit in ipſa excrementa, foras propellenda. Sic clarum eſt, & valde patens, morbos omnes dependere ab ſpiritu humano in corpore humano, & in reliquis animantium corporibus in quibus fiunt morbi fiunt etiam ab eodem eorumdem animantium ſpiritu.

Morbi quid ſint propriè

Sic concludemus fortiſſima cum ratione, morbos omnes corporis humani dependere ab ſpiritu humani corporis mediantibus excrementis, quæ foras non propelluntur naturali actione ſpiritus, ſed defectu ipſius expulſionis in dies magis ac magis accumulantur, donec agere poſſint in ipſum ſpiritum, & tunc vice verſa ſpiritus irritatus agit in ipſa excrementa vt foras ipſa propellere queat, & illud duellum ipſius ſpiritus cum excrementis expellendis eſt verus morbus, cum ibi lædatur ſpiritus, ſanitatis noſtræ, ſolus, & vnicus œconomus in qua læſione conſiſtit morbus.

Morbi fiunt ab ſpiritu.

Concluſio huiſce tractatus humani ſpiritus.

Capvt XV.

Et vltimum.

HAbes amice lector quicquid de ſpiritu humano dici, & enarrari poteſt, ſecundum veritatem ipſius naturæ, quicquid autem aliud authores de ſpiritu in genere, & in particulari dixerunt, & ſcripſerunt id partim verum eſt, partim falſum, pace eorum dixerim; non enim ipſos redarguo, vt illis doctiorem, & acutiorem me ipſum faciam, ſed quia ipſammet ſpirituum ſubſtantiam quotidie præ manibus habeam, cum quotidie reſolutiones tum animantiū tum vegetantium, & mineralium faciam. In ipſa ſiquidem reſolutione harum rerum ſpiritus ipſorū apparent manifeſte, & quid ſint, & quali ſubſtantia includantur, & induantur manifeſte patet: vnde certius ſcribere poſſum quid ſint ſpiritus rerum omnium quā alij omnes authores tum antiqui, & recentiones qui nunquam, & nullam vnquam fecerunt rerum reſolutiouem. Sed tantum fidem habuerunt primis authoribus qui de ſpiritibus ſcripſerunt: fece-

Vnde author maiorem cognitionem habuerit ſpirituū quam reliqui authores.

runt enim ipſos ſpiritus æthereos aereos igneos, elemento ſtellarum correſpondentes, at neque ſunt ætherei nec aerei nec ignei, elemento quidem ſtellarum correſpondent ſed non puro, & ſimplici elemento ſtellarum quia ſunt quid craſſius alioquin in ſubſtantia, viſibilem, & palpabilem redigi non poſſent ſi luci cœleſti puræ, & ſimplici correſponderẽt: ſunt enim ſpiritus rerum omnium in rebus omnibus, vnum quid ex ſimplicibus elementis, quæ res omnes componunt, & conſtituunt vnum elementum ſimplex in rebus omnibus, non tamen vt ſunt in corpore mixto, non adhuc ſunt elementum illud ſimplex, quod dicitur ſpiritus, ex quo componitur corpus, ſed tenuiſſima corporis ſubſtantia mixta ex reliquis elementis omnibus: at in reſolutione mixti, illa tenuiſſima corporis mixti ſubſtantia, reducitur arte vel natura in ipſum ſpiritum ſimplicem, & elementum ſimplex ex quo cum reliquis omnibus elementis corponitur corpus, nec in aliam deinde poteſt, reſolui ſubſtantiam ſed manet ipſa ſimplex, & omnino incorruptibilis, & inalterabilis ſubſtantia. Spiritus vero corporum mixtorum omnium quamuis dicatur ſpiritus, & tenuiſſima corporum mixtorum ſubſtantia poteſt adhuc reſolui, in ſua elementa ex qui-

Spiritus eſt ſimplex elementum ſi ſimpliciter conſideretur ſed vt eſt in corpore humano eſt quid compoſitum ex omnibus elementis.

bus componitur in ſpiritum ſcilicet oleum ſeu ſulphur, aquam ſeu Mercurium ſolem, & terram dequibus quinque elementis quæ in reſolutione rerum omnium reperiuntur copioſe dicemus ſequenti tractatu de corpore humano, vbi compoſitionem ipſius corporis humani indagabimus Vulcani chymici miniſterio, & induſtria. Deus faueat intentum detque vitam, & ſpiritũ qui cum media natura ſit in omnibus, ideo deluſi fuerunt nonnulli chymici, qui ipſum ſpiritum, formam, & animam ſenſitiuam dixerunt, quod facultates ſentiendi præbeat in animantibus, nihilominus tamen eſt tantum organum, & inſtrumentum animæ ſenſitiuæ.

DE CORPORE HV-mano animæ humanæ & ſpiritus humani tegumento.

SECTIO. III.

HVIVS SECVNDI LIBR
Vniuerſalis Sapientiæ.

Corpus humanum quid ſit.

CAPVT. I.

Corpus humanũ quid ſit.

CORPVS humanum e animæ humanæ rationalis, & intellectualis organizatũ te gumentum ex limo terræ pri mitus à Deo ipſo rerum om nium creatore in gratiam hominis Pro toplaſti, fabricatum, & compactum de inde virtute ſeminis ſui, in poſtero propagatum

propagatum.

Vel eſt animæ humanæ, partibus omnibus homini conuenientibus exornatum veſtimentum, & vaſculum, ex limo euiſdam terræ rubræ in campo dameſo à Deo ipſo peculiariter fabricatum in gratiam hominis : vnde corpus humanum cæteris omnibus rerum corporibus antecellit, tum quod à Deo peculiariter factum ſit, tum propter animã immortalem, & intellectualem, quam recipere debet, tum etiam quod immortale, & æternum tandem eſſe, & Deo ipſi perenniter ſeruire. & coram ipſo perſiſtere debeat, & gloriæ ipſius æternæ, & diuinæ particeps fieri etiam habeat. Vnde exhorreſcere, & conremiſcere, deberent omnes homines, qui vitijs infinitis tanquam maculis indelebilibus, ipſum conſpurcant corpus humanum, quod ex intentione diuina ad tot, & tanta gloriæ myſteria deſtinatum eſt, ſi purum& immaculatũ permaneat, vt nos omnes homines facile, ex deffinitionibus ſuperius allatis colligere poſſumus. Deus ſiquidem rerum omnium creator, peculiari amore, & diligentia, & cura corpus ipſum humanum fabricauit, non vt tandem vt reliqua rerum omnium corpora periret, & in cahos rerum omniũ iterum rediret, ſed illæſum,

Corpus humanum ad quid deſtinatum.

& incorruptum perſiſteret in centro ipſius corruptionis, vt hinc immortale. & æternum ſurgeret, & animæ ſuæ immortali, & æternæ, nodo vere gordiano, & indiſſolubili tandem coniungeretur, & in æternum perſiſteret, & perenniter Deum creatorem ſuum laudaret, benediceret, & glorificaret, hinc ſummam, & abſolutam corporis humani præſtantiam, & nobilitatem arguimus, & ſi cœlum ſol ipſe, & planetæ omnes, & aſtra, cum ſtellis omnibus aurum, argentum, & Margaritæ, adamantes, & carbunculi, & lapides omnes pretioſi, habeant aliquid nobilitatis, & præſtentiæ, ex parte corporis ſui, quod ex pura elementorum materia facta fuerint, quid de corpore humano, ſuſpicandum erit, imo firmiter credendum quod de ipſa rerum omnium pura ſatis natura fabricatum fuerit nam limus ipſe terræ, ſi non luceat, & niteat tanquam ſol, & carbunculus, in ipſo tamen ſunt ſcintillæ lucis micantes, & radiantes, æquali in potentia, & virtute, ac ſunt ſcintillæ lucis, ex quibus ſol ipſe fabricatus eſt, & carbunculi omnes, & adamantes ipſi, quotidie ex ipſa natura cōficiuntur: ſed hac in vita neceſſe eſt vt homo humilis fiat ne ſupra conditionem ſuam ſublimetur: neceſſe eſt inquam vt ſcintillæ illæ lucis obtenebren-

Præſtantia corporis humani.

Corpus humanū poſt reſurrectionem ampliſſime fulget & nitebit.

tur, ſed poſt mortem, & reſurrectionem ſuam, quam firmiter, & tutiſſime ſperat tunc manifeſtæ erunt, & patentes ſcintillæ illæ lucis ex quibus fabricatum eſt corpus humanum, tunc temporis lucebunt, & prælucebunt auro, argento, carbunculis, & ſoli ipſi. Manifeſta, & patens erit tunc temporis corpus humani nobilitas, & præſtantia, corporis ſcilicet humani immaculati, & vitijs nullis conſpurcati, nam quo magis hæc corpora immaculata fulgebunt, eo magis maculata, & vitijs conſpurcata obtenebrabuntur. Hæc homo intimis cordis ſui thalamis, & receſſibus contemplari deberet cum naturali deſiderio, lucem exoptet, & tenebras fugiat; nihilominus tamen tenebris denſiſſimis immergitur, dum peccatis, & vitijs corpus ſuum, & animam inficit, & maculat, peccatum enim lumen extinguit, nec certiſſime eſt lucis aliquid, in peccato, ſed puræ, & opaciſſimæ tenebræ peccatorem inuoluunt & obtenebrant.

Peccatum omne lumẽ extinguit vnde corpora peccatorum tenebroſa erunt in reſurrectione

His ita poſitis intrepide concludemus, corpus humanum animæ humanæ rationalis, & immortalis vaſculum eſſe, & organizatum tegumentum, & limo terræ cuiuſdam rubræ in campo damaſci, primitus à Deo ipſo fabricatum deinde virtute ſeminis ſui propagatum in poſteros homines peculiari cura, & amo-

re in gratiam hominis ab ipſo Deo compactum, vt homo gratus tanta beneficia cognoſcens, amoris etiam peculiaris flamma in Deum creatorem ſuum exardeſceret, & conflagraretur, vt tandem diuinæ gloriæ particeps fieret ex intenſione ſui creatoris, qui hominem ad gloriam ſuam peculiari beneficio erexit, modo virtutem ſequatur, & vitium fugiat, Deus enim vitium qualecumque neſcit, & fugit, ſic & homo vt Deo particeps fiat vitium omne fugere habet, & neſcire debet, & ſic virtutem, & puritatem ac candorem amare, & perſequi habet.

Homo ad gloriã creatus.

Corpus humanum cur varijs componatur partibus heterogeneis.

CAPVT II.

Corpus varijs operibus deſtinarum, varijs, & etiam conſtat partibus.

TOt, & tantis operibus varijs ac diſtinctis deſtinatum eſt corpus humanum, vt neceſſarium omnino fuerit, & valde oportunum varijs ac diſtinctis partibus heterogencis eſſe compactum: non poterat enim corpus humanum hęc omnia tam varia opera exercere, tribus aut quatuor vel quinque partibus com-

pactum. Quot ſunt partes in homine, tot etiam ſunt neceſſariæ, & omni ex parte opportunæ ad varia, & diſtincta hæc opera exercenda, habet homo linguam vt loquatur, & quod in ipſius intimis occluſum latet verbis, & loquela exprimat, & manifeſtet, habet oculos vt videat, & de coloribus iudicet, & quæ illi imminent pericula euitet, habet aures vt audiat, & ſonos varios diſtingat, & muſicam diſcat, habet naſum vt odores percipiat, & de his iudicet, habet palatum vt guſtet, & de ſaporibus, iudicium afferat, habet ſenſum tactus, per omnes corporis partes diffuſum ac diſperſum, vt de duribus mollibus aſperis, & vellicantibus iudicium ferat, habet cerebrum, & caput oſſibus præduris præmunitũ vt ex eo intelligat, ratiocinetur, ſapiat, recordetur rerũ omnium & ſcientias diſcat omnes, habet cor vt audeat, iraſcatur concupiſcat, amet & odiat, habet hepar vt ſãguis ibi elaboretur & fiat alimentũ cõmune partium omnium, & creſcat & augeatur, habet ventriculum ad omnes cibos, & potus percoquendos, & in chylum tranſmutandos, habet brachia manibus exornata & manus digitis exornatas vt opera inde fiãt mira ſtupẽda, quæ ſine brachijs manibus & digitis fieri nõ poſſẽt, habet pedes, vt ambulet, ſaltet, tripudiet, & textoriã ex-

partes ſingulæ corporis humani ad quid deſtinatæ ſint

ceat artem, & reliqua multa pedibus excercet, quæ nos ipſos in admirationem rapiunt, totumque corpus flexibile & vndique mobile, obtinet, vt mira opera, & motus miros hinc oriantur, quæ ex alio corpore firmo, & ſolido educi non poſſent nihil ergo eſt, in homine nullaque pars adeo minima, quin valde ſit neceſſaria homini, ad perfectionem humanam conſtituendam, & abſoluendam. Pili, & vngues quæ videnturviliores,hominis partes non ſolum ad ornamentum neceſſariæ ſunt ſed ad tegumentũ ipſius capitis ſed vt excremẽta craſſiora, & humidiora, attrahantur & ibi in alimentum conuertantur harum partium, & ſic corpus ſarcina quodammodo excrementorum alimenti ſui generalis ſubleuetur, ſunt enim quædam excrementa ceceſſaria ad vngues, & pilos corporis humani enutriendos, & conſeruandos, ita vt nihil ſit in homine ſuperfluũ, & inutile ſed omnino neceſſarium, ad perfectionem illius cõſtituendam.

Omnes partes corporis ſunt neceſſariæ ad perfectionẽ corporis.

Nihil eſt in homine ſuperfluum & inutile.

Itaque hinc concludere poſſumus, corpus humanum varijs ac diſtinctis partibus conſtitui debere vt abſolutum, & perfectiſſimum ſit corpus, vt varia, & omnia opera ad quæ naturaliter deſtinatum eſt, exercere queat, & ad perfectionem deducere poſſit.

An corpus humanum quatuor vulgaribus conſtituatur elementis, & an plura ſint alia elementa quibus componatur.

Capvt. III.

An quatuor vel quinque ſint rerum omnium elementa.

ANtiqui fere omnes quatuor tantum elementa admiſerunt in compoſitione rerum omnium, & perinde, etiam in compoſitione corporis humani conſtituerunt tantum quatuor elementa, ignẽ puta aerem aquam, & terram, & hæc vulgaria ſunt quatuor elementa quæ omnes comuniter admittunt, & fatentur elementa, rerum omnium. Alchymia tamen experientia ſua, & reſolutione corporum omnium quam facit ipſa, vt compoſitionem rerum omnium exploret, non inuenit hæc quatuor elementa, nonſiquidem inuenit ignem nec aerem aquam quidem, & terram in reſolutione corporum omnium adinuenit, & præterea reperit in eadem reſolutione vltima rerum omnium, tria alia diſtincta elementa, quæ quidem tria elementa, cum duobus alijs elementis iuncta, & connexa, numero quinque conſtituunt ele-

Ignis & aer non ſunt elementa.

Quinque ſunt elemẽ- ta ex quibus res omnes cõponuntur.

menta, quæ compoſitionem rerum omnium ingrediuntur, & perinde etiam corpus humanum hiſce quinque elementis componetur, cum hæc quinque elementa ſola reperiantur in reſolutione vltima corporis humani, vt & in reſolutione vltima rerum omnium. Quæ ſunt autem vltima in reſolutione eaque ſunt prima in compoſitione, ex ipſomet Ariſtotele paſſim in Phyſicis: ſunt autem hæc quinque elementa aqua terra ſulphur ſeu oleum, ſpiritus ſeu Mercurius, & ſal. Sal ergo Mercurius ſulphur aqua, & terra res omnes component cum in reſolutione vltima rerum omnium reperiantur & perinde etiam corpus humanum hiſce quinque elementis componetur. Ad hanc autem compoſitionem rationibus, & experientijs confirmandam, & ſtabiliendã, infirmare primo oportet, primam antiquorum compoſitionem rerum omnium, ex igne, & aere, ignis primo nullo pacto eſſe poteſt elementum: quod enim, deſtruit vnumquodque non componit, ignem autem omnia deſtruere ſatis experientia conſtat, ergo nulla componet, & perinde non eſſe poterit elementum: elementum enim elementat, fouet, conſeruat, nutrit, & alit res omnes quas componit, ignis autem vt experientia patet, nihil horum agit ergo nequit eſſe elemẽ-

Quinque elementa reperiuntur in reſolutione vltima rerum.

Sal Mercurius ſulphur aqua & terra ſunt quinq; rerum omnium elementa.

Ignis qua ratione non ſit elementũ

tum. Elementum etiam nullo pacto nec natura nec arte, reſoluitur; nec reſolui poteſt, in res alienas, at ignis ipſe, materialis qui videtur, & palpatur, & vocatur nomine ignis, & nobiſcum verſatur reſolui poteſt imo naturaliter per ſe reſoluitur in quinque alia prædicta elementa, in ſalem, Mercurium, ſulphur, aquam, & terram, ergo non eſt elementũ ſed purum mixtũ, & vere mixtũ eſt, & quid cõpoſitum, cum ſingulis diebus oriatur, & fiat, & progignetur ex rebus omnibus combuſtibilibus, varijſque alijs modis producatur, vt ex frictione valida corporum duorum ex lumine cum ſpeculis concauis diſperſum lumen coarctatur, & ex pluribus lucis radijs fit vnus radius compreſſus, & cõpactus, qui puruseſt ignis omnia cõburẽs & õnia deſtruens. Ex phiala etiã vitrea rotunda aquæ plena, & radijs ſolis expoſita ardentibus, ſtupis & rebus alijs facile cõbuſttibilibus ſuppoſitis producitur verus ignis. ergo cum quotidie producatur, & generetur ignis varijs modis ac vijs, non poteſt eſſe vllo pacto elementum; elementa ſiquidem ſunt ingenerabilia, & improductibilia. In reſolutione vltima etiam rerum nullarum reperitur ignis ergo neque etiam reperietur in prima rerum copoſitione, & cũ non reperiatur in compoſitione non pote-

Ignis eſt quid compoſitum & quotidie producitur.

Elementa ſunt ingenerabilia.

Ignis etiam non eſt ſubſtantia cum perſe non ſubſiſtat, ſed in ſubſtātijs conbuſtibilibus habet eſſe perinde non eſt elementum.

rit eſſe elementum. Reperitur quidem ſulphur quod ab antiquis dicitur ignis ſed improprie, & ſimilitudinarie nec omnino habet proprietatem, & naturam ignis ſed longe aliam, ignis etiam præterea nutritur ex quibus componitur, nutritur vero vt conſeruetur, ergo cum egeat perpetuo alimento non poteſt eſſe elementum, quia elementum non eget alimento, vt conſeruetur, ſed à ſe ipſo conſeruatur.

Aer non eſt elementum.

Videndū iam eſt an aer ſit elementum: aer autem non poteſt eſſe elementum cū corpora rerum non ingrediatur tanquam quid componens, & conſtituens eſſentiā rerum ſed tanquam replens poros corporum vt ſit vehiculum ſuperiorum elementorum cum inferioribus, & deferat ſpiritum lucis rebus omnibus neceſſarium, vt probatum eſt, & demonſtratum tractatu ſuperiori de ſpiritu: cum ergo aer non ingrediatur compoſitionem ſed tantum repleat poros vt deferat ſpiritum lucis, non poteſt eſſe elementum, ſed vehiculum ſpiritus cœleſtis; non poteſt eſſe etiam elementum aer, cum in poris elementorum omnium reperiatur aut elementa reliqua etſi ad ſimplicitatem ſuam reducta erunt ſemper elementata, & compoſita nec vnquam ad ſimplcitatem poterunt reduci, quod aer ſua ſubtilitate, & ſimplicitate poros eorum repleat, quia

autem hic aer replens poros non eſt pars componens, ſic non erit elementum cō-ſtituens eorum eſſentiam, & naturam ſed replens eorum poros, vt tota natura ſit inter ſe vnita, & coniuncta; & vt aer externus non eſt de compoſitione rerum ſic nec internus aer erit de compoſitione interna, rerũ cum aer externus, & aer internus ſint ambo eiuſdẽ naturæ, & eſſentiæ, nec vllo pacto differant, & diſtinguantur inter ſe nec etiam erit aer elementum cum non reperiatur in reſolutione ultima rerum tanquam quid reſolutum ſed tanquam quid exterius oppoſitum poros replens elementorum reſolutorum ergo non erit aer elementum cum non reperiatur tanquam quid reſolutum in reſolutione vltima rerum, ac perinde etiam non reperietur in compoſitione tanquam quid componens. Ex his omnibus patet, clariſſime aerem non eſſe elementum, nec ignem: his ergo exploſis, & expulſis elementis ex compoſione rerum omnium, facillimum iam nobis erit, noſtra confirmare elementa ſuperius allata, aquam puta terram ſulphur ſalem, & Mercurium: hæc omnia, & ſola reperiuntur elementa, in compoſitione, rerum omnium, & in earumdem rerum vltima reſolutione, ſic veriſſime ſunt elementa, ex quibus res

Aer non reperitur in reſolutione tanquam quid reſolutum.

Elementa quinque qua via reperiantur in reſolutione vltima rerum.

omnes componuntur. Nam ſi mixtum aliquod quodcumque ſit ſiue corpus humanum aut aliud includatur vaſi diſtillatorio aeneo vel ferreo, fortiſſimo, & vas illud optime clauſum ne vllo pacto reſpiret, imponatur furno, & ſupponatur ignis per gradus, ignis agens in mixtum vaſi ferreo diſtillatorio incluſum, corrumpet mixtum, & reſoluet in ſua principia, & elementa, primo per diſtillationem egredietur aqua; quæ ſi multoties rectificetur, diſtillando vltimam ſimplicitatem aquæ acquiret, nec amplius mutari poterit in aliam ſubſtantiam ſed ſemper perſiſtet, & permanebit, in ſubſtantiam ſimplicem aquæ, ergo erit ſimplex elementum aquæ, mixtum tale componens, quod reſolutum eſt in talē aquam ſimplicem. Si feces iſtius aquæ reſeruentur, quicquid habent compoſitionis, vltimo in rectificatione vltima fœcum reperietur, continuetur autem diſtillatio egredietur, poſtquam aqua egreſſa fuerit, oleum quoddam, & ſpiritus, egreſſo autem oleo, & ſpiritu ſeparentur ambo, & in ſeparatis vaſis diſtillatorijs rectificentur multoties, donec ad ſimplicem puritatem ſubſtantiæ ſimplicis reducantur, conſeruentur fœces, & reponantur, cum fecibus aquæ ſuperius rectificatæ, oleum iſtud, & ſpi-

ritus erunt ſubſtantiæ diuerſœ, & inter ſe diſtinctæ ac differentes, & poſtquam vltimam puritatem adeptæ fuerint nunquam amplius permutabuntur, in alias ſubſtantias ſed immutabiles, & in corruptibiles permanebunt fixæ, & conſtantes in immutabilitate ſuæ, ſubſtantiæ ſic erunt vera elementa quæ componebant mixtum, illud quod reſolutum eſt, in hæc elementa. Continuetur adhuc diſtillatio, & fortiſſimo igne igniatur vas diſtillatorium, vt omnino deſtruatur & reſoluatur mixtum: inueniemus nihil amplius diſtillari poſſe, ſi omnes partes olei, & ſpiritus ſint egreſſæ, inuenientur in fundo vaſis diſtillatorij cineres omnino aridi ſicci, & combuſti albi coloris ſi ſit abſoluta, & perfecta diſtillatio. Accipiatur hic cinis, & bulliat cum aqua communi ſtillatitia per horæ quadrantem ſufficienti in quantitate aquæ, vt quicquid eſt ſalis in ipſo cinere, tranſeat in aquam diſtillatitiam, imponatur hoc omne ſuper cartam bibulam infundibulo ſuperpoſitam, vt quicquid eſt aquæ, per falſum illud traijciatur in vas vilueum ſuppoſitum, & fœces remanebunt ſuper cartam bibulam ſuper fœces has traijciatur adhuc aqua noua ſtillatitia, vt quicquid eſt ſalis in fecibus reſtitans diſſoluatur, & tranſeat

cum aqua in vas ſuppoſitum tantum aquæ nouæ, & recentis ſtillatitiæ, imponatur donec dulcis omnino, & inſipida per fultrum tranſeat. Tunc temporis diſtilletur hæc aqua, omnis, & quod ſtillat reſeruetur ad de nouo reſoluendum quod in fundo alembici remanet ſatis ſucci, quod eſt de nouo calcinandum, & igniendum fortiſſimo igne, in fine diſtillationis vt omnino candeſcat: & toties hoc eſt iterandum donec ſal in fundo alembici, perſiſtens nullas in ſulatione, ſua relinquat fœces, & purum omnino diſſoluatur, in ſua aqua diſtillatia & colorem tandem rubeum acquirat: tunc temporis eſt abſolutæ perfectionis, & ſimplicis elementaris ſubſtantiæ, fœces ſunt conſeruandæ, & reponendæ cum reliquis omnibus fœcibus omnium reliquorum elementorum, & collocandæ in alembiro ferreo; & forti igne diſtillandæ, vt quicquid ſtillari poteſt aſcendat, & quod erit ex natura aquæ, aquæ erit coniungendum poſt vltimam ſui rectificationem, & quod erit ex natura olei ſpiritus Salis, & terræ, poſt vltimā ſui recti ficationē & purificationē & erit oleo ſpiritui Sali, terrę conuingēdū. Et ſic in reſolutione, quæ hac arte elaboratur, nihil inuenietur quod non ſapiat vel aquæ vel terræ, vel ſalis, & olei, & ſpiritus naturam, &

eſſentiam. Et ſic clariſſimum erit totum mixtum reſolutum eſſe in hæc ſola elementa, quæ cum quinque numero, tantum reperiantur concludemus omnino quinque tantum eſſe elementa, & reperiri in compoſitioue, rerum omnium cum nulla alia reperiantur in reſolutione ultima rerum omnium Sic corpus humanum etiam componetur his quinque ſolis numero elementis, cum in reſolutione vltima eiuſdem corporis humani nulla alia reperiantur elementa. Et vt adhuc clarius hoc pateat, de ſingulis his quinque elementis nobis erit ſermo, peculiaribus ſequentibus capitulis.

Quinque tantum elementa in reſolutione rerum reperiuntur.

De elemento aquæ ex quo componitur corpus humanum, quid ſit, & quale ſit.

CAPVT VI.

ELementum aquæ, ex quo componitur corpus humanum & reliqua cũcta naturalia mixta, eſt corpus naturæ ſimplex & homogeneũ humidũ, & frigido coagulabile, ad caliditatem, & frigiditatem indifferens: ſed propria, & innata huius elementi qualitas quæ illi ſoli con-

Aqua elementũ quid ſit.

Proprietas aquæ qualis ſit.

uenit, & ſemper eſt coagulatio, & congelatio à frigore, externo, reliqua enim elementa frigido non congelantur niſi permixta ſint reliquis elementis. Fecerunt antiqui philoſophi ipſum elementum aquæ, frigidum, & humidum, & humiditatem fecerunt propriam, & innatam ſuam qualitatem, quod quidem pace antiquorum dixerim eſt prorſus à veritate alienum quod enim proprium enim eſt; & innatum vnicuique elemento, eſt illi ſoli, & ſemper conueniens, & competens, humiditas enim ſoli aquæ non competit ſed & aeri, quem admittunt in numerum elementorum non autem deberet conuenire elemento aeris, ſi humiditas eſſet propria, & innata qualitas elementi aquæ; proprium enim eſt, ex deffinitione ipſius Ariſtotelis in Logicis quod vni ſoli, & ſemper competit & conuenit: humiditas autem non ſolum aquæ competit ſed & aeri, ergo inde concluditur, non poſſe eſſe qualitatem propriam, & innatam aquæ, cum & aeri competat. At congelatio, & coagulatio à frigore ſoli aquæ conuenit, & ſemper illi competit, & quadrat, & alijs omnibus elementis nullo pacto, idonea eſt, ergo propria, & innata erit aquæ qualitas, & prima huiuſce elementi, vt in Phyſicis noſtris dilucidius demonſtrabitur.

Humiditas non eſt propria qualitas aquæ.

Proprium quid ſit.

bitur. Iam vero quá ratione, & via cõponat, corpus humanum, & res omnes alias nobis eſt demonſtrandum vna cum reliquis elementis. Elementa omnia in centro terræ conueniunt, & fiunt quid vnum quod dicitur ſemen ſeu alimentum generale mundi huius, & naturæ, hoc ſemen & alimentum ſublimatur calore ſuo naturali, & centro terræ peruenit ad matrices rerum omnium. Hoc eſt res omnes, & ſingulæ, ſugunt & attrahunt illud alimentum, & conuertunt in ſui ſubſtantiam, & deinde dum nutritæ & ſaginatæ ſunt illo generali alimento producunt ex ſua ſubſtantia aliud ſemen particulare ſibi quod ad ipſarum rerum propagationẽ inſeruit, & ſic res omnes fiunt ex illo generali mundi & naturæ alimẽto ſeu ſemine. Conueniunt omnia elementa in centro terræ & ibi permiſcentur vt dictum eſt, & fiunt vnum quid & adunatum ex quinque elementis, omnibus. Cœlum influxibus ſuis & radijs deſcendit in inferiora elementa, & permiſcentur ſimul cum ſint eiuſdem eſſentię & ſic ſuperiora elementa, & inferiora in centro terræ, conueniunt & permiſcẽtur, & fiunt rerum omnium generale alimentum, & ſemen, quod aſcendendo, & res omnes nutriendo, fit particulare ſemen, & ſic res omnes propagantur, &

Res omnes vt fiunt ex elementis.

Elementa in centro terræ conueniunt.

Homines omnes ex ſemine & illud ſemen ex ſemine generali.

multiplicantur, ſuo particulari ſemine, & ſic homines omnes propagantur, & multiplicantur, ſuo particulari ſemine, quod nutrimentum ſumit, & conſeruationem ſuam ex ſemine illo generali ex quinque elementis compacto. Sic corpora humana vna cum rerum aliarum omnium corporibus, fiunt & componuntur, ex quinque noſtris ſupradictis elementis, ſic aqua elementum rerum omnium compoſitiones, & corporis humani texturam ingreditur vna cum reliquis elementis. Iam nobis terræ eſt diſquirenda, ſecundum rerum omnium elementum, & qua via & modo rerum omnium compoſitionem ingrediatur, & corporis humani texturam faciat quod capite ſequenti lucidiſſime demonſtrabitur in gratiam chymicæ artis candidatorum. Sic nobiſſimæ huiuſce artis candidati, ab erroribus ordinarijs, & communibus, qui apud Vulgus verſantur extricabuntur.

De terrra rerum ſecundo elemento, quid ſit & qualis ſit.

Capvt V.

Terra qua-le ſit ele-mentum.

TErra in reſolutione vltima rerum omnium vltimum reperitur elementum, & tamen ſecundum facimus nos rerum omnium elementum, quod ſit fundamentum aliorum omnium & radix & quod viſibiliter appareat, nam corpora omnia plus ſapiunt ac redolēt eſſentiā & naturam terræ, quam aliorum elementorum. Vt ergo penitus cognoſcatur terra, iam nobis erit deffinenda, terra ergo eſt elementum ſpongioſum, rarum, leue, poroſum, frigidum & ſiccum, atque friabile, radix & fundamentum compoſitionis rerum omnium in qua radicantur reliqua alia elementa, vt compoſitionem rerum omnium abſoluant vna cum ipſa terra.

Terra quid propriè ſit.

Hæc definitio abſolute & perfecte, eſſentiam, & naturā, & qualitates ac proprietates innatas, & peculiares terræ oſtendit ac demonſtrat, quæ ſoli terræ competunt & illi ſemper quadrant, nec alijs elementis quadrare, & conuenire

poſſunt. Hinc clare, & manifeſtiſſime patet, quantum errarint Philoſophi an- qui in deſinienda terra, cum ipſam fece- rint ponderoſam ſolidam, & firmam, non poteſt enim terra vllo pacto eſſe ponderoſa firma, & ſolida, cum ſit per ſe rara, ſpongioſa, & poris plena, ac friabilis, & perinde leuiſſima elemen- torum omnium, vt patet experientia ip- ſa, rerũ omniũ magiſtra: nam pumex lapis eſt, lapis ſpongioſis rarus poris plenus, & perinde leuiſſimus, & ſi conburatur, & reducatur in calem, in illa calce repe- rietur plus terræ, quam reliquorum omnium elementorum, & plus erit terræ, in libra vna ipſius lapidis pumicis, quã in libra vna marmoris. quod cæteros la- pides pondere antecellit, in ipſo enim marmore, erit minus terræ, quam in ip- ſo pumice lapide, ergo inde concluden- dum erit terram ipſam eſſe principium leuitatis, & raritatis. Vnde corpora om- nia quæ plus terræ habent hæc leuio- ra erunt omnibus alijs corporibus vnde Suber quod leuitate, & raritate vincit ar- bores omnes, plus habet terræ, quam reliquæ omnes arbores pondere præ- ſtantes, vnde Buxus, & Hebenus minus habent terræ, & plus ſalis, & ſpiritus aridi, quam reliquæ arbores, etſi ſunt ponderoſæ arbores vnde facili via conſ-

Terra non eſt ponde- roſa, nec ſolida, & fir- ma ſed fria- bilis, & po- roſa.

Terra eſt principium leuitatis.

picimus, & manifeſtum habemus ſoliditatem, firmitatem, & pondus non à terra orginem habere, ſed raritatem, leuitatem, & poroſitatem, & friabilitatem vt ita loquar ab ipſa terra proprie, & innate dependere. Ponderoſitatem autem firmitatem, & ſoliditatem, ab alijs pendere elementis nempe à ſale, & ab ſpiritu arido, vt patet in metallis, & in lapidibus, qui ſale turgent, & ſpiritu arido, vnde cum hæc ſint elementa pondere reliqua elementa ſuperantia, ideo mixta corpora quæ hiſce elementis turgent pondere etiam vincunt reliqua mixta corpora, vt inferius videbimus capite de ſale, & ſpiritu.

Pondus firmitas, & ſoliditas à ſale ſpiritu & ſulphure dependent.

Propria ergo, & innata qualitas terræ, quæ illi ſoli, & ſemper competit, non eſt frigiditas nec ſiccitas, quia hæ qualitates non illi ſoli elemento conueniunt neque illi ſemper competunt: frigiditas enim, & ſiccitas ſali conueniunt æque ac terræ, friabilitas autem terræ ſoli conuenit, quapropter erit propria, & innata ac peculiaris terræ qualitas quæ illi ſoli, & ſemper conuenit, & competit. Hæc autem omnia quæ iam noua, & inaudita videntur antiqui Philoſophi non cognouerunt, quia reſolutioni corporum numquam nec vllam dederunt operam, nec vnquam terram ſim-

Frigiditas & ſiccitas non ſunt propriæ terrę qualitates.

Friabilitas eſt propria terrę qualitas.

plicem, & puram viderunt, & conſpexerunt, ſed tantum mixtam, & compoſitam cum reliquis elementis. Viderunt enim quo profundius, & altius foderetur terra, ipſam eſſe ſolidiorem firmiorem, & ponderoſiorem itaque imaginati ſunt in centro terræ, puriſſimam ibi eſſe debere terram, & quatenus viderunt in profundiſſimis antris terram eſſe ſolidiſſimam, & marmoream, eamque puriorem, & criſtallinam in quibuſdam locis, & ponderoſiſſimam nulla re alia conſiderata & ponderata exiſtimarunt exinde terram eſſe frigidam, & ſiccam ac pondere cætera elementa omnia vincentem inde ſuſpicati ſunt, & imaginati centrum ipſius terræ ſolidiſſimum eſſe quid criſtallinum, & ponderoſum, & virgineum cum ibi propterſoliditatem generationes, & corruptiones rerum peruenire non poſſent ibi in centro terræ, terram virginem collocarunt hoc eſt puram & ſimplicem nullius corruptionis, & generationis maculis infectam, & maculatam. At quantum aberrarunt antiqui per ſe ſatis notum eſt cum terra vbicumque locorum, ſiue in ſuperficie ſiue in medio, & in ipſo centro ſit ſemper deſtinata, & creata ad generationes, & corruptiones rerum, imo & in centro ſuo magis apta eſt ad generationes, &

Videnam antiqui colligerũt terram eſſe frigidam & ſiccam.

Terra vbiq; locorum eſt generationi apta.

productiones rerum quam in alia parte, cum in centro ſuo conueniant & concurrant omnia elementa vbi miſcentur ad generale illud & vniuerſale alimentum, & ſemen rerum omnium producendum, niſi enim hoc fieret in centro non poſſet illud generale alimentum, & ſemen æqualiter diſtribui omnibus terræ, & aquæ partibus vt in his partibus quæ ſunt nutrienda, & generanda, nutriat & producat, nutriat, vt alimentum, producat vt ſemen. Vt enim in homine, & in reliquis animantibus omnia alimenta conueniunt, & proijciuntur in vnum locum qui eſt quaſi centrum corporis in hepate puta, vbi digeruntur, & perçoquuntur in generale, & vniuerſale alimentum partium omnium; ſic in magno mundo oportet, vt omnia elementa, quæ ad generationem, & nutritionem rerum omnium neceſſaria ſunt, proijciantur in centrum mundi huius, & naturæ. Centrum autē mundi, & naturæ eſt centrum terræ vbi omnia elementa proijciuntur vt ibi miſceantur, & mixta digerantur, & percoquantur in alimentum generale, & ſemen vniuerſale, ex quo res omnes, & nutriri, & fieri habent: Sic nullo pacto dubitandum eſt; quin terra quam calcamus ſit vbicumque partium ſuarum permixta, ſemine illo generali, & ali-

Quare in centro terræ conueniunt omnia elementa vt fiāt generale alimentū.

mento , quod reliqua omnia continet elementa , terrram vero ſimplicem elementarem , quæ in omnibus corporum reſolutionibus reperitur , eſſe corpus ſimplex elementare , ſpongioſum rarum leue poroſum valde, frigidum , & ſiccum & potiſſimum friabile , quæ vltima qualitas eſt terræ propria , & innata , & illi ſoli, & ſemper conuenit.

De ſpiritu, tertio rerum omnium elemento, quid ſit, & qualis ſit.

Capvt VI.

Spiritus vt eſt elementum rerum omniũ quid ſit.

SPiritus eſt corpus ſimplex elementare , compoſitionem rerum omnium ingrediens calidum , & humidum, & acetoſum ſubtiliſſimæ ſubſtantiæ, & ponderoſæ, diſtinguitur ab aqua quod aqua ſit inſipida , & nullius ſaporis, ſpiritus autem eſt acetoſus, & ponderoſus, & aquæ fundum petit , nec illi permiſcetur niſi cum violentia , aqua etiam nullo pacto eſt penetrans ac diſoluens res omnes , ſpiritus autem omnia penetrat , & cuncta diſoluit in reliqua elementa cõuertit atq; reſoluit, permiſcetur autem ſali puro, & ſimplici deinde hæc duo perniſcentur aquæ, & hæc tria oleo , ſeu ſulphuri , &

Differentia aquæ, & ſpiritus.

hæc quatuor terræ permiſcentur, & cõpoſitum perenne, & immortale producũt cuius effectus virtutes, & energiæ ſunt fere infinitæ, & præpotentes. Quod ſic hoc compoſitum iterum ſpiritu ſuo addito diſſoluatur in ſua elementa, & hæc elementa diſtillatione rectificentur, & poſt rectificationem & purificationem eorũm iterum coniungantur modo prædicto igne leui & continuo, fit inde, & exurgit compoſitum ſpirituale perenne, & immortale quod ignis vulgaris corrumpere non poteſt, nec deſtruere infinitas habens energias, & virtutes prioribus longe maiores, & efficatiores. Sic excogitarũt antiqui chymici metalla reſoluere ſpiritu metallico, in ſua elementa, & hæc omnia elementa purificare ab excrementis ſuis, & pura deinde hæc elementa coniungere, & metallum producere nouum quod auro fermentatum reliqua metalla imperfecta, & impura purificat, & ad naturam et eſſentiam auri reducit. Sic etiam animalium corpora ſpiritu animali reſoluere, excogitarũt, & in animaliũ elemẽta reducere & reducta purificare, et purificata iterum coniungere in vnum corpus purum adeo, vt virtutem habeat, purificandi cætera corpora animalium, & morbos, omnes

Nouũ metallum qua via fiat, vt reliqua metalla perficiat.

curandi, & ſanitatem eorum prolongandi, & conſeruandi in multos, & longiſſimos annos, ſic ſpiritus iſte, in tria genera animantium puta, vegetantium, & mineralium habet potentiam miram et efficacem vt ipſa reducat in ſua elementa, quæ deinde arte purificata, et iterũ coniuncta faciunt mirum, et ſtupendum mixtum renouatum, et reſuſcitatum, perenne, & perpetuum infinitas habens virtutes. Sic dixerunt antiqui naturam natura lætari, naturam naturam continere, & naturam naturam reſoluere debere, & ſolutionẽ verã, & legitimã fieri debere à natura ſimili, & eadẽ quia debet fieri ſpiritu illo acetoſo, qui in rebus omnibus reperitur tanquã propriũ, & innatũ elemẽtũ. Hinc colligitur quã vere ſcripſerunt antiqui hymjci lapidẽ eorũ in omnib⁹ rebus, et vbique locorum reperiri quod ſpiritus iſte ſit lapis eorum, quia ipſum componit, et facit, et ſine illo fieri nullo modo poteſt quia quamuis reliqua elementa, ingrediantur compoſitionem lapidis, nihilhominus tamen ſine tali ſpiritu corpora metallica reſolui non poſſunt in ſua elementa, & ſi non reſoluantur purificari non poſſunt, et ſi non depurentur, coniungi iterum non poſſunt in nouũ, & reſucitatũ mettallum quoirca, ſpiritui huic qui hæc omnia ſolus facit

Philoſophorũ lapis qua ratione vbique reperiatur.

debetur hic honos, et laus; et nomen lapidis ipſi ſoli meretur cum ſolus lapidem conficiat, & peragat, hic ſpiritus in cœlis eſt in aere in aqua, & in terra, & eſt nodus, & vinculum ſuperiorum & inferiorum elementorum, eſtque ille ſolus de quo antiqui enarrant infinita ænygmata, & mercurium ipſum nuncuparunt, ab orco, & in orcum animas rerum omnium ducens vel reducens, hic reſolutionem, & compoſitionem rerum omnium ſolus faciat hic componit ſpiritus vitales animales, & naturales rerum omnium, hæ enim ſubſtantiæ quæ dicuntur ſpiritus in rebus omnibus, non ſunt hic ſpiritus elementaris, & ſimplex ſed ſunt quid compoſitum, ex reliquis elementis, & hic ſpiritus elementaris abundat, & præeminet cæteris elementis & ideo hæ ſubſtantiæ dicũtur ſpiritus nihilominus tamen non ſpiritum elementarem, & ſimplicem nominari merentur, vt tractatu de ſpiritu humano ſuperius allato ſatis clare, & dialucide demonſtratum eſt. His ita poſitis iam concludere poſſumus ſpiritum, quo corpora omnia componuntur tamquam elemento ſimplici, eſſe corpus ſimplex elementare ſubtiliſſimum, & tenuiſſimum, acetoſi ſaporis, quæ qualitas eſt illi propria, & innata illi ſoli, & ſemper conueniens,

Spiritus metallicus ſolus quare duratur lapis philoſophorum.

Qualitates propriæ, & innatæ, ſpiritus.

qua ſola differt ab alijs quatuor elementis. Eſt deinde ſecundario calidus, & humidus, ſed hæc humiditas, & caliditas non eſt primaria ſua qualitas ſed ſecundaria, & dependet ab acetoſitate ſua innata, quæ eſt illi prima, & innata ſua qualitas, & in phyſicis noſtris clariſſime demonſtrabitur.

De oleo ſeu ſulphure, quarto rerum omnium elemento quid ſit, & quale ſit.

Capvt VII.

Sulphur Philoſophorũ chymicorum non eſt ſulphur elementum.

De ſulphure multa dixerunt, & ſcripſerunt chymici Philoſophi, at illud ſulphur de quo locuti ſunt chymici non eſt rerum omnium elementum ſed eſt quid compoſitum, ex quatuor alijs elementis, vnde dixerunt ſulphur eorum, & Mercurium numquam ſeparari poſſe ſed ſimul eſſe, & ſimul præparari quia virtutem tingentem, & coagulantem ſulphur dixerunt quæ virtus ſemper coniuncta reperitur cum ſale chymico, et eius humiditate, humiditatem ſpiritum dixerunt, et Mercurium, et corpus ipſius humiditatis ſalem nuncuparunt. Sic in corpore ſa-

lis tria incluſa erunt ſulphur puta Mercurius, et ſal; quæ quidem ab inuicem ſeparari poſſunt et ad ſimplicem elementarem ſubſtantiam poſſunt arte reduci. nos autem hic, oleum ſeu ſulphur vt eſt rerum omnium ſimplex elementum, non dicimus eſſe quid coniunctum, et adunatum cum Mercutio, et ſale, ſed quid diſtinctum, et ſeparatum, et diuerſæ omnino ſubſtantiæ quod quidem ſulphur vt eſt ſimplex elementum rerum omnium ita definire poſſumus. Sulphur eſt corpus ſimplex elementare inflammabile, et ardens, corporum omnium compoſitionem ingrediens, et ſuo glutine reliqua elementa ligans, et conuigens in vnum compoſitum. Propria, et innata, qualitas huiuſce elementi, eſt inflammabilitas, et quamuis inflammetur et comburatur non perinde reſoluitur in aliam ſubſtantiam ſed rarefit tantum, dũ inflammatur, et comburitur, et tandem redit in ſuam ipſammet ſubſtantiã primam, et quamuis centies, et millies igniatur, et inflammetur ſemper redit in ſuam primam ſubſtantiam ſulphuream quod experientia comprobatur ſi eius flamma recipiatur intra recipiens vas aliquod, quæ flamma dum extinguitur redit in ſulphur, & oleum primæ ſubſtantiæ ſimile omnino, vt aqua ſimplex ele-

Sulphur vt eſt elemẽtũ rerum omniũ quid ſit.

Propria qualitas ſulphuris eſt inflammabilitas.

mentaris dum reſoluitur, & conuertitur in vaporem. Vapor hic frigefactum recipientue vitrea incluſius redit ſtatim in aquam eandem, & ſimilem, & ſpiritus itidē dū cōuertitur in vaporē vapor ſi retineatur ſtatim redit in eundem, & ſimilem ſpiritum, ſic etiam fit de ſulphure noſtro, & oleo ſimplici, & elementari: ita omnia elementa poſtquam ſimplicitatem ſuam adepta fuerint immutabilia ſunt, & incorruptibilia, quamuis rarefiant, & in vaporem conuertantur, nihilominus maneat eadem ratefactio illa non mutat ſubſtantiam eorum ſed tantum rariorem, & tenuiorem reddit, ſed etiam poſt quam calor ille extraneus euanuit qui talia elementa attenuat, & rarefacit redeunt ſtatim in eandem, primam ſubſtantiam: inflammabilitas ergo eſt propria, & innata huiuſce elementi qualitas quia ſemper illi, & ſoli conuenit, & competit at datur ſulphur incombuſtibile vt in metalis perfectis, auro & argento, & in lapidibus perfectis ſulphur iſtud quod reperitur in hiſce rebus eſt inconbuſtibile, & inflammabile, ratio in promptu eſt quia in hiſce perfectis metallis, & lapidibus pretioſis ita temperatur ſulphur, & permiſcetur alijs elementis, quæ ſunt inconbuſtibilia ſunt enim quatuor elementa inconbuſtibilia, quæ dum permiſ-

Elementa ſimplicia immutabilia ſunt rarefiunt quidem vt perinde non mutantur.

centur auro, & argento, & lapidibus pretioſis perfectis, conbuſtibilitatem ſulphuris impediunt, & ſuis alijs innatis qualitatibus inconbuſtibilibus, combuſtibilitatem ſulphuris impediunt nihilominus tamen in ſua ſeparata natura, ſemper ſulphur eſt inflammabile, & ardens. Vt apparet in ipſo auro, dum enim aurum manet in ſua cõpoſitione, auri elementa ſunt in ipſo auro conſtantia, & permanentia in igne, ſed ſi reſoluatur aurum in ſua elementa, tum aqua, ſpiritus, & ſulphur auri volatitia fiunt quæ tamen in ipſo auro erant conſtantia, & fixe permanentia in quocumque igne. Et ſulphur auri quod erat in ipſo auro inconbuſtibile poſtquam ſeparatum eſt, fit combuſtibile, & inflammabile: vt apparet in auro tonanti, & fulminanti, quod æque eſt inflammabile, & combuſtibile ac puluis tormentarius, vnde non immerito dicitur aurum flulminans, & tonans quod tonitrua, & fulmina ipſius naturæ, vere imitetur. Ab inflammabilitate ipſius ſulphuris, quæ eſt ſua propria, & innata qualitas, dependet, caliditas & humiditas, quæ ſulphuris ſecundæ qualitates habentur, & ab his ſecundis qualitatibus dependet maturitas in rebus omnibus, quæ perficitur à ſulphure eſſentiali rerum omnium ſimpli-

Sulphur ſemper eſt conbuſtibile, & inflãmabile.

Caliditas & humiditas ſunt ſecũdæ qualitates ſulphuris

plici elemento, & à maturitate vel cruditate dependent colores omnes, qui in corporibus omnibus reperiuntur id omne à ſulphure elemento originem habet, dum enim ſulphur ſua caliditate coquit & digerit mixta corpora, quæ componit, inter coquendum, & digerendum ſecundum gradus coctionis, & cruditatis apparent colores, varij, & diſtincti.

Colores vt fiant à ſulphure.

His ita declaratis iam concludere poſſumus ſulphur eſſe elementum ſimplex inflammabile calidum, & humidum maturitatem, & coctionem in rebus omnibus efficiens, & ſecundum coctionis gradus varios colores, & diſtinctos in mixtis corporibus quorum compoſitionem ingreditur, efficiens, & componens, & ſimiliter in corpore hæc omnia perficit & peragit dum corpus humanũ tanquam elementum componit.

De

De ſale rerum omnium quinto elemento, quid ſit, & quale ſit.

CAPVT VIII.

SAlem antiqui Philoſophi chymici fecerunt principium rerum omnium vna cum ſulphure, & mercurio, ſic tria conſtituerunt rerum principia quæ originem habuerunt, ex elementis. Fecerunt antiqui chymici, recentes aliqui vt Sendinogius diſtinctionem inter elementa, & principia, at pace eorum dixerim: principium eſt elementum, & elementum eſt principium, & nullo pacto differunt principium, & elementum. Perinde tamen non errarunt antiqui chymici nec recentes, ſed confuſum hoc, & obſcurum non explicarunt: quia principium immediatum ex quo res omnes componuntur quale eſt ſemen poteſt dici principium & elementum proximũ, & immediatum: quod quidem principium vt ſemen verum rerum omnium componitur ex quinque noſtris elementis: hoc enim ſemen quod componitur ex puris noſtris elementis in centro terræ, in naturam ſalis cuiuſdam, conuertitur, & apparet in corpore ſalis at in

Principium & elementũ non differũt

Sal terræ ex quo eructant vapores non eſt quid ſimplex ſed quid cõpoſitum.

ipſo ſale ſunt reliqua omnia elementa ex quo ſale mixto eructánt vapores, & exhalationes, ex quibus omnia fiunt cõ ſeruantur, & nutriuntur. Sed hi vapores & exhalationes continent in ſe quicqui habet, & ſal primum ex quo eructarunt non poteſt enim ſal ſua denſitate, & craſſitie poros omnes terræ penetrare altiuſ que ſublimari perinde reſoluitur in vapo res qui altius aſcẽdũt & exhalationes & ſi tandẽ ipſe ſal ab ipſamet ſua natura, & eſſẽ tia reſoluitur, & attenuatur in exhalatio nes, & ſic aſcendit, & penetrat to tum terræ corpus, & aquæ, immo & aeris vt ex eo ſemine res omnes fiant, & producantur. At iſtud ſemen eſt quid cõ poſitum ex quinque elementis, vt e eius anatomia, & diſectione patet, & ra tione etiam conuincitur manifeſta, nam cum componat immediate mixta corpo ra ſui generis, vt verbi gratia ſemen me tallicum quod habet ſpeciem ſalis vnctu ſi, & viſcoſi, producit, & generat metall & cũ mettalla remote componantur e quinque elementis neceſſe eſt vt ſemen metallicũ cõponatur, ex quinque elemẽ tis. Non enim metalla immediate compo nuntur ex elementis ſed ex ſemine ſuo quod eſt metallorum materia prima im mediata, & non remota, & vt iterum regenerentur metalla vt poſſint inter ſ

Semen metallicum componens metalla quid ſit, & quale ſit.

ranſmutari neceſſe eſt vt reducantur in ſemen ſuum immediatum, ex quo immedia tum ortum habuerunt, & non in elementa ſua ex quo remote originem duxerunt: hoc ſemen quidem poteſt dici impropriè principium, & elementum ſed non proprie & ſtricte loquendo, quia elementa non reducuntur in elementa, nec principia in principia, alioquin ſi reducantur non ſunt principia nec elementa. Sendirogius Coſmopolita doctiſſimus author chymicus hoc non ita ſtricte explicauit, ſed principia chymica ex elementis compoſuit, ita vt principia ſint mixta, corpora, cum ex elementis componantur. Nos illa principia, magis proprie loquendo dicimus ſemina rerum, & quia in his ſeminibus relucent potiſſimum ſulphur nostrum ſal, & Mercurius: quod quidem ſulphur cum non vltimam reſolutionē, & perfectā adeptū ſit pariter ſal, & Mercuri⁹ ideo dixerūt & imaginati sūt chymici nōnulli dari principia tria rerum ex quibus imdiate res omnes componuntur, & hæc principia fieri ex elementis, cum poſſent reſolui in elementa, ſed hæc tria principia ſunt vnum ſemen. Nam quamuis diſtinguantur aliqua ratione, quod natura ſulphuris in aliqua portione iſtius ſeminis prualeat, ideo dicitur ſulphur, &

Reductio metallorū in primā materiam qualis ſit.

Qua ratione ſemen metallicū habeat in ſe quinque alia elementa.

quod natura Mercurij præualeat in ali
portione, hæc portio dicitur Mercuriu
& quod natura ſalis præualeat in alter
portione ſeminis, dicitur hæc portio ſa
[*Qua ratione ſemen metallicum cũ nomine ſulphuris mercurij,& ſa is efferatur.*] ſed ſingulæ portiones ſunt compoſit
ex alijs, & adhuc ex terra, & aqua vnd
ſunt quinque elemẽta in ſingulis iſti
principiis,& ſunt vnum,& idem ſemen
quod ratione prædominãtis ſulphuris
dicitur ſulphur, & ratione prædominan
tis Mercurij dicitur Mercurius, & ratio
ne prædominantis ſalis; dicitur ſal, ſe
ſunt vnum, & idem numero ſemen ho
male explicatum, & ſic confuſe intrica
tum confundit, & intricat ſcientiam Al
chymiæ,at cum authores chymici nor
ſtudeant, & curam non habean tAlchy
miæ notificandæ, & clarificandæ ſed
[*Sal vt eſt elementum rerum omnium quid ſit.*] potius obſcurandæ,ideo non curãt res it
explicare. Redeamus iam ad ſalem no
ſtrum. Sal ergo eſt corpus ſimplex ele
mentare, compoſitionem rerum omniun
ingrediens in oculto ſui calidum, & hu
midum,& in manifeſto frigidum, & ſic
[*Qua via ſal ſeparetur ab excrementis ſuis vt ad ſimplicem puritatem elementarem, deueniat.*] cum in humido reſolubile, & in calido
coagulabile quodque in vltima rerum
omnium reſolutione reperitur coniun
tum cum terra elementorum omniun
radice, & fundamento: hocque ſepara
tur à terra per aquam mundam, & niti
dam ſtillatitiam, & poſtquam ſeparatum

ſt, & multis calcinationibus, & ſolutioibus ab omnibus ſuis excrementis terreis vindicatumeſt, tandem acquirit vltimam erfectionem per depurationem, & tunc emporis ſimplicitatem elementi ſalis acuirit, nec amplius mutari poteſt, & eſtrui in aliam ſubſtantiam: & ſic comletum eſt, & abſolutum quod dixi de atura, & eſſentia ſalis, vt eſt ſimplex lementum rerum omnium, & præciue corporis humani. Iam videndum eſt n quatuor humores vulgares qui per tot æcula corpus humanum conſtituerunt x galeno & hypocrate alijſque Medicis, um conſtituant: & qua via, & ratione ntiqui Medici, & Philoſophi deluſi fuerunt in compoſitione corporis humani.

An quatuor humores ſanguis pituita, & vtraque bilis conſtituant corpus humanum.

Capvt. IX.

Vidimus capitibus ſuperioribus ex reſolutione rerum omnium, & perinde etiam ex reſolutione corporis humani, corpus humanum nullo pacto

Corpus humanum nõ reſoluitur in quatuor humores ergo nec cõponitur.

conſtitui ex ſanguine, ex pituita et ex vtraque bile, flaua puta, et atra, quia non reſoluitur corpus humanum, nec arte, nec ad ipſa natura, in ſanguinem pituitam, & vtramque bilem; quæ ſunt enim prima, in compoſitione, ſunt vltima in reſolutione, & vice verſa, quæ ſunt vltima in reſolutione ſunt prima in cō-poſitione ex ipſomet Ariſtotelle, & ex omniũ peripatheticorum ſententia. Cum autem hi quatuor humores, non ſint vltimi in reſolutione corporis humani, non erunt etiam primi in compoſitione, nec dicendum eſt, et obiectandum corpus humanum immediate componi ex his quatuor humoribus & quæ immediate componunt non reperiuntur in reſolutione vltima rerum, ſed tantum ea quæ remote componunt ea ſola in reſolutione, vltima reperiuntur, nam corpus humanum non immediate, & proxime componitur ex his quatuor humoribus, ſed tantum ex ſemine, humano in quo etiam nullatenus, reperiuntur quatuor hi humores, ſed quinque noſtra elementa, ſuperius declarata, quia ſemen non nutritur immediate, & proxime ex quatuor his humoribus, ſed immediate, & proxime nutritur ex vnico alimento homogeneo, & ſimilari,

t ipſummet ſemen eſt quid homogeneũ, : ſimiliare, nutritur homogeneo, & milari alimento, nutrimur autem, ex ɔſomet galeno, & hypocrate, ex iiſ- em ex quibus componimur, imme- iate, mutrimur autem homogeneo & nico alimento, componimur etiam ergo x vnico, & ſimilari ſemine, quod nu- :itur ex vnico illo, & ſimilari alimento, am vnicum illud, & ſimilare alimentũ ı teſticulis, & vaſis ſpermaticis fit ſe- ıen humanum, ex quo immediate, & roxime fit corpus humanum. Semen utem humanum non fieri, ex quatuor lis vulgatis humoribus ac decantatis ı libris medicorum, patet euidentiſſi- ne., quod alimenta omnia quæ ſuminus d nutritionem conuertantur in ventri- ulo noſtro in chylum homogeneum, & imilare alimentum quod cum adhuc ſit mperfectum, & non abſolute coctum nittitur in hepar, vbi perfectiſſime, & bſolute coquitur, & vltimam veri ali- nenti perfectionem acquirit. Illud au- em alimentum in hepate abſolute elabo- atum eſt etiam vnicum homogeneum & ſimilare alimentum, & non quatri- oartitum in quatuor humores: ſi ergo n chylo, nec in ſanguine reperiantur quatuor illi humores, non reperientur :tiam in venis in arterijs, nec in ipſis

Cõponimur ex ſemine quia nutrimur illo alimento: ex quo fit ſemen.

Semen non componitur ex quatuor humoribus ergo neque ſemen fit ex humoribus.

partibus, in quas demandatur ſanguis, vt nutriat partes ipſas, & fiat tandem pars ſanguine mutato tamquam alimento in partem ipſam. Sic videmns euidentiſſime humores galenicorũ non reperiri in corpore humano, & perinde corpus humanũ nullo pacto componi ex quatuor hiſce humoribus, ſed tantum immediate, & proxime ex ſemine humano, remote vero, & mediate ex quinque noſtris elementis ſuperius declaratis.

Humores galenicorũ nõ reperiuntur in corpore humano.

Allucinatio galenicorũ circa humores vnde orta ſit.

Iam vero videndum eſt qua via, & ratione allucinati ſunt Medici antiqui circa iſtos quatuor humores qui pura excrementa ſunt humoris alimentij, qui dum totus non faceſſit in partes quas nutrit, quod remanet ex digeſtione partis, aliquando ſapit naturã aquæ compoſitæ, & vocant pituitam dulcem, ſi aquoſum iſtud excrementum inſipidum ſit, & non acre, ſi vero ſit acre, & mordax vocant pituitam ſalitam & ſalſuginoſam, dum vero excrementum ſapit naturam atri cuiuſdam liquoris, & acidi ſaporis, vocant melaucholicum humorem, dum vero eadem excrementa ſapiunt eſſentiam alicuius liquoris amari, & flaui ſunt coloris vel viridis vacant flauam bilem vel viridem & porraceam bilem ſed ſunt plura alia fere infinita excrementa, quibus

ſcatet alimentum, quibus nomina non dederunt, & ſunt nihilominus omnino ab his ſupra citatis excrementis quæ nullo pacto componunt corpus imo potius deſtruunt, & morbos pariunt omnes, quibus tandem corrumpitur corpus, & deſtruitur, & hac in parte valde allucinati ſunt antiqui omnes Medici, quod excrementis corporis humani dederunt facultatem, & energiam componendi corpus humanum: imo adhuc turpius errarunt quod paſſiones, & facultates animæ humanæ ab his excrementis dependere aſſeruerint, quod valde eſt abſurdum, dependent enim ab ipſo ſpiritu vitali, ſanitatis totius vero, & vnico œconomo, vt tractatu peculiari de ſpiritu ſuperiori probatum eſt, & clariſſime demonſtratum.

Cõcluditur] corpus humanum non componi ex quatuor humorib⁹, ſed ex ſemine, & ſemen ex quinque elementis.

His ergo ita poſitis concludere poſſumus, nulla labyrintea difficulate detenti, corpus humanum nullo pacto componi nec mediate nec immediate quatuor hnmoribus vulgatis, ſanguine puta, pituita & vtraquebile, ſed componi ex ſemine humano immediate quod componitur ex quinque noſtris elementis, vt ſuperius demonſtratum eſt, & rationibus multis comprobatum; vt medicinæ, & Philoſophiæ cãditati facilius nunc adhæreant noſtris opinionibus.

De ſanguine qua ratione fiat, & an iſtud nomen illi proprie couueniat.

Capvt X.

SAnguis fit in hepate, & iucipit elaborari in venis meſſeraicis nam in ipſis venis incipit rubeſcere chylus, & vltimam, & abſolutam perfectionem acquirit in ipſo hepate, & in tali perfectione conſeruatur in venis, & in arterijs & in his ſpiritu naturali impregnatur, ſola virtute, & energia hepatis dum coquitur, & digeritur chylus à ventriculo per venas meſſeraicas in ipſum hepar demãdatus, rubeſcit, & propter rubedinem dicitur ſanguis. Nihil enim aliud eſt ſanguis, quam chylus perfecte coctus, & rubificatus in ipſo hepate, qui chylus, & ſanguis meretur potius nomen alimenti quam chyli, & ſanguinis; nutrit enim, & fouet & conſeruat partes omnes corporis humani, & perinde ab officio ſuo, & fine propter quem elaboratnr ab ipſa natura meretur potius nomen alimenti, & nutrimenti. ſeu humoris alimentitij quam nomen ſanguinis, quod eſt nomẽ accidentis, & qualitatis, non eſſentiæ

Sãguis quid ſit & quo nom.ne inſignıri deberet.

& virtutis. At id parum intereſt, ſi ſanguis ſimplex, & homogeneus conſtitueretur in corpore, at quatriparitum faciunt Galenici, & aſſerunt in maſſa ſanguinis eſſe & latitare tres alios humores, pituitam puta, & vtramque bilem quæ ſimul permixta conſtituunt maſſam ſanguinis: nam dū ſanguis emittitur ex venis videtur in hos tres humores faceſſere in pituitoſum liquorem, & aqueum quem vocant pituitam, & in flauum liquorem quem vocant flauam bilem, & in atrum liquorem fundum vaſis petentem, quem atram bilem vacant. Etſi non habeat qualitates atræ bilis Galenicæ, quæ acidi ſaporis debet eſſe, vt & flaua bilis amari deficiunt hæ qualitates propriæ nam ambæ ſunt dulcis ſaporis, & perinde deficiet ſubſtantia ipſa, cum propriæ, & innatæ qualitates defficiant, quæ numquam relinquunt ſuam ſubſtantiam, ſi propriæ, & innatæ ſint qualitates quæ ſemper, & ſolis ſubſtantijs competnt quibus propriæ ſunt, ſic etiam pituita eorum, non ſemper dulcis eſt & acrimoniæ expers ſed acris eſt & mordax, & ſaiita imo & amara, & omnis fere qualitatis vnde pituitam Galenicorum eſſe diuerſi generis, & non eiuſdem ſpeciei euidentiſſime patet, cum modo ſit dulcis, modo acris, & pungentis qualitatis, modo

Flaua bilis & melāchol ia deficit in qualitate propria.

Pituita diuerſæ eſt qualitatis & perinde eſt excremētum.

acida, amara, cauſticantis qualitatis, quod quidem arguit verũ eſſe excrementum alimenti generalis corporis humani, quod ſecundum varias, & diſtinctas digeſtiones quas patitur in diuerſis partibus varias acquirit qualitates, & hoc etiam arguere poſſumus de bile vtraque, quæ vera ſunt excrementa alimenti corporis humani, vt inferius clariſſime demoſtrabitur ſuis ſingulis, & peculiaribus capitulis.

Humores ſunt excrementa alimenti noſtri.

Concludimus ergo ſanguinem ſimplicem eſſe, & homogeneum in corpore humano elaboratum ab hepate ut ſit alimentum vniuerſale corporis humani & ita deferatur per venas, & arterias, tanquam tubos, & canales ad vniuerſas & ſingulas corporis partes & mereri potius nomen alimenti generalis, quam ſanguinis titulum: nomen enim ſanguinis eſt nomen qualitatis nomen autem alimenti eſt nomen eſſentiæ officij, & finis, propter quem creatus, & factus eſt ſanguis.

Sanguis eſt verum alimentũ generale & homogeneũ.

De pituita qua ratione fiat, & quare non ingrediatur compoſitionem corporis humani quia eſt excrementum.

Capvt. XI.

DVm ſanguis tanquam verum, & vnicum alimentum partium omniũ mittitur in partes corporis humani in his coquitur, & digeritur vt tranſeat in ſubſtantiam partium. Quod relinquitur ex digeſtione, & coctione illa eſt excrementum, quod quid ẽſi ſapiat naturam aquoſi liquoris, & humoris, pituitam dicunt Galenici. Vt contigit in ventriculo in inteſtinis, in cerebro, ſanguis, & chylus qui ibi demandatur non omnis tranſit per venas meſaraicas in hepar vt fiat ſanguis perfectus, ſed multa remanens in ipſis inteſtinis, & in ipſo ventriculo aquoſa glutinoſa, & viſcoſa, quæ per anum, & per vomitum reijciuntur tanquam vera excrementa. In cerebro etiam ſanguis qui ad cerebrum mittitur ad ipſum nutriendũ, coquitur, & digeritur, & cum totus in verum alimentum, & ſubſtantiam ipſius cerebri tranſire nequeat, reliqua quæ ſuperſunt, Pituita vt fiat in corpore.

ſunt excrementa aquoſa glutinoſa, et viſcoſa, albi, flaui, & viridis aliquando coloris; quæ vera excrementa ſunt cerebri, & etiam tanquam excrementa foras mittuntur, per emunctoria naturalia, nares ſcilicet aures, & palatum, non tamen hæc excrementa formaliter, & eſſentialiter erant in ſanguine, ſed cum ſanguis alteratur, & corrumpitur per coctionem, & digeſtionem partis vt trãſeat in partem, & fiat pars ipſa, fiunt tunc temporis illa excrementa, & facta ſeparantur. Vt in ventriculo apparet; cibi omnes quæ mittuntur in ventriculum vt coquantur, & digenerantur, non habent ſtercora, & excrementa fœtida illa, quæ per anum foras mittuntur ab inteſtinis, & tamen reperiuntur in fine digeſtionis ipſius chyli. Sic & reliqua excrementa, quæ foras amandantur tum per poros corporis, tum per emunctoria ad hoc deſtinata, non ſunt in ſanguine realiter, ſed fiunt, & producuntur ex coctione, & digeſtione ſanguinis, & perinde ſanguis ſeu alimentum generale partium, non componitur, ex his excrementis nam ridiculum eſt hoc cogitare & anile commentum. Et perinde euidentiſſime patet pituitam galenicorum non ingredi vllo pacto compoſitionem corporis humani ſed purum

Excremẽta ſemper fiũt & facta foras amãdãtur.

Excrementa quæ ſeparãtur à ſanguine non ſunt actu in ſanguine.

eſſe excrementum ex digeſti one, & co-ctione ſanguinis ſeu alimenti generalis: nec objiciendum eſt pituitam alimentitiam quæ in ſanguine latet, ſapere & redolere naturam aquæ nam ſi ſit aqua vera, tunc concedimus pituitam ingredi compoſitionem ſanguinis, & corporis humani vt purum noſtrum elementum. Sed pituita non poteſt dici aqua elementaris, cum pituita ſit quid, compoſitũ & non quid ſimplex, & etiam ſi pituita iſta alimentitia eſſet aqua, cur nomen aliud illi imponitur, non ſunt enim multiplicanda entia ſine neceſſitate, vna & eadem res haberet duplex nomen, tanquam eſſet ens duplex, & varium & diſtinctum.

Pituita non poteſt dici aqua elemẽtaris.

Concludimus ergo pituitam eſſe purum corporis humani excrementum, quod producitur ex digeſtione, & coctione alimenti generalis partium omnium corporis humani, & perinde cum ſit verum excrementum nullo pacto ingredi compoſitionem corporis humani, nec partium eius.

Pituita eſt purum corporis excrementum.

De bile flaua: vnde fiat & quare non ingrediatur compoſitionem corporis humani

Capvt XII.

Bilis eſt purum excrementum nō elementum corporis.

Bilis hæc flaua eſt purum excrementum, & meretur eius nomen, & fit ex digeſtione alimenti generalis dum alimentum coquitur, & digeritur in partibus ſingulis corporis humani poſt coctionem, & digeſtionem remanet aliquid quod non faceſſit omnino, nec faceſſere poteſt in ſubſtantiam partis illud verum excrementū illius digeſtionis quod ſi ſit flaui aut viridis coloris, & amari guſtus dicitur flaua bilis, in ventriculo copioſe generatur tale excrementum nam vomitu ſæpe ſæpius reijcitur, & vomitus violētos operatur niſi eijciatur per inteſtina. Et fit inde ſtercus liquidum flaui coloris ex quo tinguntur vrinæ nam pars ſubtilior tranſit vna cum ſaguine in hepar; & ſi ſit copioſum inficit ſanguinem ſua tinctura, & icterum efficit, & producit & ſi non ſit valde copioſum, tandem ſeparatur vna cū ſero alimenti generalis, & fit vrina quæ tingitur flauo illo colore ab ſtercore

ſtercore illo liquido flaui coloris, nec perinde aſſerendum eſt flauam bilem reperiri in corpore, tanquam quid conſtituens, & componens corpus humanum, nam corpus humanum, iam factū eſt, & compoſitum, & tamen cotidie producitur, & generatur flaua bilis, illud excrementum generalis alimenti, nō vt maneat in corpore tanquam quid cōſtituens, & nutriens corpus, ſed tanquā quid heteroneum, & morbificum corpori, quod omnino ſeparari meretur, vt ſiuitas corporis conſeruetur, & perinde hinc arguitur flauam bilem puriſſimum eſſe excrementum, & quid morbificum corpori humano, & male, & perperam alimenta noſtra quibus nutrimur dici bilioſa pituitoſa melancholica, & ſanguinea, eoquod hi humores non ſint vllo pacto in alimentis noſtris, & cibis ſed fiāt & producantur ex cibis illis coctione, & digeſtio ne illorum ciborum hinc etiam patet quam perperam, & imprudenter torqueantur ægroti, & ſani, à medicis chymicis, dum defenduntur & prohibentur hæc alimenta, & cibi, nonnullis ægrotorum, & ſauorum quod hæc alimenta aſſerant eſſe magis pituitoſa, bilioſa, & melancholica, quam reliqua, & perinde plus pituitæ, bilis, melancholiæ producere, quam electa ſua alimenta, quæ

Flaua bilis quotidie generatur in corpore, & quotidie expellitur.

Male vocātur alimenta bilioſa potuitaſa, & melancholica.

mius pituitæ bilis, & melancholiæ producunt quam reliqua, cum hæc productio, pituitæ bilis, & malancholiæ non dependeat vllo pacto ex alimentis ſed ex pura digeſtione,& coctione horum alimentorum in nutriendo, & alendo, ita vt unum, & idem alimentum in vno producet plus pituitæ bilis, & melancholiæ, quam ipſum idem alimentum in alio, vnde etiam hæc proſunt vni, alteri hæc eadem nocent. & hoc omne dependet, & originem habet, non ex alimentis, ſed ex debili forti, & valida, digeſtione, & coctione, huius alimenti, & hæc digeſtio ex calore noſtro natiuo ortũ ducit itaq; õnibus,& ſingulis hominibus poſſunt omnia alimenta concedi, modo ea coquere, & digerere poſſint expectanda eſt, & conſiderandus ſolus natiuus calor, qui ſi fortis, & potens ac validus ſit, omnia perfecte coquit, & purum ab impuro recte ſeparat, & forti, robuſto ventriculo omnia alimenta concedi poſſunt quia eius calor natiuus fortis eſt, & potens omnia perfecte coquens, ac digerens, & in perfectiſſimum chylum conuertens.

Excreméta dependent ex digeſtione.

Forti ventriculo omnia concedi poſſunt.

bilis ergo non producitur in corpore

humano niſi tanquam excrementum quoddam, & reuectaneum quod foras amandari debet tanquam ſanitati cōtrarium. Nec objiciendum eſt in Chriſti fellis reſeruari bilem tamquam ſanitati neceſſariam, non enim feciſſet natura vaſculum proprium, & naturale, ad reſeruandam bilem, ni ſanitati prorſus eſſet neceſſaria bilis, & perinde compoſitioni partium humanarum, huic obiectioni reſpondemus liquorem illum in chyſti fellis reſeruatum non eſſe bilem, ſed balſamum naturale ſanguinis, quod per tranſudationem ab hepate in chyſtiū felleam tranſcolatur ibique reſeruatur vt tenui ſuo odore, & vapore inſenſibili balſamet ſanguinem in hepate contentū & feruentet, totam meſſam ſanguinis ſuo balſamico odore, ne in venis, & arterijs corrumpatur, & alteretur ſed perſiſtat in ſua integritate in ipſis donec partes ipſas nutriuerit, & in ipſas conuerſus fuerit: quo circa enim tam pretioſe conſeruaretur bilis hæc in corpore in vaſculo proprio, & naturali niſi eſſet quid pretioſum, & corpori neceſſarium non ſolet enim natura conſeruare excremēta tam pretioſe, ſed vt ſunt facta, illico reijcit, & foras amandat, vt patet ipſamet excrementis, vt nec vnum, & idem,

Bilis in chyſti fellis reſeruata non eſt bilis ſed balſamum.

eidem ſubiecto, & corpori, poteſt eſſe excrementum & alimentum: quod tamen contingeret in bile hac flaua, eſſet excrementum, & alimentum tanquam reiiceretur, & alimentum tanquam nutriret fel ipſum & partes alias corporis humani, quas componit quod ridiculum eſt cogitare. His ita declaratis cōcludimus bilem flauam eſſe merum excrementum corporis humani, nec vllo pacto ingredi compoſitionem corporis humani, ſed reijci omino ab ipſa natura tanquam quid inutile & prorſus naturæ humanæ inimicum & hoſtile.

Cōcluditur flauambilē eſſe purum excrementū

De atra bile, vnde fiat, & quare non ingrediatur compoſitionem corporis humani.

CAPVT XIII.

Atra bilis ſeu melancholicus humor eſt purum excrementum.

Atra bilis, quam, & melancolicum humorem dicunt galenici, Medici vulgares, eſt merum corporis humani excrementum ex digeſtione, & coctione alimenti generalis ortum, & productionem habens, quod enim ex alimento generali relinquitur in partibus terreū & fœculentum, ſordidum, & fœtidum

nigri coloris & ponderoſum dicitur atra bilis, & melan cholicus humor, eis enim eſt humor, ſeu excrementum ex quo- ſiunt morbi curatu omnino difficiles, vt cancer lepra, febris quartana, ſcyrchi, & alij ſimiles morbi, qui ab hoc excremēto fœculento & ponderoſo, & acri ortū du- cunt matarialiter, & occaſionaliter: quod autem iſtud excrementum non poſſit cō- poſitionem corporis humani ingredi, probatu facillimum eſt: non enim tale excrementum eſt quid ſpermaticum, & ſeminale, nec vllo pacto ſapit ac redolet naturam & eſſentiam ſeminis, & ſperma- tis humani, ex quo immediate fit cor- pus, ergo nullo pacto corpus humanū ex illo excremento fieri, & componi poteſt, nec etiam iſtud excrementum ſa- pit naturam & indolem alicuius elemen- ti ſimplicis, perinde etiam neque poteſt componere corpus humanum, non enim ſapit naturam terræ vt aiunt Galenici quia iſtud excrementum eſt cauſti caue, & adurens parit enim carbunculos gan- grenas, & vlcera quæcumque vnde ex effectibus colligimus naturam cauſæ, perinde non poteſt eſſe vllo pacto ele- mentum, & principiū corporis humani, neque etiam nutrit, & alit, cum merum ſit excrementum: excrementum ſiquidē non alit, ſed reijcitur tanquam quid in-

Melancholicus humor non componit corpus humanum.

utile corpori.

Nec eſt obijciendum vt capite ſuperiori de bile flaua, feciſſe naturam in corpore humano melancholici humoris proprium, & naturale receptaculum nempe plenum in quo reſidet, & elaboratur melancholicus humor huic obiectioni ſimiliter reſpondemus, ſplenem non eſſe receptaculum & ſedem humoris melancholici, ſed meri ſanguinis imperfecti, & adhuc non perfecte cocti, elaborati. Vnde dicimus, & afferimus cum ipſa veritate ſplenem eſſe vicarium, & vas ſubſidiarium hepati, vt ſi hepar non perficiat, & abſoluat ſanguinem ſplen perficiat, & abſoluat copioſis ſuis arterijs quibus donatur, & ornatur, nam copioſo ſuo ſpiritu vitali, & innato, coquit, & perficit & corrigit vitia ſanguinis, & abſoluit perfectiſſime ſanguinem, & ſic non eſt teceptaculum humoris melancholici, cum uere non detur in corpore talis humor, & ſi detur meretur potius nomen excrementi, quam humoris alimentitij, & ſic allucinantur medici uulgares, medicando humorem melancholicum, cum non detur, in corpore humano niſi tanquam aliquid excrementitij humoris, qui quotidie generatur ex deprauata digeſtione generalis alimenti in partibus, & quotidie ex pel-

Splen non eſt receptaculũ melaucholici humoris

liturab ſpiritu viuiſico corporis noſtri qui hæc excrementa, & alia omnia quæ præter naturam in corpore producuntur cnratexpellere, & foras protrudere ne noceant ſanitati, vnde ſpiritus eſt totius ſanitatis noſtræ œconomus vnde illi ſoli demandatur hæc cura expellendi hæc excrementa quæ ex deprauatis digeſtionibus ſolent produci, & perinde non cenſentur partes corporis conſtitutiuæ, & componentes ſed excrementitiæ & reiectaneæ quæ ſi remaneant in partibus ſolent efficere morbos vanos ex varietate ſuæ ſubſtantiæ excrementoſæ, quæ ſuis ſpiritibus innatis & proprijs habent enim vnaquæque excrementa ſuos peculiares ſpiritus quibus agunt in ipſum ſpiritum innatum noſtrum, & ipſum lancinant, & varie diſtorquent, & ſic varios producunt morbos.

De vita humana tractatus nouus & inauditus quid ſit vita, & quibus fulciatur.

CAPVT. I.

Vita quid eſſet neſcierunt antiqui philoſophi nec Medici.

VIxerunt quatenus hippocrates, & Ariſtoteles, & Medici omnes tam antiqui quam recentes, ſed quid eorummet vita fuerit penitus ignorarunt dixit enim Galenus vitam eſſe actionem animæ, Ariſtoteles aſeruit vitam eſſe radicationem humidi radicalis, & primigenij in calido innato, ſed hæ non ſunt definitiones vitæ, neſcimus, perinde quid ſit vita, in omnibus rebus quæ vita fouentur arduum enim eſt, & certe herculeum opus definire vitam cum id quod uitam efficit ſit valde occultum, & inuiſibile prorſus, non enim eſt anima rerum & forma, ſed quid aliud ab anima & forma diſtinctum, vnde non recte definita eſt a galeno vita, actio animæ, nec ab Ariſtotele redicatio calidi innati cum humido primigenij, redicatio enim illa conſtituit quidem ſpiritum vitalem à quo ſolo eſt vita, non vitam ipſam ſed cauſam ipſius vitæ aliud enim eſt ſpiritus, & aliud

Vita non eſt anima nec forma.

Vita quid proprie.

eſt actio prima illius quæ eſt vita, vnde recte definiri poteſt vita in rebus omnib⁹ actus primus ſeu actio prima ſpiritus: ſpitus ſiquidem in omnibus rebus vbi reperitur vitam agit primo, deinde quicquid ad vitam pertinet operatur, ſed prima ſpiritus actio, eſt vita, eſt enim ſpiritus lucis cœleſtis plenus, & perinde ſua prima actio eſt vita, cum lux cœleſtis vitam præſtet ex natura ſua: elementa enim inferiora nihil habent vitæ, niſi in quantum ſpiritu cœleſti, & luce impregnantur, vita ergo eſt à luce, & perinde, eſt actio prima ſpiritus cũ ſpiritus componatur, ex portione lucis cœleſtis, & portione tenuiſſima elementorum inferiorum, & portio illa lucis ſuperiorum elementorũ quæ in ſpiritu reperitur, eſt pura vita, hoc eſt actio prima quæ dependet à portione illa lucis ſuperiorum elementorum facit vitam & eſt vita, vnde vbicumque reperitur ſpiritus, vbicumque etiam reperitur vita, vnde mundus viuit, & tota natura viuit, quia mundus, & tota natura creata, eſt plena ſpiritu illo cœleſti nec eſſe poteſt ſine tali ſpiritu, vnde genera cuncta tum animantium tum vegetantium tum mineralium lapidum & mettallorum viuunt, quia habent ſpiritum illum vitæ omnis cauſam, vnde antiqui philoſophi

Spiritus vitam agit ratione lucis cœleſtis ex qua componitur.

Vnde viuat mundus & tota natura.

Philoſophi anciqui cur non nouerunt vitam & eius cauſam.

non cognouerunt vitam omnino, niſi illam quæ manifeſte apparet in animantibus & vegetantibus at illam quæ occulte relucet in lapidibus metallis & reliquis mineralibus, prorſus ignorarunt & ſunt adhuc Philoſophi, qui vitam in lapidibus & metallis reliquiſque mineralibus non cognoſcunt & tales Philoſophi non ſunt digni nominis philoſophi, nec merentur naturam ſcrutari, cum tota natura ſit vitæ plena & viuat, & ea natura eque eſt in metallis, & lapidibus ac mineralibus, ac in animalibus & vegetantibus, fouetur autem vita hæc in omnibus, ſimili ſpiritu à quo dependet. in animantibus fouetur & reparatur ſpiritu vegetanti, & in mineralibus refocillatur ſpiritu minerali, & hi omnes ſpiritus nō ſunt perinde ſuſtantia, & eſſentia diuerſi, ſed ſunt omnino ſimiles & idem ſpiritus ſed magis attennuantur in animantibus quam in vegetantibus, & in vegetantibus quam in mineralibus. & eorum attenuatio & ſubtilitas, eſt tota ſpirituum naturalium differentia ſeu diſtinctio: fouetur ergo, ſpiritus, ſpiritu & perinde reſtaurato ſpiritu reſtauratur & vita ſolius ſpiritus actio; fontes autem perennes reſtaurandi ſpiritus, latitant in alimentis quæ omnia ſcatent

Vita fouetur & reſtauratur ſpiritu peculiari quo producitur.

ſpiritibus, & reſtaurantur alimentorum ſpiritus ex fonte generali, ſpiritum qui in centro terræ ſedem habet, vbi confluunt elementa ſuperiora & inferiora omnia, vbi permiſcentur digeruntur, & percoquuntur in ſpiritum generalem, mundi & naturæ qui perinde eſt animalis vegetabilis & mineralis quatenus his omnibus inſeruit vt eorum omniũ vitã foueat & reſtauret ſuo generali alimento, vt tractatu de ſpiritu ad ſatietatem enarratum & probatum eſt.

Quotuplex ſit vita in rerum natura.

Capvt II.

Vita tr vt & tus.

VT ſpiritus in rerum natura eſt triplex animalis vegetabilis, & mineralis, ſic & mineralis, ſic & vita triplex erit ſumit enim differentiam, & diſtinctionem ab ſpiritu, ſic & erit vita animalis, vegetabilis, & minralis, in animalibus, ſpiritus ita alternantur, & ſubtiliantur vt lucis naturam & eſſentiam acquirant ſic vita animantium quorumdam eſt admirabilis & miratu digniſſima quod actiones & facultates vitæ iſtius ſunt admirabiles & ſtupendæ, non ſolum in homine, ſed & in brutis ip-

ſis in vegetantibus autem vita non adeo miranda, ac in animalibus, eo quod ſpiritus in vegetantibus non ſit adeo ſubtilis, & tenuis, ac in animalibus ideo vegetantum vita non habet facultates, & actiones adeo mirandas ſubtiles, & acutas ac habet animantium vita, quod in vegatantibus ſpiritus cracefcat paulo magis quam in animalidus, ideo plus eſt terræ & aquæ in ſpiritns vegetantium quam in ſpiritu animantium, cui ineſt plus Mercurij ſalis, & ſulphuris vnde eſt tenuior & ſubtilior, ſubtilitas enim, & tenuitas dependet ab his tribus elementis & craſſities ab aqua, & terra: ſic mineralium vita, non ſe manifeſtat nec in ipſius oculis apparet, ſed occulta iacet: in centro eorum & eſt actio ſpiritus ventralis, qui cum ſit craſſus, & obtuſus, & plus aquæ & terræ, & ſalis poſſideat adhuc quam vegetantium ſpiritus, ideo eorum mineralium vita non apparens eſt, perinde a Philoſophis triuialibus mineralia non viuere aſſeritur qnia eorum ſcientia eſt oculata, credit quod videt, nihilominus tamen æque viunt mineralia ac vegetantia, & æque ſugunt alimẽtum ex terræ viſceribus, ac conuertunt in ſui ſubſtantiam coctione & digeſtione vera ac vegetantia faciunt: eorumque mineralium accreſcio eſt per intus ſuſ-

Spiritus animantium quare ſubtiliſſimus omnium eſt

ceptionem non per appoſitionem vt ſominant nonnulli quia ſi eſſet per appoſitionem eſſent entia per aggregationem, & non eſſent homogenea mixta, ſed eterogenea, quia ex diuerſis omnino partibus componerentur, quia quod apponeretur non eſſet ſimile appoſito, niſi conuerteretur, & non poteſt conuerti niſi coctione, & digeſtione vera, quæ calore naturali mineralium fit, & altuactione alimenti, aurum ergo, & argentum, & lapides omnes in fœdiris ſuis, & vteris vere viunt, & creſcunt ſpiritibus mineralibus quos attrahunt, & quos coctione & digeſtione in ſui ſubſtantiam conuertunt.

Minneralia viuunt per verã accreſcionim & non appoſitionem.

Notandum tamen eſt ſpiritus animales vegetabiles, & minerales ex quibus vita animalis vegetabilis, & mineralis dependet, non eſſe ſubſtantia, et eſſentia triplices differentes ſpiritus, ſed vnũ eſſe, et eundẽ ſpiritũ ſubtilitate ſola&tenuitate differentem, et diſtinctum. Vt in ipſis animãtibus apparet ipſamet experientia nã in ipſis animantibus partes ſubtiles, et tenuiſſima ſpiritu tenui et ſubtili, qui animalis dicitur impregnantur, partes vero craſſæ vt oſſa, viuunt quidem eodem ſpiritu nihilominus ille ſpiritus quo oſſa viuunt, imitatur naturam et eſſentiã ſpiritus mineralis aut vegetabilis, ita vt

Spiritus animalis vegetabilis & mineralis accidentaliter differũt inter ſe.

in vno & eodem obiecto videmus natu-
ram, et eſſentiam ſpiritus animalis vegetabilis, et minerabilis, cum et lapides promeantur in ipſis animantibus itaque diſtinctionem horum ſpirituum manifeſte videmus in vno et eodem ſubiecto dependere ex tenuitate, et ſubtilitate atque ex craſſie partium: tenuitatemque craſſitionem ſpiritum coſtituere differentiam et diſtinctionem triplicis vitæ, quæ in rerum ſerie reperitur.

Craſſities & tenuitas ſpirituum conſtiuunt triplicem vitæ differentiã.

Vnde vita inquibuſdam animantibus, & vegetantibus breuis, ſit im alijs vero longisſima.

Capvt III.

Vudenam vita breuis & longa ſit.

ADmiratu eſt diguiſſimum quod vitam breuiſſimam in quibuſdam animantibus videamus longiſſimam vero in alijs vt vermibus papilionibus, in rauis et ſimilibus, in ceruis vero elephantibus et coruis longiſſimam videamus, in homine vero mediocrem qui caput eſt omninm animantium vndenam hæc tam varia, et diſtincta vitæ duratio, et diſſimile temporis æuum: pauci ſunt qui hæc ſciunt, et adhuc pauciores qui hæc in-

quirere tētent in vegetantibus pariter diſſimile admodum eſt temporis æuum videmus ſiquidem flores pulchriores parū durare, arbores autem inter ſe vitæ duratione et temporis Æuo multum differre, quercus enim, et primus ac laurus lōgiſſimæ ſunt vitæ, ſalices yero populus, pomus, et prunus et ſimiles frugi feræ arbores breuiſſimæ ſunt vitæ, inter homines autem alij diutius viuunt, et inter vitæ incommoda longius durant. Vt hæc omnia perfectiſſime comprehendantur vndenam hæc varia vitæ duratio prouenire poſſit conſideranda eſt compoſitio rerum ex elementis noſtris ſuperius enerratis, quæ enim elementa fortiorem, et compactionem rerum compoſitionem peragunt, ea inquam elementa ſunt illa ſola longiorem, et durabiliorem vitam peragunt, quam ea quæ minus fortiorē et compactiorem compoſitionem conſtituunt, vt ſunt aqua et terra, quæ quidē dum præualent cæteris tribus elementis flaccidam omnino, et labentem conſtituunt compoſitionem: dum vero tria hæc alia elementa nempe ſal ſulphur, et Mercurius præualent aquæ, et terræ, fortiſſimā conſtituunt compoſitione, et difficillime labent ēvt patet in metalis & lapidibus in quibus omnibus præualent hæc tria

Vitæ diuerſitas vnde.

Sal ſulphur & Mercuri⁹ dum præualent longiorem vitam faciunt.

elementa : ſal ſulphur , et Mercurius, vnde etiam eorum duratio longiſſima eſt, in arboribus etiam quæ ſunt longiſſimæ vitæ et durationis , quales ſunt quercus pinus laurus cupreſſus , et ſimiles aliæ arbores, plus eſt ſalis Mercurij et ſulphuris quam aquæ , et terræ , vt ipſamet experientia compertum eſt ex eorum reſolutione , in alijs vero arboribus breuiſſimæ vitæ & durationis qualeis habentur ſalices populi pomi priuni, et aliæ ſimiles , plus in his eſt aquæ et terræ quam reliquorum elementorum ,et perinde , minus durant et breuiſſimum eſt in his arboribus temporis Æuum : ſic eſt in animantibus, corui enim aquilæ , cerui , elephantes , maximam habent copiam ſalis Mercurij , et ſulphurijs , et perinde diutius durant quam alia animantia.

Salices pruni & ſimiles arbores quare ſunt breuiſſimæ durationis & vitæ.

His ita poſitis concludendum eſt longiſſimam vitã dependere ex ſale ſulphure , et Mercurio breuiſſimam autem vitã, ex aqua , et terra ſic animantia quæ plus habent ſalis Mercurij , et ſulphuris diutius viuere qua quæ plus habent aquæ, et terræ , ab his enim ſalis cauſis dependet longiſſima et breuiſſima vita,

Corui cerui aqualæ cur diutiſſime viuant.

Vita longa vnde depẽdeat.

Vita

Vita mundi Vnica. Cur triplici genere diuidatur in animantibus, vegetantibus, & mineralibus.

CAPVT IV.

MVndus hic vniuerſus etſi ſit vnus, nihilominus tamen triplici rerum genere conſtituitur; ſunt enim animalia, vegetantia, & mineralia, & nihil vltra eſt in tota rerum Serie: quicquid eſt, aut animal eſt, aut vegetabile, aut minerale, neceſſe enim eſt in tota rerum ſerie virtutem eſſentiæ ſemper reperiri & trinitatem differentiæ ſeu diſtinctionis. Vt enim, in Archetypo vnitas eſſentiæ reperitur & trinitas in diſtinctione trium perſonarũ diuinarum: ſic voluit, Archetypus in rebus omnibus creatis reperiri & trinitatem, & vnitatem: vt imago, & exemplar Archetypi, in omnibus creatis, & ab ipſo Archetypo factis reperiretur: fecit enim omnia ad imaginem ſui, & præcipuè hunc vniuerſum mundum, qui filius verus externus eſt Dei ipſius, cui potiſſimum notari poteſt & vnitas eſſentiæ, & trinitas diſtinctionis rerum omnium: omnia enim ſunt vnum

Cur mundus vnus triplici genere conſtituatur.

Mundus eſt filius Dei externus.

In omnibus vnitas & Trinitas.

in eſſentia vniuerſali, cum viuant & ſubſiſtant ab vno, & eodem vniuerſali alimento, & illa etiam omnia tria ſunt, cum diſtinguantur in animalia, in vegetantia, & mineralia: horumque omnium vita vna. Cum tamen a triplici ſpiritu animali, vegetabili, & minerali, à quo dependet differentiam ſuſcipiat, nihilominus hi tres ſpiritus, animalis vegetabilis & mineralis, ab vno & eodem ſpiritu generali dependent qui fieri poteſt ex ſuamet ſua ſubſtantia, ſola ſui ſublimatione, & attenuatione, animalis, vegetabilis, & mineralis, & qui verè ſua potentia eſt animalis, vegetabilis, & mineralis. Vnde ab uno ipſo ſpiritu generali vnitas, & trinitas in rebus omnibus obſeruari poteſt, cum ipſemet ſpiritus ſit vnus, trinus, & veri Dei creatoris rerum omnium imaginem præſeferat magis quàm cæteræ res creatæ: ſic vita mundi huius, quæ ab hoc ſpiritu trino, & vno dependet trina etiam, & vna erit, & imaginem veram præſeferet, veræ vitæ. Dei puta qui vera vita eſt, in rebus omnibus. His ita poſitis facile concludemus vitam mundi vnicam triplici diſtinctione eſſe diuiſam, vt vnitas, & trinitas Creatoris in mundo reperiatur, & ſic mundus creatus erit ad exemplar, & imaginem ſui Creatoris.

Generalis ſpiritus eſt vnus & trinus.

Spiritus mũdi & naturæ Dei imaginem vere repræſentat.

Mundus ad imaginem Dei creatus

An vita in omnibus prorogari poſſit.

Capvt V.

Vitam prolongari, & longius produci in multos annos in mineralibus, et metallis,ac vegetãtibus parũ curamus, cum per ſe ab ipſa natura in hiſce rebus nimis quam par ſit longiſſima ſit. At in homine vt totius naturæ Coryphæo in longos extendi annos id vtile eſſet, et multis conſonum,cum breuiſſima hominis ſit vita, et artes, et ſcientiæ, quæ omini ſunt ornamento ſint ſcitu, & cognitu longiſſimæ, ita vt homo non ſit dhuc homo, & mori illi oporteat, & itam finire conueniat, vitam autem in omine in multos & longiſſimos poſſe xtendi annos, non ſolum poſſibile eſt, mo & facillimum ex virtute, & efficacia pſius naturæ: ſi enim quod ſuperius in Capitulis præcedentibus notauimus veſſimum ſit, vitam longiſſimam eſſe in etallis, & lapidibus ac vegetantibus ac brutis nonnullis, quidni idem ipſum homine fieri poterit, cum vita homis ab hiſdem,quibus metalla lapides, & bores longiſſimæ vitæ fouentur, & reaurantur,foueri, & reſtaurari queat: ſi

Vita in homine prorogari poteſt.

Vita longa in homine qua ratione foueri poteſt.

enim alimentum quo fouentur meta
& ſubſiſtunt homini præparentur deo v
illud ipſum metallorum & lapidum a
mentum in ſubſtantiam hominis co
uerti poſſit, non eſt creditu difficile h
nem hominem durare poſſe & ſubſiſ
re in mille annos, & vltra, cum v
hominis tali fotu reſtaurata, & alimen
ſit fere incoruptibilis aut ſaltem in lo
giſſimum æuum durabilis.

Artephius mille annos vixit arte chymica & Hermes lógiſſimè vixit fuit & ruſticus quidam qui inuento vaſe aureo liquore nobili pleno lauit faciem & bibit & renouatus eſt & quingentis vixit annis fuit & Ioannes de Leui armigerCaroli magni, qui tercentis vixit annis, vnde Ioánes de téporib⁹ dictus eſt.

At obijciet chymiæ ignarus & inuidu
ſi hoc fieri poſſet cur patres alchym
& inuentores ipſius artis non fuerint l
giſſimæ vitæ, cum tamen ex ipſamet h
ſtoria breuiſſimæ fuerint: reſponderr
authores ipſius alchymiæ quibus gr
fuit hæc vita diutiſſime vixiſſe, in
quos fuit Hermes, & cuſtos nemoris B
tanni qui vnguento perunctus tercer
vixit, & Artephius qui mille annis
xit & vltra. Fuit & Almanus qui quingẽ
vixit annis ſolo liquore poto: quil
vero ingrata fuit vita hæc, & tœdio
curarunt hanc ſibi vitam longam e
ſed breuem vt citius vita æterna, &
tura fruerentur, diſſolui deſiderarunt
eſſe cum ipſo Deo, quã diutiſſime ſ
ſiſtere, & eſſe cum ſerpentibus, & c
uerſari cum brutis hominibus vere b
tis. At quicquid ſit longiſſime vixer

onnulli chymicorum. Et primi patres
oſtri arte chymica ſuam vitam longiſſi-
mam fecerunt: & in rei veritate in lon-
gos & multos annos prolongari poteſt
ita hominis, etſi natura ſua propter pec-
catum ſit breuis. Hoc ſecretum prolon-
gandæ vitæ naturale eſt, & in intimis
naturæ thalamis eſt occultatum, & in-
mè ſepultum, nec propter peccatum ho-
minis eſt ab ipſa natura deletum ſed
tantum occultatum, & ſepultum, ne om-
nibus improbis fiat manifeſtum, ne im-
probiores, & maligniores fiant, & iudi-
cium Dei in ſeipſis aggrauent. Vita ſi-
quidem malignantium, etſi breuis ſit,
nimis tamen longa eſt, & propter ſe-
ipſos, & propter alios, quòd aliis ſunt
labori, & vexationi.

Vita malignantiũ nimis longa eſt.

Quibus vita hominis prorogari poſſit in longos annos.

Capvt VI.

MVlta ſunt quæ conferunt ad pro-
rogandam hominis vitam: impri-
mis eſt aër purus, & clarus, vaporibus
& exhalationibus terreis, & aqueis mi-
nus quam fieri poſſit contaminatus, &

Quibus vita prorogari poſſit.

infectis : ſecundò eſt regimen vitæ paucum & non multis, & cibis, ac potibus infertum, & infamatum : tertiò regionis & climatis in quo viuimus temperamentum æquale quod non eſt modo calidum, modo frigidum, multiſque pluuijs & ſiccitatibus diſtemperatum : quartò conſtitutio corporis ſana, & fortis, non debilis & morbida, quæ reſiſtere poſſit varijs vitæ noſtræ incommodis & aëris varijs ac diuerſis intemperiebus. Quinto eſt ſecretum & arcanum vitæ in natura occultum, quo habito reliqua ſuperius relata negligi poſſunt : nam hoc arcanum omnia vitæ incommoda corrigit, & humidum radicale noſtrum cum calido innato ſuo ita roborat, & reſtaurat, vt hinc vitam noſtram prorogari neceſſe ſit, reſiſtentibus alijs quatuor ſupracitatis vitæ longæ conditionibus : de quo ſolo arcano, tanquam vitæ prorogandæ ſoli homini neceſſario nobis eſt dicendũ, cæteris neglectis, obſeruato ſolo vitæ optimo regimine, gula ſiquidem plus occidit quam gladius : edendum ergo eſt & potandum vt viuamus, & non viuendum eſt, vt edamus & potemus hoc vitæ regimine parcè obſeruato, & vſu huiuſce arcani in longiſſimos annos prorogabimus vitam noſtram : hoc autem arcanum vitæ prorogandæ conſiſtit in

Arcanum vitæ prorogandæ in natura occultum.

Vitæ regimen ad vitã longam

Arcanum vitæ prorogandæ in quo cõſiſtat.

ſpiritumũdi fixo & perfectè coagulato, & ab omnibus ſpurcitijs quibus ſcatet vindicato: ſpiritus autem hic mundi in omnibus rebus reperitur, quia ſubſiſtere nequeunt ſine tali ſpiritu, at ex omnibus rebus arcanum vitæ prorogandæ extrahi nequit, quia in omnibus rebus naturalibus, hic ſpiritus, non eſt adeo copioſus, & turgens, vt præparationem legitimam ad hoc arcanum parandum ſubire queat, quod in quibuſdam rebus inter ignes, & præparationes euaneſcat, & petat regionē ſuam idcirco quærendum eſt ſubiectum in quo turgeat hic ſpiritus, & non facile inter ignes euaneſcat & in quo partim ſit fixus, & partim volatilis, & perinde dicũt Philoſophi, & aſſerũt eorum ſubiectum cui inſiſtunt, & operantur, habere corpus, animam & ſpiritum, ratione corporis fixum eſt illud ſubiectum, & ratione ſpiritus, eſt volatile, & ratione animæ eſt fixum, & volatile, quia anima illius nunquam deſerit ſpiritum, neque corpus: vnde pars illa animę quæ reſidet cum corpore fixa eſt, & permanens; pars autem quæ reſidet cum ſpiritu eſt volatilis: hoc autem ſic eſſe veriſſimum eſt, cum ſubiectum hoc diuidatur in partem ſuperiorem quæ ſursũ aſcendit, & in partem inferiorem quæ deorſum fixi permanet in fundo à tembici

Subiectum quod eſt prorogandæ vitæ idoneũ conſtat anima, ſpiritu, & corpore.

hæ autem partes ſunt eiuſdem eſſentiæ & naturæ ex doctrina omnium chymicorum: vnde patet corpus poſſidere aliquid ſpiritus, & animæ; & ſpiritum poſſidere aliquid corporis & animę, & ſic ſunt hæ partes eiuſdem eſſentiæ, alioquin vnum, & idem ſubiectum fixum, & permanens fieri non poſſent, vt fiunt.

Subiectum arcani vitæ prorogandæ qua via pręparetur.

Vt autem hoc ſubiectum ex terra deſumptum fiat arcanum vitæ, ſummopere depurandum eſt cum ſpiritu roris ter aut quater diſtillato, deinde ex hac materia ſic pura, & ab excrementis vindicata, extrahendus eſt eius ſpiritus, & anima, cum ſale plumbi aut ſtanni aut ferri, aut alicuius alterius metalli perfecti, ſale addito æquali quantitate, & fortiſſimo cũ igne hoc peragendum eſt; ſpiritus ſiquidem, & anima non ſeparantur ab hoc corpore niſi fortiſſimo cum igne: ſeparatus ſpiritus, & anima purificanda ſunt ſeptemplici diſtillatione, & corpus item purificandum eſt, cum ſpiritu ſuperius allato in quodiſſoluendum eſt multoties corpus, & deſiccandum. & coagulandũ, & filtrandum, vt deponat feces ſuas, & vnà cum ſale addito metalli purificetur ſummopere: hoc corpus deinde clarum, & candidum factum coniungendum eſt cum ſpiritu ſuo, & anima, & coquendum eſt donec omnia figantur, quod vt citius

Caue hinc nam ſpiritus ſolus eſt neceſſarius cũ corpore metallico aliquo.

fiat auro fermentandum eſt hoc corpus, cum anima ſua, ſpiritu diſſolutum, & ſic citius fixantur auro naturaliter in ſe fixo, & ſic perficitur arcanum vitæ reparandæ & prorogandæ. Qua ratione autem id fiat ex tali, & non omni ſubiecto, peculiari ſequenti Capite diſcutiemus. Auro eſt fermentandum arcanum vitæ prorogãdæ vt citiùs figatur.

Arcanum vitæ reparandæ & prorogandæ quare fiat ex vnico rerum ſubiecto.

Capvt VII.

Materia rerum prima, & hyle eſt fons vitæ, & ſcaturigo, & ſi vita ſit & reperiatur in omnibus, hoc eſt quod materia rerum prima ſit radicata in omnibus, & implantata: materia ergo rerum prima quod ſit fons & ſcaturigo vitæ, ſola eſt in rerum ſerie ex qua ſola arcanum vitæ reparandæ, & prorogandæ fieri poteſt: in eo ſiquidem eſt copioſa vita, & ſpiritus eſt turgens & abundans qui nunquã deficit nec hoc vitæ ſubiectũ deficit, nec inter ignes chymicos, & præparationes euaneſcit, imo creſcit & multiplicatur eò quod pars eius volatilis qui eſt eius ſpiritus, & anima ſẽper fixatur, & Materia rerum prima quare eſt vitæ plena.

ex volatili fit fixa, & permanens dum à corpore ſuo proprio, & natura fixatur ſola ſui imbibitione, reliqua omnia euaneſcunt in igne: ſolo ſuperſtite eo, quod ex prima eſt materia, & ſi reliqua naturalia eſſent aſſumenda ad arcanum iſtud vitæ perficiendum eſſent qualiacumque ſint, in primam materiam reducenda, & deinde ipſa in materiam primam reducta, eſſent præparanda, vt præparatur materia prima, quod eſſet omnino, fruſtraneum, & labor inanis: Aurum quidem aſſumimus ad arcanum iſtud citius perficiendum, ſed priùs reducendum eſt in materiam primam, cum ipſamet materia prima: ideo aſſerere poſſumus in arcano iſto perficiendo nihil aſſumi quam ſolam, & vnicam materiam primam, & perinde arcanum vitæ perficiendæ, & prorogandæ, fieri ſolum ex vnica rerum materia prima, quæ eſt vnicum, & ſolum ſubiectum ex quo fieri poteſt iſtud arcanum, cum ſpiritus vitæ omnis, ſit in ipſa materia rerum prima copioſus & turgens, & perinde ex copioſo illo vitæ ſpiritu ſolo præparari poteſt, & perinde ex vnico præparari poteſt ſubiecto, cui copioſus, turgens eſt vitæ ſpiritus, vitæ quidē generalis, & vniuerſalis, non ſolū animaliū, vegetantium, ſed & mineraliū & metallorum: quocirca iſtud arcanum,

In arcano vitæ perficiendo nihil niſi materia prima, aſſumitur; & ſi aurum aſſumatur reducēdum eſt in materiam primam.

non ſolum erit arcanum vitæ animalium reparandæ ſed & vegetantium, & mineralium, & metallorum: hoc eſt erit arcanum reparandæ omnis imperfectionis quæ reperiri poteſt in hiſce omnibus tribus generibus: morbus ſiquidem, & vita breuis, eſt ſumma rerum omnium imperfectio quæ ab impuritate dependet, & hoc arcanum cum ſit ex puro naturæ puriſſimo confectum, omnes depellit naturæ vniuerſalis impuritates, & puriſſimam reddit naturam, ac proinde longæaam, & fere perennem, & incorruptibilem, cum purum naturæ ſit incorruptibile.

Morbus, & mors eſt sũma rerum imperfectio

Quare arcanum vitæ prorogandæ ſit naturæ de neceſsitate inſitum.

Capvt VIII.

INſipientes quamplurimi ex plebe vulgi exiſtimant arcanum vitæ prorogandæ vanum eſſe, & anile commentũ, & chymicorum inuentum ad emungendas argento ſenũ crumenas, nihilominus ſi ſaperent, & naturam intimè cognoſcerent, viderent illud arcanum eſſe ex neceſſitate naturæ inſitum & implantatũ, quod ex neceſſitate vita ſit radicitus im-

Arcanũ vitæ prorogandæ eſt de neceſſitate in rerum natura.

plantata naturæ, & quod ex neceſſitate potentiæ & facultatis ſuæ ipſius metallis tribuat & communicet, ſimul& lapidibus perpetuum quaſi eſſe, quod eſt eorũ vita; nihil enim habet eſſe, quin viuat, eſſe enim viuere eſt, quod nihil eſſe poſſit ſine ſpiritu naturæ, cui propriũ eſt viuere & vitã in omnibus producere, vbi enim ſpiritus eſt, ibi etiã & vita eſt, ideo ex neceſſitate arcanũ vitæ prorogãdę eſt naturę inſitũ, & implantatũ, quod natura eſſe nequeat ſine ſpiritu iſto qui naturam conſtituit omnem, vt patet ex definitione naturæ ipſius: natura ſiquidem nihil eſt aliud, quã ſpiritus elementorũ omnium tam ſuperiorum quam inferiorum, vnde tota naturæ quidditas & eſſentia eſt in ipſo ſpiritu, & cum naturæ ſit vitam producere in omnibus, inde patet arcanum vitæ producendæ & in multos ãnos prorogandæ eſſe in natura ipſa implantatum & radicitus inſitũ, & ex intimis naturæ thalamis eſſe deſumendum, & in ipſo ſpiritu ipſius naturæ eſſe quęrendum, & inueſtigandum: hiſque ita poſitis, & declaratis quæ in ipſa natura manifeſta ſunt, intrepide cõcludendum erit, arcanum vitæ prorogandæ naturæ eſſe inſitum & implantatum ex neceſſitate ipſa cũ ipſa natura ex ſe ipſa vitã producat in omnibus & perinde Ar-

Eſſe viuere cur ſit.

Arcanũ vitę prorogandæ cur ſit ex neceſſitate in rerũ natura.

canũ vitæ prorogandæ erit ex ipſa natura deſumendum in ipſis naturæ thalamis inueſtigandum,ſcilicet in eius ſpiritu, qui purus factus & ab excrementis omnibus vindicatus,congelatus, & fixus factus, eſt ipſummet vitæ prorogandæ arcanum.

Arcanũ vitæ prorogandæ eſt in ſolo naturæ ſpiritu.

Concluſio totius Operis.

Capvt Vltimum.

HAbes, amice lector, quidquid à me jamdiu expectatum erat: deſunt tamen aliqui Tractatus, vt de excrementis, de vſu partium & de partibus ipſius corporis humani. At hi Tractatus nõ valde ſunt neceſſarij; ſatis enim arguitur manifeſte, quid in his agendum eſſet & tractandum ex his omnibus quę tradidi, &explicaui in pręcedentibus Tractatibus, & ea quidem abunde ſufficiunt ad medicinam omnem reformandam, & penitus illuſtrandam ſecundum verum naturæ ipſius lumen, ex quo ſolo deſumpſimus ea omnia quæ in toto hoc Opere noua & inaudita videntur, his ſolis, quibus latet illud naturæ lumen: quibus vero manifeſtum eſt,his etiam ſolis clara, vera, & manifeſta videntur: hos etiam ſolos rogo & obteſtor vt me tueantur ac defen-

dant contra ipſas naturę Harpyas, quę naturæ dapes vere deturpant,cum ignorent ipſius naturæ lumen, ſic me defendendo naturam ipſam ab iniurijs vindicabunt,& me impellent ad philoſophiã omnem & aſtrologiam renouandam, & reformandam,& puram putam ab omnibus anilibus, & quiſquilijs veterum vindicatas in lumen dare. Sunt enim mihi ab ipſo Deo conceſſi duo filij ſatis ſubtili ingenio præditi, qui iam literas humaniores præſenti anno addiſcunt, quos volo ipſe noua iſta Philoſophia vera & legitima, & ſecundum naturæ lumen reformata imbuere, vt deinde tali Philoſophia delibuti, medicinam puram & putam addiſcant, & aſſertiones meas & veras opiniones propagent & in vniuerſum orbem diſſeminent, modò illis longum Deus concedat æuum: & ſic poſtquam filios meos noua ac recenti hac Philoſophia imbutos viderim, tunc ipſam Philoſophiam omnibus diſſeminandam curabo, & filij mei ipſam tuebuntur & commentis nouis, & explicationibus defendent & augebunt, & ſic ſciẽtiæ naturales prodibunt in lucem reformatæ, & renouatæ ex vero, & legitimo naturæ lumine. Deus exaudiat omen, & preces meas, & chymicis hac in parte faueat omnibus:chymia ſiquidem per-

Philoſophiã & aſtrologiã nouam & reſtitutã ac reformatã promittit author.

fecta, & abſoluta haberi, non poteſt niſi Philoſophia communis, & vulgaris renouetur ac nouis principijs reſtauretur, & nouis axiomatibus illuſtretur; quod, Deo dante, ſiet breui tempore in gratiam filiorum meorum, & chymicorum omnium: ex falſis enim Philoſophiæ principijs maxima niſi cũ difficultate ad arcana chymica, vera, & abſoluta peruenire poſſumus, niſi peculiari fauore ac lumine diuino mens chymicorum illuſtretur, & decoretur, quo intimi naturæ receſſus cognoſci queant: ex Philoſophiæ ſiquidem vulgaribus principijs occulta ipſius naturæ cognoſci nequeunt, & perinde arcana chymica perfecta, & abſoluta haberi nequeunt, & hæc potiſſima eſt ratio, cur omnes qui nauant operũ alchymiæ raros, & felices ſucceſſus habeant, cum naturam non cognoſcant, & eam tractare, & cum ea agere legitimè nequeant omnes, ignoratis narturæ principijs, & elementis, quibus arcana chymica conſtant. Vale igitur amice lector, & hiſce contentus eſto, & grata mente accipe, & reliqua futura exſpecta cũ precibus Deo fuſis vt ſuperuiuat author vt promiſſis ſuis ſtare poſſit.

Ex principijs corporibus Philoſophiæ vulgaris alchymia perfici cum poteſt

FINIS.

Laus ſit Deo trino & vno,
& gloria ſempiterna.

DE

EXCREMENTIS corporis humani vnde fiant, & quare fiant.

Excrementum in corpore humano quid ſit, & quale ſit.

CAPVT I.

EXCREMENTVM corporis humani eſt, quicquid à coctione partium humanarum ſeparatur tanquam quid inutile, & infructuoſum corpori humano, quòd coctione nulla poteſt fieri pars corporis humani, ſed tanquam quid inutile foras reijcitur, vel apparenter, vel per inſenſibilem tranſpirationem. Vnde quot ſunt coctiones alimentis in corpore humano, tot ſunt etiam excrementa quæ ab

Excrementũ quid ſit.

illis coctionibus ſeparantur, non enim omne quod coctionem patitur in corpore humano, fieri poteſt vtile, & fructuoſum corpori humano, ſed manet, & ſuperſtes eſt aliquid ſemper quod coctioni reſiſtit, & fit inutile, quod quidem cum non proſit corpori, ſeparatur à corpore, & foras reijcitur: hoc autem fit in omnibus corporis noſtri partibus quia in omnibus fit coctio alimenti, & in omni coctione, reſiduum quid eſt quod eſt excrementum illius coctionis, & hoc fit vt purum alimentum quantum naturaliter fieri poteſt reperiatur in corpore humano, & corpus ſic nutriatur puro eoque foueatur conſeruetur, & creſcat non enim nutritur corpus excrementis ſuis, nec his fouetur nec conſeruatur, & creſcit ſed his deſtruitur, & inualeſci tnam vigentibus excrementis cum non rite ſeparentur, & fòras reijciantur, ægreſcit corpus, & ab his deſtruitur. Non autem vnum, & idem eſt excrementum ſed varium diſtinctum ac multiplex ſecundum varias diſtinctas ac multiplices quæ in corpore elaborantur coctiones: in ventriculo ſiquidem particularis eſt, & peculiaris ciborum coctio, in eò etiam particulare, & peculiare eſt excrementum in hepate eſt etiam particularis coctio, in eò etiam peculiari reperitur excremen-

Excrementis corpus deſtruitur.

tum in liene, in cerebro in corde, & in partibus ſingulis eſt peculiaris coctio, in his etiam omnibus reperitur peculiare excrementum de quibus ſingulis peculiariter nobis eſt dicendum capitulis ſequentibus vt tractatum de morbis ſubſequentem notum, & cognitum habeamus.

De excrementis ventriculi.

Capvt II.

Dum in ventriculo noſtro, cibi omnes & potus quos aſſumimus ad nutriendum corpus, percoquantur naturali & innata ventriculi virtute & coctione interim permutantur in chylum & in tranſmutatione illa, purum & impurum permanent mixta, nullo modo adhuc ſeparata, ſed dum deſcendunt in inteſtina, venæ meſaraycæ tanquã ſanguiſugæ inteſtinis capita ſua miſcentes ſugunt quod purum eſt chyli, quod autem impurum eſt & ſolidum deſcendit inferius vt tandem foras propellatur ab auo, fœtidum valde excrementum quod a utem liquidius eſt, & excrementi redolet naturam vna cum chylo per venas meſaraycas ſi copia non turgeat ſua

Quo modo ſeparentur excrementa in coctione ventriculi.

defertur in hepar, & vnà cum ſero ſanguinis defertur per venas totius corporis, & tandem ſeparatur per venas emulgentes in renibus, & tranſcolatur in veſicam, & ſit vrina quæ per veſicam foras emittitur: ſi verò copia turgeat, obſtruit hepar & venas meſaraycas, & inde fiunt in hepate & meſenterio varii morbi & ſymptomata varia. Hoc liquidius excrementum ſæpe ſæpius expurgatur medicamentis tum per vomitum tum per ſeceſſum, & eſt amari ſaporis, & coloris flaui & ſubrubei, & naturaliter expurgatur per vrinas. Et ſi turgeat & amandetur ad cutem ſcabiem parit variam, & pruritum, & vlcera varia ſecundùm gradum ſuæ acrimoniæ, quæ variatur ſecundum varietatem caloris partium.

Liquidius chyli excrementũ qua via expurgetur.

In ventriculo itaque duplicia reperiuntur excrementa, & ſæpe ſæpius triplicia quæ ſolent vomitu eijci & foras expurgari; aquoſa ſcilicet & inſipida, flaua ſubuiridia, & rubea amara valde, ſtercorea omnia liquida excrementa, quæ a coctione ventriculi ex puri & impuri ſeparatione & chyli elaboratione proueniunt, quæ ventriculo valde nocent niſi foras natura vel arte protrudantur. Eaque vẽtriculi excrementa varijs dotantur qualitatibus, ſecundum varia elementa quibus turgent; dum enim ſal abundat in

Quot excrementa ex coctione vẽtriculi enaſcantur.

quibus horum excrementorum hæc ſalſa ſunt & pungentem habent qualitatem corrodentem & acrem dum verò mercurius in quibuſdam turget, hæc arida ſunt & dum ſulphuris copia redundant hæc calida ſunt, & inflamant & ſic de reliquis excrementis aſſerendum eſt, quæ qualitates obtinent elementorũ, quibus turgent, vt videbimus Capitulis ſubſequentibus omnibus; quibus quidem non agunt, ſed ſpiritus quibus turgent: excrementa enim agunt ſpiritibus ſuis, quibus turgent, non qualitatibus. Excrementa ventriculi variãtur ſecundũ elementa varia quibus abũdant.

De excrementis hepatis.

CAPVT III.

SAnguis perficitur in hepate, at in elaboratione, & confectione ſanguinis vnà cum ſanguine perficiendo latent in ipſo ſanguine multa excrementa quæ ſeparantur in quantum poſſunt à facultate expultrice; nec tamen ſanguis perinde amittit homogenealem ſuam & partium ſuarum ſimilitudinem naturalem, qua hæc excrementa non ſunt de natura & eſſentia ſanguinis ſed extra illam collocata ſunt perinde facilia ſunt ſeparatu. Primò adſunt fuliginoſa quæ- Excrementa hepatis varia ſunt.

dam excrementa quæ naturam obtinent terræ ſiccæ & ſiccabilis, vnde etiam ſiccabilia ſunt & ſicca illa excrementa & per poros corporis humani exeunt, & foras protruduntur, & ſæpe ſæpius habent aliquid ſalis, vnde cum acrimoniam habeāt her petes producunt & ſerpigines in cute corporis humani & ſcabiem & vlcuſcula varia, ſi vero ſicca ſint & arida ſtatim abeunt in furfura & fuligines pariūt in cute, & hæc excrementa cōmunia ſunt omnibus partibus corporis humani & præcipue capitis, habēt enim hæc excrementa fuliginoſa partes omnes, antequam enim ſanguis conuertatur in partes & fiat pars, hæc excrementa fuliginoſa ſeparantur, ab vltimo alimento per poros cutis, & cutem afficiunt fuliginibus, quæ ſcalpendo ab ipſa cute ſeparantur & decidunt, vnde etiam eſt valde neceſſarius ſanitati hic caſus, ſeparatio fuliginum ab ipſa cute quia ſi non ſeparentur obſtruūt poros cutis & calor naturalis non perflatur cutis poris non apertis ſed obſtructis vnde cumulantur & creſcunt excrementa interna, vnde prodeſt ſanitati cōſeruandæ cutanea frictio, & balneum, & lotio, corporis humani & natatio ſaltem in anno ſemel facta, quia ſic excrementa illa fuliginoſa ſeparantur à cute & pori aperti remanent & calor naturalis euen

Fuligines vnde fiant ſerpigines & herpetes & vlcera in cute.

Cur profit ſanitati frictio corporis, balneum & lotio & nudum corpus aëri exponere æſtate.

tilatur, & in æſtate potiſſimum dum non friget, prodeſt ſummopere, nudum corpus aëri temperato exibere ſemel in die corpus vnguibus friacare, vt illa fuliginoſa excrementa rite ſeparentur ab ipſa cute, & euentiletur calor, & ſpiritus cœleſtis eſſentiæ qui aëri incubat penetret corpus & iungatur noſtro ſpiritui, qui partibus noſtris adhæret, & ſic fortius & potentius ſanitas conſeruatur, & roboratur quia ſanitatis conſeruandæ ſcopus tutiſſimus eſt excrementorum horum fuliginoſorum ſeparatio quia per ſeparationem illam cutis aperta manet & roboratur ſpiritus ſanitatis œconomus, cumulatis autem hiſce excrementis ſuffocatur & extinguitur ſpiritus, vnde ſanitatis fit diſpendium notiſſimum, & horúm excrementorum ſpiritus agunt in ſpiritum noſtrum & eũ inficiunt, & ſic morbi fiunt Cæſo ſpiritu noſtro ſunt etiam præterea in hepate multa alia excrementa conſideratu digniſſima, quæ vna cum ſanguine ex hepate habent originem & potiſſimum flaua quædam viridia & ſubiuga ſtercoracea quædam excrementa, quæ vna cum chylo à venis meſaraycis in hepar deferuntur, & in elaboratione ſanguinis ſeparantur, cum ſero ſanguinis, & per totum corpus deferuntur vna cum ſan- Alia hepatis excremẽta.

guine per venas, & tandem ſeparantur per venas emulgentes, vna cum ſero ſanguinis per renes, & veſicam, & deferuntur foras per vrinas, & hæc ſunt excrementa quæ tingunt vrinas colore flauo, & varijs alijs coloribus, nam ſæpe ſubuiridi, & nigro colore tinguntur vrinæ, ab his excrementis, varioſque morbos pariunt in corpore, ſi copia turgeant vt ſunt icterus, niger, & flauus, & obſtructiones omnes, & lapides, & calculi etiam in partibus vbi turgent hæc excrementa, producuntur; nam hæc excreta ab ipſo ſale quo turgent lapideſcunt in renibus in veſica, & ſæpe ſæpius in hepate ipſo, ventriculo, & inteſtinis, & in ipſa capacitate thoracis, in quibus omnibus locis ſolent vagari hæc excrementa, cum inibi deferri ſoleant vna cum ſanguine, & dum ſanguis tranſit, & mutatur in alimentum, excrementum illud remanet purum ſputum ſeparatum à ſanguine, & inibi niſi foras amandetur lapideſcit ſua peculiari ſiccitate terreſtri quá pollet: hinc reperiuntur lapidea multis in locis in corpore humano extra veſicam, & renes, qui ab ipſis excrementis ſupracitatis trahunt originem, cum hæc excrementa vbique locorum deferantur vna cum ſanguine per totum corpus, vnde, & calculi, & lapides poſ-

Tincturæ variæ vrinarum vnde ſunt.

Lapides, & calculi vnde fiant in varijs partibus.

Lapides in omnib⁹ partibus poſſunt produci.

ſunt produci in omnibus corporis noſtri partibus, & veré producti reperiuntur, vt apparet & expertentia patet in arthritide vbi materia arthritidis in locis omnibus, & articulis, in medio artilationis ipſorum membrorum lapideſcit, vnde oſſa ipſa diſlocantur, & deſtruitur articulatio, & motus lapideſcunt autem hæc excrementa ab ipſis ſuis innatis ſpiritibus qui ea condenſant.

Vnde in arthritide fiăt calculi & ſophi.

De excrementis cerebri, & capitis.

Capvt IV.

CVm multum ſanguinis ſeu alimenti generalis deferatur ad caput, & ad cerebrum vt eo alimento nutriatur caput, & partes eius, ſeparatione puri alimenti facta, reperiuntur multa excrementa varij generis, & ſpeciei, quæ ſeparari ſolent per emunctoria capitis, & cerebri, quæ quidem emunctoria multiplicia ſunt propter copiam excrementorum quæ in capite, & cerebro produci ſolent, ſeparatione facta puri alimenti. Prudens, & ſagax natura, multiplicia fecit in capite emunctoria, ad expellenda illa multiplicia excrementa, fecit nares, fecit palatum, & poros capitis

Excrementa varia & multa cerebri & capitis.

Tot emūctoria cerebri tot excrementa.

amplos, & apertos, vt fuligines copioſe exirent, & foras protruderentur. Per nares exeunt excrementa mucoſa, ſpiſſa, & viſcoſa, glutinoſa, & tenaria quæ ſæpe ſæpius ſalita ſunt, & amica, ſæpe autem inſipida, & aquoſa, quæ in naribus multos producunt morbos, & varios ſecundum varijs ſpiritibus quibus dotantur, per aures autem alterius generis foras protruditur excrementum flaui coloris, & amari ſaporis viſcoſum, & tenax excrementum, olei, & ſulphuris elementi redolens naturam, & eſſentiam unde etiam ſi non rite ſeparetur hoc excrementum cumulatur in cerebro, & meringes efficit calore præter naturam & inflammat eas, vnde mania ſæpe fit, & delirium, ab inflammatione venarum, quæ ab hiſce excrementis flauis & ſubuiridibus in cerebro retenta originem trahere ſolet, vt libro de morbis peculiariter tractabitur. Per palatum autem protruduntur excrementa mucoſa, & aquoſa quæ per poros palati decidunt in ipſum os ginginas, & dentes, & in laringem ibique varios pariunt morbos, vecuſcula varia, dolores dentium fiſuras labiorum, & linguæ ac inflammationes laringis, & gutturis cum variis tumoribus qui quidem variant, ac diſtinguntur, ex vario & diuerſo ſpiritu

Mania vnde & delirium

excrementorum quæ in has partes decidunt eaſque diuerſo modo afficiunt per poros autem totius capitis protruduntur, & exeunt foras excrementa fuliginoſa, & ſicca & arida, humidaque alia, & craſſa pinguiaque quibus nutriuntur pili, & creſcunt vera accretione cum ſuſcipiant iutus illud excrementum & coquant ipſum ac digerant, & ſic permutant in ſe ipſos, reliquum abit in fuligines, & ſi humida illa pinguiaque excrementa aliquid ſalis participent ſit ſcabies in capite, in pericra nio capitis, quod corrodetur pericranium ab ipſis excrementis unde vlcuſcula fiunt illa quibus pueri, & adoleſcentes humiditate ſalita excrementoſa, & ſpiritu acri vigentes ſolent affici: pediculi hinc etiam ſolent produci, & generari in capite ab humiditate illa excrementoſa inſipida non ſalita, ſupra modum ex calore enim tepido ipſius capitis, cum humiditate illa excrementitia inſipida, & ſpiritu eius fiunt animalcula illa quibus pueri infeſtantur, & omnes qui humiditate illa abundant. facili enim uia atomi ſeu partes minutiſſimæ illius excrementi animantur à calore natiuo ipſius capitis. qui ipſius partes excrementitiæ humiditatis actuat, & informat, ſpiritu ſuo natiuo hinc ſurgunt, & fiunt pediculi, qui

Scabies in capite vnde

Pediculi vnde fiant.

nunquam in capitis pericranio ſicco, & arido fiunt, & generantur, ſed in humido, & pingui illo excremento turgenti. Vnde qui pediculos enecare vult, ſiccitatem, & ariditatem inducat in pericranio neceſſe eſt, & ſic pediculorum productionem impediet, vnde deraſo capillitio ſæpe ſæpius perit, & deſtruitur illa productio, quod in renaſcendis capillis conſumatur illud humidum excrementoſum, & ſic pediculorum materia conſumitur, & pediculi non enaſcũtur ſed euaneſcunt, & pereunt exſiccata eorum fodina.

Mors pediculorum vnde dependeat.

De excrementis pulmonis cordis & thoracis.

Capvt V.

PVlmo nutritur ſanguine puro, vt & reliquæ corporis partes; & quia ſanguis qui ad pulmonẽ demandatur ad ipſum nutriendum nõ eſt adeo purus, quin ſecum habeat multa excrementa quibus ſcatet, vt in cæteris corporis partibus ad quas enutriendas mittitur ſanguis; ideò excrementa illa ſeparantur dum coquitur ſanguis inibi miſſus ad pulmonem

enutriendum, excrementa ſiquidem ſanguinis vt ſanguini heterogenea, non tranſeunt in alimentum partis alendæ, ſed ſeparantur ab ipſa parte, & eijciuntur tanquam excrementa foras, & ſi retineantur copia creſcunt, et efficiunt morbos varios, ſecundum varietatem excrementorum, et ſpirituum quibus turgent excrementa illa: Excrementa autē multa in capacitate thoraci ſeparantur ab ipſo pulmone. Pulmo ſiquidem non ſolum ſanguinem alimentitium ſuſcipit vt ipſo nutriatur, ſed etiam accipit de foris aërem ſpiritu lucis plenū quem attrahit inſpiratione, vt coniungat illum ſpiritum lucis cum ſpiritu naturali alimentitij ſanguinis, vt hinc fiat ſpiritus vitalis, attractus hic ſpiritus lucis deforis adueniens replet arterias omnes pulmonis, ibique multa fiunt excrementa, quod enim aëris ſpiritu lucis repleri nequit, cū ſpiritu naturali alimentitij ſāguinis eijcitur foras per expirationem, vnde & ab alimento naturali aquoſa multa fiunt excrementa quæ per tuſſim eijciuntur foras ex pulmonibus, & ex capacitate thoracis; alioquin niſi eijciantur replent poros pulmonis, & viſcoſitatem acquirunt calore naturali partis, vnde inſpirationem, & expirationem impediunt, & difficultates reſpirandi, & ſi acria fiunt, et

Excrementa pulmonis morbos pulmonum pariunt.

Tabes vnde & aſthma

ſalita vlcera pariunt in pulmon ibus ſpiritibus ſuis acribus, et mordaci bus vnde varia exoriri ſolent Cymptomata venarum ruptiones, et erroſiones ſputa ſanguinis, et pura aliaque ſimilia, quæ tabem tandem, et ipſam mortem inducũt & ſi pleuriam afficiunt inflammationem in ea efficiunt & dolores ingentes & pleuritides operantur, & perineumoniam vt libro de morbis ſubſequenti clarius fiet, capitulis proprijs & particularibus. Si vero ventriculos cordis hæc eadem excrementa ingrediantur, nec ſeparentur à tanta nobili parte & viſcere faciunt ibi tremores cordis palpitationes & ſyncoptes & ſi nimis turgeant& vigeant pariunt ſubitaneas mortes nam cor leſionẽ fortem & magnam pati non poteſt ſine morte, cum a læſione illa forti & magna ſuffocentur ſpiritus, & extinguantur nimia copia excrementorum, vnde vitam extingui neceſſe eſt ſi ſpiritus vitales extinguantur: hæc autem excrementa in corde fiunt ex digeſtione alimenti cordis totum ſiquidem alimentum non conuertitur in ſubſtantiam cordis neque in ſpiritum vitalem vnde& ex alimentitio ſanguine & ſpiritus lucis aereo vehiculo cõtrahuntur excrementa maligna ſæpe ſæpius ſi malignis ſpiritibus afficiatur aerũ qui ſpiritum lucis in cordis ventriculo

Excrementa cordis morbos cordis efficiunt ratione ſpirituum ſuorum quibus turgent & quibus agitur in ſpiritus vitales noſtros.

affert, hinc afficiuntur excrementa illa malignis ſpiritibus & ſic cor maligne afficiunt vnde & ſyncopes et ſubitaneæ mortes exoriri ſolent, et ex ſpiritibus malignis alimentitij ſanguinis qui etiam ſolet infici hiſdem malignis ſpiritibus. Vnde extra et intra latitant hoſtes noſtri et vim vndique in nos inferunt, adeo vt in admirationem rapiar, quam maximam qua via et quo modo tandiu viuere poſſit homo, tot hoſtibus circunductus et obſeſſus: Per poros etiam cutis ipſius quæ totum thoracem circundat, emittuntur foras excrementa fuliginoſa, quæ ex reliquijs digeſtionis alimentitij ſanguinis proueniunt, quæ ſi parietibus thoracis adhæreſcant morbos pariunt diuerſos, ſecundum varios ac diuerſos excrementorum retentorum neceſſe eſt ad vitam vt illa omnia qualiacumque ſunt excremēta foras protrudantur vel per poros ipſius cutis fuliginis alicuius inſtar, vel per tuſſium patenti gutturis itinere, & via, ſic enim expurgatur thorax ab excrementis ſuis, et partes que inibi continentur tuto & cum Cauitate integra et abſoluta conſeruantur.

Excrementa illa interna ſunt hoſtes noſtri interni.

Tuſſis ſæpe ſæpius eſt ſana cum expellat excrementa thoracis.

De excrementis fellis.

CAPVT VI.

FEl eſt nobiliſſimum viſcus, eiúſque officium, et nobilem vſum non nouerunt antiqui, Chyſtis eius adhæret hepati, vt ſugat ex hepate alimentum ſuum peculiare, et fotu ſuo conſeruet hepar et ſanguinem eius: eſt enim in felle naturale vitæ balſamum, quo conſeruatur hepar, et ſanguis eius intrinſecam ſuæ conſeruationis et durationis ſuſcipit energiam et virtutem innatam et inſitam ab ipſo felle: fel ergo eſt viſcus præpotens in natur aliquoris primigenij apprime vitale et ſummopere vitæ neceſſarium, nullo modo excrementitij humoris plenũ vt ſomniarunt antiqui Medici, ſed vitalis omnino balſami, cuius virtute et proprietate ipſum hepar conſeruatur et eius ſanguis, et ſiquid eſt excrementatij liquoris in ipſo balſamo felleo ſeparatur per inſenſibilem tranſpirationem, et eſt quid aquoſum vel fuliginoſum, et ſi ſalis, vel eius ſpiritus ſapiat naturam coagulatur in ipſa theca fellis in calculos, et lapillos, vnde et qui calculoſi ſunt ſæpe in felle eorum reperiuntur calculi, quia ſpiritus ſalis vrinalis

Nobilitas fellis & laus eius.

Vnde calculi in felle eneſcantur.

nalis, qui ſero alimentitij ſanguinis indiuiduus comes eſt, balſamum illud felleum etiam comitatur & vi ſeparatur coagulatur in calculos vt in hepate in renibus & in veſica, alijſque partibus ſolet coagulari, ſic calculi qui reperiuntur in ipſo felle fiunt ab excrementis ipſius fellis quæ ſpiritus ſalis vrinalis habẽt quorum virtute coagulantur in calculos: reliquum quod eſt in ipſo felle purum eſt & vitale & non eſt excrementum bilioſi humoris quod ſeparatur ab ipſo hepate vt sõniarunt medici antiqui, quod peculiariter in capite ſuperiori de humoribus refutatum eſt & argumentis & rationibus confirmatum plurimis.

Alios ſibj in natos & proprios ſpirit⁹ quibus hæc excrementa felle coagulantur in calculos.

De excrementis lienis.

CAPVT VII.

Lien eſt vicarius hepatis quod hepar perficere non poteſt demandatur lieni, vt perficiatur & perfecte coquatur & attenuatur ſanguis craſſus, qui coctione hepatis attenuari & perfici, & perfecte coqui non potuit vnde demandatur huic craſſus & imperfectus lieni ſanguis, vt nibi perficiatur, ideo lieni datæ ſunt & à natura conceſſæ infinitæ arteriæ, vt

Lienis officium & laudes.

calore vitali ſpirituum, qui in liene turget, perficiatur ſanguis, qui abſolutam & vltimam perfectionem habere non potuit, in hepate, vt calore vrgentiori lienis obtineat vnde lien eſt pars nobiliſſima & potentiſſima totius corporis, & nobilitate officij ſui præſtat, & exellit hepar, quod perficiat & abſoluat, quod hepar perficere & abſoluere nequit, ideo cum inibi perficiatur ſanguis, multa in hac parte coctione ſua ſeparantur excrementa, & varia, fuliginoſa ſunt quædam ſicca, & arida, quæ per poros cutis inſenſibiliter tranſeunt, & foras abeunt, quæ ſi non ſeparentur & foras protrudantur obſtructiones lienis faciunt, ſunt & nigra quædam excrementa alia fœculenta & craſſa quæ à puro ſanguine ſeparantur & expurgantur ſæpe ſæpius per vrinas, & vrinas tingunt colore atro; & nigro & ſæpe ſæpius expurgantur vomitu quia lien ſuperſedens ventriculo & illi incubãs deponit ſua excrementa per cæcos ductus & canales & per poros cutis, totum enim corpus poroſum eſt, & perinde permeabile. Vnde etiam hæc excrementa lienis nigra & atra fuliginis modo per totum corpus diffunduntur, & cutem vniuerſam corporis tingunt ſua nigredine, & icterum nigrum conſtituunt, ab excrementis lienis ortum ducentem vnde

Cur tot & tanta ſint excrementa lienis.

expurgato liene curatur hæc icteri ſpecies, vt infra capite de ictero clariſſimum fit, in libro 3. huiuſce libri fiunt etiam, & calculi in ipſo liene, ab ſpiritu ſalis vrinalis qui ſerum ſanguinis lienoſi comitatur, & excrementa lienis coagulat in calculos.

De excrementis renum: & de eorum effectibus.

CAPVT. VIII.

FAcili via & modo obſtruuntur Renes, à natura & a creatore ſummo dati ſunt duo renes ſingulis animantibus vt ſi vnus pereat & obſtruatur alter fungatur officio ſuo, ſanguis ſiquidem ſeroſitate abundat quæ expurgari non poteſt niſi renum officio, in ſero autem illo ſanguinis latent quamplurima excrementa, quæ varijs morbis ac multiplicibus officiunt renes imprimis adeſt vrinoſa materia quæ expurgatur per renes & per vieteres in veſiccam & à veſicca foras emittitur in illa vrinoſa materia ſunt multa aquea excrementa terrea & ſalita, nec non ſulphure & oleoginoſa, quæ ex mixtione varia diuerſos & diſtinctos pariũt morbos: aquea Rerum officium.

In veſicca quid faciat calculos & vlcera.

& ſalita ſimul mixta calculos pariunt in renibus,& vlcera,præſertim ſi ſpiritus ſalis coagulet aqueā illā materiā cui incū-bit, ſi verò non, vlcera parit, proprium enim ſalis eſt, corrodere, propter acri-moniā quam habet antequam dulceſcat, dulcis enim ſalis eſt conſeruare, vt illud ſal elementare eſt & non excrementitium,

Excremētū quid dicatur.

& de excrementitio hic nobis eſt ſermo, excrementa autem omnia poſſunt in ſua elementa reduci ſed dicuntur excremen-ta quod reijciantur à partibus, & quod coqui ac digeri perfecte non potuerint, quod remanet crudum,& incoctum, di-

Excrementum renum quid dicatur.

citur excrementum illius partis, quod percoqui non potuit ab illa parte, vt in renibus contingit ſanguis ſeroſus qui per venas emulgentes ad renes demanda-tur & percoqui non poteſt à renibus & in renum ſubſtantiam conuerti nequit,

In ſeroſitate latet aqueum dulce excrementū quod remanet in poris partiū accurrit in dolores & tumores vnde latex dicitur.

dicitur excrementum renum, ſic expur-gatur alimentum generale partium à ſe-roſitate inutili, renum officio, & mune-re, & ſeroſitas illa inutilis, & materia vrinæ, quæ perfectionem vltimam ſuam & abſolutam recipit in veſicca:non quod perinde in vrina cenſeamus nihil eſſe vti-le vitæ fouendæ & conſeruandæ. Nam ſi iterum potaretur vrina & iterum co-queretur à ventriculo & hepate, & à re-reliquis partibus coctioni dicatis partes

elicerent ex ipſa vrina aliquid vitæ proficiens & vtile, at dicitur vrina totaliter excrementitia, & inutile corpus, quod vltimas coctiones ſubierit, & à partibus coctioni alimentitiæ dicatis reiecta fuerit, nihilominus tamen eſt aliquid vitæ, & alimenti in ipſa vrina, modo iterum coquatur. In vrinæ ergo ſeparatione multa adſunt excrementa diuerſæ qualitatis & ſubſtantiæ, vt in anatomia ipſius vrinæ apparet, quæ per diſtillationem celebratur, primo adeſt aquoſa & inſipida omnino ſubſtantia, quæ leuiſſimo ignis calore aſcendit, & in maxima copia reperitur in omni vrina, ſubſequitur ſpirituoſa quædã ſubſtantia ſubacida, & pungens, deinde ſal volatile aſcendit vna cũ oleoſa ſubſtantia, quæ vltimo aſcendit magno cum igne. in fundo alembici remanet caput mortuum in quo eſt ſal fixum & terra fricabilis ſicca & arida, ex aquoſa illa ſubſtantia nihil fere mali exoritur in renibus, niſi cum alijs ſubſtantijs excrementijs permiſceatur, nã ſi cum ſale volatili permiſceatur coagulatur in calculos vna cum terra illa volatili, ſi cum acida ſubſtantia permiſceatur dolores ingentes in renibus parit, ſi cum oleoſa, & ſulphurea illa ſubſtantia permiſceatur, inflammationes renum producit, item & dolores, quia ſemper

Vrina curdicatur totaliter excrementitia.

Calculi in renibus vnde fiant.

A ſale volatili dolores veſicæ & renũ.

adeſt cum pingui & oleoſa illa ſubſtantia, ſed volatile à quo materialiter fluunt dolores, efficiuntur autem ab ſpiritu innato & inſito renum qui eſt verum & vnicum ſenſationis organum vt fuſe admodum alibi probatum eſt, ſi verò cum ſale tum volatili tum fixo vniatur ita vt præualeat ſic in illa mixtione, fiunt vlcera in ipſis renibus ex quibus pus exoritur vna cum vrinis, ſi ſal fixum calcinationibus multoties iteratis & ſolutionibus in aquoſa illa ſubſtantia depuretur ad vltimam depurationem vt dureſcat tandem & rubeat, & circulatione pereni conuertatur in oleum rubrum habes arcanum curandi morbos omnes renum, ſed maxima eſt difficultas in eo purando oleo, propter longitudinem temporis quæ in eo conficiendo inpendenda eſt.

Arcanum curãdi morbos renum & veſicæ quale ſit.

De *excrementis veſicæ.*

CAPVT IX.

Vrina etſi excreméti-tia fere tota habet aliquid vitæ.

VRina quæ deportatur a renibus in veſicam tota fere excrementitia eſt, habet tamen aliquid vitæ et alimenti adhuc vt diximus capite ſuperiori nec tamen plura reperiuntur nec pauciora re-

periuntur excrementa, in ipſa vrina in veſicca reperta quam in renibus ipſis, & & perinde etiam in veſicca efficiunt eoſdem & ſimiles morbos ac in renibus, ipſamet excrementa, pariunt dolores viscera tumores ſtrangulias & diſurias & calculos. Virtute & energia excrementorum quæ latent in ipſa vrina, ſunt tamen quædam illorum excrementorum adeo vtilia in ipſa vrina ad impediendos ſaltem calculos, vt niſi turgeant ipſa excrementa calculoſa ſit vrina ea potiſſimũ excrementa ſunt liquida, illa excrementa flaua quæ primo in ventriculo vna cum chylo producuntur & vltimo ſeparantur ininteſtinis, & ab inteſtinis percolantur in hepar, & cum ſero ſanguinis permiſcentur & tandem vna cum ſero illo foras protruduntur benefico, & auxilio renum, & amandantur in veſiccam vna cum vrina & tingunt ſuo colore vrinas, & hæc ſunt excrementa quorum beneficio vrina præſeruatur acalculo, nam ſpiritus varinæ non poteſt coagulare materias viſcoſas & glutinoſas quæ reperiuntur in vrina, ſi illud excrementum liquidum ſtercorarium turgeat in vrinis, cum impediat coagulationem virtute ſui ſulphuris & Mercurij ſoluti, & liquidi quæ in eo excremento copioſe cõtinentur vnde liquidum ſemper manet il- Quid impediat calculũ in veſicca.

lud excrementum ſtercorarium, vnde propter ſubſtantias ſolitas quas ſecum continet, ſumme penetrans eſt, & permeat inde totum corpus: vnde in ictero nigro, & flauo, qui originem ducunt ab ipſo liquido ſtercorario excremento, totum corpus inficitur illo excremento tum partes externas & internas propter ſubtilitatem & penetrationem illius excrementi, quæ originem ducit ex ſolutione ſuarum ſubſtantiarum quæ in eo continentur.

Icterus vnde ortum habeat.

Reliqua autem excrementa quæ reperiuntur & inſunt ipſi vrinæ, ſi copia ſua turgeant nocent valde ipſi veſiccæ, præſertim, ſi nimis abundent ſale, & ſulphure; vlcera enim & inflammationes faciunt in ipſa veſicca, quæ difficulter curantut, cum, & vrina acris & mordax qua ſemper madent vlcera hoc impediat cauſa enim vlcerum materialis, & occaſionalis, ſemper perſiſtit, & perſiſtente cauſa materiali, neceſſe eſt, vt perſiſtant & effectus eius cauſæ, ſunt, & alia excrementa præter hæc prædicta quæ veneno imperfectiuo, & mortifero inficiuntur, vnde ſpiritus veſiccę, ſtupet. & ſenſationem amittet & paralyſi afficitur veſicca, & ad vrinę expulſionem non compellitur ſed qnaſi moruus manens non ſentit vellicationem copioſæ & turgen-

Vlcera & inflammationes in veſicca vnde ſint.

Paralyſis in veſicca vndę.

tis vrinę, vnde remanet vrina, & non eijcitur, & ſic difficultas vrinę eijciendę quam maxima producitur.

De excrementis partium in genere.

Capvt X.

Singulæ partes corporis habẽt ſuũ excrementũ propter particularem ſuam digeſtionẽ.

Singulæ partes totius corporis coquũt ac degerunt alimentum ſuum, quod in illas demandatur vt nutriantur, & perinde habent internum ventriculum quo coquant ac digerant illud alimentum & cuius ope ſeparentur excrementa illius alimenti, & niſi fiat illa ſeparatio excrementorum in ſingulis partibus, creſcit excrementum, & multiplicatur donec noceat ſpiritui innato & in ſito partium vnde ſit morbus ſecundum qualitatem & eſſentiam illius excrementi, quod ſpiritum agreditur, vnde neceſſe eſt vt fiat ſeparatio excrementorum illorum cum ex neceſſitate fiant in ſingulis coctionibus partium; alimentum enim qualecumque ſit nullo pacto coqui poteſt ac digeri in partibus, quin remaneant aliquæ partes illius alimenti crudæ & incoctæ, & ratione cruditatis illius fiant neceſſe eſt, excrementa quæ à parti-

Morbus quid proprie ſit: eſt inſultis excrementorũ aduerſus ſpiritum

bus coctis & digeſtis debent ſeparari, alioquin quod coctum eſt, & digeſtum perfecte & abſolute, eſſet & permaneret permixtum cum crudo & indigeſto; & totum ſic noceret ſpiritui vitali, naturali & inſito; partium & ſic perpetuus eſſet morbus in corpore humano, niſi ſeparentur excrementa, ab alimento cocto ac digeſto: ſeparantur autem illa excrementa cruda & indigeſta facultate expultrice ſpiritus inſiti & naturalis omnium partium & foras protruduntur per poros in fuligines & vapores quæ ſemper exeunt et exhalant ex corporibus tum ſanis tum morbo affectis, ibique in cute prurigines et ſcabiem producunt et pediculos, maiores vel minores ſecundum maiorem vel minorem diſpoſitionem quam habent illa excrementa ad vitam pediculorum ſuſcipiendam, et introducendam ſunt autem hæc excrementa quæ plus aquæ habent quam ſalis & ſulphuris nam ſi ſal aut ſulphur præualeat impedit, ne excrementa illa inſipida, et aquoſa, quæ ad cutem protruduntur actuentur forma pediculorum, ſi autem ſal præualeat in his excrementis ſcabies producitur, et pruritus, vlcuſculorum omnes ſpecies in cute fiunt, et in partibus, in quas illa excrementa aquoſa ſalita, et ſulphurea demandantur.

Excrementa niſi ſeparentur à corpore, corp⁹ perpetuo ægrotaret.

Excremēta aquoſa in cute abeunt in pediculus.

An excrementa ita ſint excrementa, vt nihil puri habeant naturæ.

CAPVT XI.

NIhil eſt in natura adeo impurum fœtidum et corruptum quin in ipſo ſit naturæ purũ alioquin ex ipſo nihil generari, et fieri poſſet et natura nihil cõtinet, quin ſit ex ipſamet, et eſſentia ſua vbique eſt, ita vt ſi reperiantur excrementa comparate dicuntur excrementa, quod vna pars naturæ, purior ſit altera, impurior comparate dicitur excrementũ, at hæc æque eſt naturæ ac altera quæ purior eſt, nihil eſt in tota natura quin coctione et digeſtione puriſſimum fieri poſſit, differt tantum purum et impurũ coctione et digeſtione natura tota, homogenea eſt, et nihil habet heterogenei niſi comparate, itaque perpendant Philoſophi ſagaci animi lance, contemplentur naturam, et qua ratione ſint illi annexa excrementa, quæ nullatenus ſunt excrementa, ratione ipſius naturæ, cum natura ipſa per reſolutionem naturalem omnia illa excrementa qualiacumque ſint, et eſſe poſſint reducere queat ad ſummam puritatem et perfe-

Nihil eſt adeo impurum quin aliquid habeat puri.

Omne impurum coctione fit purum & nitidum

ctionem elementorum ſuorum ex quibus iterum coniunctis fieri poſſunt res puriſſimæ, et perfectiſſimæ, quo circa dum de excrementis nobis eſt ſermo, ne exiſtimet lector, hæc excrementa eſſe quid inutile naturæ, et arti, nam dicuntur excrementa, quod huic mixtioni vel generationi ſunt inutilia, et ſuperuacanea, reliquis autem poſſunt eſſe vtilia, et vere ſunt; nam iterum coquuntur digeruntur ſeparantur, miſcentur vniuntur, et coniunguntur et fiunt inde generata, et producta. Et ſic nihil in rerum natura datur, et reperitur, quod ſit verum et purum excrementum inutile omnino, ſuperuacaneū omni generationi quod ſequenti tractatu de puritate naturæ, dilucidius demonſtrabitur chymiæ alūnis, vt illis ſit nota & aperta in cute tota natura.

Excrementum quare dicatur excrementum

Nihil eſt in tota natura quod ſit purum excrementum inutile.

TRACTATVS ALIVS INauditus & vere nouus de puritate naturæ.

Quid ſit naturæ purum in genere.

CAPVT I.

MIXTA omnia et producta naturæ dici poſſunt in genere purum naturæ, quod per productionem, et generationem ſeparata fuerint, et ſelecta, ab alijs multis, quæ generationi, et productioni eorum, ſuper fuerunt, nihil enim in generationibus, et productionibus rerum inuenitur quod non ſit valde vtile illi productioni itaque cum omnia ſint valde neceſſaria et vtilia generationibus, et productionibus naturalibus, nihil erit in his ſuperflui, & invtilis, vnde pura dicentur omnia generata, et producta naturalia, et hinc purum naturæ generaliter poſſumus definire, id omne quod ex naturæ intimis ſeminibus et thalamis producitur et ortũ habet, cum omnia pura ſint naturæ mixta et compoſita, ſtrictius autem poteſt definiri purum naturæ, id quod ſolum

Purum naturæ quid proprie dicatur.

Purum quid proprie ſit

actiuum eſt , in natura , et ſeminis naturam et eſſentiam habet , in cuius centro vis et poteſtas ipſius naturæ, conſeruatur quod in ſingulis elementis in centro eorum tutiſſime conſeruatur , & quieſcit illæſum et incorruptum, in quo radicatur forma cuiuſcumque rei : nam ſedes formæ , eſt totum mixtum, et in toto etiam mixto , reſidet illud purum naturæ, nam ſi non reſideret per ſingulas et omnes partes mixti , ſingulæ & omnes partes mixti non eſſent vt ſunt coctionis capaces , cum actionis principium ſit forma , & forma illa , non poteſt eſſe ſine puro illo naturæ in quo radicatur forma , vnde & principium actionis radicatur in ipſo etiam naturæ puro.

Puri diuiſio in tria genera.

Sed cum tota natura diuidatur in tria genera , in genus puta animale , vegetabile & minerale , natura perinde erit animalis vegetabilis , & mineralis , & perinde etiam purum naturæ diuidetur in ſimilia genera , vnde purum naturæ animalis erit diuerſum ac diſtinctum à puro naturæ vegetabilis, & purum naturæ vegetabilis erit diſtinctum à puro naturæ animalis , & purum naturæ mineralis erit etiam diſtinctum à puro naturæ animalis & vegetabilis ſic erunt tria pura naturæ inter ſe diuerſa ac diſtincta , de quibus ſingulis , capitulis ſubſequentibus nobis

erit dicendum.

De puro naturæ animalis quid ſit & quale ſit.

CAPVT II.

PVrum naturæ animalis eſt ſemen animale in quo ſe conſeruat ipſa natura animalis & ſe in eodem multiplicat, vnde definire poſſumus purum ipſum naturæ animalis ꝭ, id ipſum in quo naturæ animalis ſeminalis virtus energia, & potentia illæſa conſeruatur, & id ſolum eſt ſemen animale, quod quidem extra animale corpus viuens, & perfectum inueniri non poteſt, quicquid garriant Philoſophorum nonnulli, male explicantes chymicorum ſententiam de Mercurio ſeu ſemine Phyſico metallico, quod quidem animale dicunt quod animalia hinc producantur, ſi tenuitas illius ſubſtantiæ ita graduetur vt ad formam animalem introducendam euehi. & extolli poſſit nam natura animalis vegetabilis, & mineralis ab vno, & eodem fonte ac radice ſcaturiunt &deſtinguntur tanẽ tenuitate ſubſtantię&coctione,&vnione principiorum in natura ſiquidem animali principia naturæ, & elementa, ſubtiliſſima

Purum naturæ animalis quid ſit.

Animalia vnde facile corrũpantur &atterentur

Vegetabilia & mineralia cur diutius durent.

valde ſunt leuiter cocta, & vnita, vnde leui agente deſtruitur natura animalis quia eius principia rara, et tenuiſſima leuiter digeſta ſunt, & perinde non perfecte vnita, vnde non diutiſſime durat, quia eius principia facillime ab inuicem ſeparantur ac diſſoluuntur, in natura autem vegetabili eius principia, & elementa fortius digeſta ſunt, & cocta, vnde & diutius durant quam ipſa animalia, in natura autem minerali principia, & elemẽta diutiſſime cocta ſunt, & digeſta et perfectè vnita, vnde diutiſſime durant, et præſertim ea quæ perfecta ſunt, et quæ coctionem longam paſſa ſunt, vt aurum et argentum. et lapides pretioſi, in quibus omnibus elementa, et eorum principia perfecte digeſta ſunt, et perfecte vnita, vnde difficili via diſſoluuntur, et ſeparantur ab inuicem et ſic diutiſſime durant, et in eſſe ſuo perſeuerant, vt capitulis ſubſequentibus clariſſime demonſtrabitur natura autem animalis quia eius principia, et elementa non perfectè vnita ſunt, et leuiter digeſta, ideo facili via inter ſe diſſoluuntur, et ſeparantur, et perinde corruptioni obnoxia ſunt, et morti, nec perinde diutiſſime durant vnde colligere facillimum eſt arcana longiſſimæ vitæ non eſſe extrahenda ex generè animalium quia omne quod eſt in eo genere

nere corruptibile eſt , niſi reducantur animalia ad ſuum primum principium, et ad primam originem , quod difficillimum eſt , et longiſſimum , ſed in genere mineralium habemus primum genus rerum omnium ex quo cum ſit incorruptibile poſſumus elicere , et extrahere illud vitæ longæ arcanum , vt clare admodum demonſtratum eſt tractatu ſuperiori de vita humana.

Vitæ longæ arcanū vnde extrahi poſſit.

De puro naturæ vegetabilis quid ſit & quale ſit.

Capvt III.

PVrum naturæ vegetabilis conſiſtit in ſemine vegetabili, nam virtus potentia & energia vegetantium in eorum ſemine conſiſtit & purum vegetantium eſt ſola virtus & energia ac potentia vegetantium: conſtituitur autem purum iſtud vegetantium ex puritate elementorum omnium tam ſuperiorum quam inferiorum: quod quidem purum elementorum omnium quod proprio naturæ motu ad centrū terræ tendit atque cadit vt vbi tanquam in ventriculo naturæ, calore ſuo naturali & centrali digeratur ac

Purum vegetantium quid ſit & vbi conſiſtat.

coquatur, et in coctum ac digeſtum ſublimetur per poros terrę, et vbi vegetabilia qualiacumque adinuenit, naturam particularem vegetabilium aſſumit, & fit ex puro vniuerſali totius naturæ, purum particulare naturæ vegetabilis, quod quidem componitur ex eiſdem partibus & naturis elementaribus, ac purum vniuerſale, ſuſcipit tantum naturam particularē in natura vegetabili, quod ipsā ingrediatur, & ex digeſtione & coctione particulari quā ſuſcipit in natura vegetabili, & ſic genus vegetabile ſuſcipit differentiam genericam in ſuo genere vegetabili, & differentiam ſpecificam in ſpecie ſua, & differentiam indiuidualem in indiuiduis ſpecierum, ex ſola coctione ac digeſtione illius puri ſic poma ſic pyra ſic nuces, ſic roſæ, & flores omnes, & fructus, & arbores omnes ſuſcipiunt illam ſuam peculiarem differentiam ex digeſtione, & coctione puri ſui in viſceribus ſuis vbi fit coctio illa ac digeſtio: & ex puro illo cocto ac digeſto, producitur germen in vegetabilium fructibus, & ſeminibus in quo conſeruatur virtus, & energia vegetandi, & hæc eſt 280. pars ipſius germinis in qua conſeruatur illæſa illa virtus germinandi, & multiplicandi, pura omnino, & cœleſtis eſſentiæ: nam omni ex parte, pars illa reſpondet elemento ſtel-

Purum vniuerſale ſuſcipit differentiam ſuā in locis vbi deffertur.

Pars 280. ſeminis germinandi habet potentiā

larum vnde illud Virgilij, igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo ſeminibus quod quidem purum dum ſpargitur per corpora, & poros vegetantium ſublimatione illa magis ac magis depuratur, quod eſt puriſſimum abit in flores, & fructus quod eſt minus purum in medullam, & lignum quod vero minus ad huc purum eſt abit in folia, & cortices & ſic purum illud in tres partes diſtribuitur in corpore vegetantium, in flores & fructus, in medullam & lignum, & in folia & cortices, quæ omnes diſtinctæ partes ab vno, & eodem puro originem habent, & conſeruationem, & multiplicationem ſui ipſius ſic vegetantium purum ſatis fuſe demonſtratum eſt, ex puriſſimo elementorum omnium componitur, & in elementa ſua reduci poteſt quæ quidem depurata, & iterum in vnũ coniuncta, producunt ſtupendum vegetantium arcanum quod virtutes omnes vegetantium in ſummo gradu poſſidet, & communicare poteſt vegetantibus omnibus, vnde liberari poſſunt ab ipſo arcano, ab omnibus morbis ſuis. & defectibus, & ſummam obtinere perfectionẽ in genere ſuo, vnde fructificandi ſummã virtutem, & potentiam ter aut quater in anno obtinere poſſunt, & ſi ſeneſcant arbores, & ætate deficiant, poſſunt refici ac

Fructificãdi virtus poteſt reſtaurari & renouari arcano vegetantium.

renouari earum virtus & facultas.

De puro naturæ mineralis quid ſit, & quale ſit.

CAPVT IV.

Purum minerale vnde fiat.

PVrum naturæ mineralis fit immediate ex puro naturæ vniuerſalis hoc eſt ex puritate immediata elementorum omnium qua ſemen ſuum in centrum terræ proijciunt vt inibi coquatur, & digeratur, coctumque ac digeſtum à calore centrali terræ ſublimetur per poros terræ ibique dum mineralia primum inuenit, ipſa ingreditur, fit alimentum peculiare mineralium in ventriculo cui mineraliũ calore naturali mineralium, qui generale illud alimentum coquit ac digerit, & in ſui ſubſtantiam conuertit hinc etiam fit ſemen particulare mineralium, ex digeſtione & coctione illius alimenti nam ex puro alimenti cuiuſque rei, fit ſemen particulare cuiuſcumque rei, sic alimentum vniuerſale ſeu ſemen rerum omnium quod in centro terræ ex elementis omnibus percoquitur fit ſemen particulare, ſeu alimentum particulare mineralium omnium dum mineralia in-

Ex puro cuiuſque alimẽti fit ſemen.

greditur fit aurum, & argentum dum ad fodinas auri & argenti ſublimatur: fit plũbum, & ſtannum, ferrum, & cuprum ac argentum viuum, ſi ad plumbi ſtanni ferri cupri ac argenti viui fodinas peruenerit, nam plumbum ſtannum ferrum cuprum, ac argentum viuum trahit ad ſe alimentum, generale illud alimentum, & coquit ac digerit in ſui ſubſtantiam, & ſic creſcunt, & vegetant fodinæ metallorum ac mineralium omnium. Et generale illud alimentum nihil aliud eſt quam vapor, & ex halatio quæ ex ſurgunt ex elementis omnibus quæ ſuum purum proijciunt in centrum terræ: ibique permiſcetur coquitur ac digeritur, & per calorem centralem terræ ſurſum ſublimatur, & fit vapor & exhalatio, de quibus nutriuntur omnia vegetabilia animalia, & mineralia, & ſic ab vno & eodem fonte prodeunt, & ſcaturiunt omnia: valde enim mirum eſt in vaporibus & exhalationibus contineri omne illud, (quod in natura pretioſum eſt) aurum argentum, metalla omnia, & lapides omnes pretioſos adamantes carbunculos, & margaritas, ſunt enim vapores elemẽtorum omnium, theſauri pretioſiſſimi totius naturæ, ex quibus natura procreat & producit omnia in eis ſunt principia omnia vnita, & coniuncta, quod Capi-

Fodinæ res metallorum vnde fiant.

Omnia fiunt ex vno.

Vapores, & exhalationes ſunt theſauri Dei & naturæ.

tulis ſubſequentibus clariſſime diſquiremus.

An in puro naturæ mineralis ſint elementa omnia ſimul coniuncta.

CAPVT V.

In puro naturæ minerali is ſunt omnia elementa.

NVllo pacto dubitandum eſt quin in puro naturæ mineralis ſint elementa omnia ſimul mixta, & vnita tanquã in ſemine minerali, ex quo immediate fiunt mineralia omnia; niſi enim eſſent in tali puro naturæ mineralis, omnia elemẽta ſimul mixta, & vnita, non poſſet tale purum, producere, & generare mineralia cuncta: oportet ſiquidem vt omnia principia naturæ mineralis ſint in tali puro ſeu ſemine minerali, vt hoc ſemen ſit fons, & ſcaturigo mineralium omnium principis ſiquidem mineralis naturæ ſunt ſcaturigo generationis, & productionis mineralium omnium, virtus ſiquidem ſola, & energia generationis in principijs naturæ ſolis reperitur Deus enim, & natura poſuit hanc energiam, & virtutem in principijs dum dixit omnibus creatis, creſcite, & multiplicamini, non dixit illud indiuiduis rerum quia cor-

ruptibilia ſunt, ſed principijs rerum, quæ in indiuiduis latitant, & occultantur, & in his incorruptibilia ſunt vnde etiam virtus & energia multiplicandi conſeruatur illæſa, & incorruptibilis in ipſis principijs, & elementis incorruptibilibus quæ illæſa, & incorruptibilia in ipſis indiuiduis conſeruantur, niſi enim vere eſſent, & realiter in ipſis rerum indiuiduis non poſſent ipſa indiuidua rerũ in principia, & elementa ſua reduci, vt vere & realiter reducuntur, corrumpuntur indiuidua, & in ipſa corruptione apparẽt & manifeſtantur principia, & elementa, ex quibus concreta ſunt ipſa indiuidua.

Multiplicãdi virtus in ſolis principijs.

Sic nullo pacto dubitandum eſt quin in puro naturæ mineralis quod eſt ſemen mineralium, quodque eſt indiuidiuum quid minerale, ſint elementa, & principia naturæ mineralis ſimul vnita, & coniuncta, ad conſtitutionem illius ſeminis naturæ mineralis quod eſt principium multiplicationis, & generationis mineralium, ratione, & miniſterio principiorum, & elementorum mineralium quæ ſola conſeruant energiam, & virtutem multiplicatiuam, & generatiuam illæſã, & incorruptam.

Semini minerali ſunt principia mineralium

An mineralia omnia habeant in ſe, ſemen illud minerale in quo ſe multiplicant.

CAPVT VI.

Semen mineraliũ quid & quale.

PHiloſophorum quamplurimi negant ſemen iſtud minerale, quia in ipſis mineralibus non apperte videtur ac conſpicitur quia in centro eorum latitat, & occultatur, attamen ſolis manifeſtatur his qui lynceos habent oculos, aqua ſiquidem in centro, & corde mineralium latitans eſt verum, & legitimum mineralium ſemen, in ea enim ſola ſe multiplicant, & ſe producunt imo aqua elementaris pura eſt verum ſemen mineraliũ omnium, ex ea enim ſumunt omnia mineralia ſuam originem: nec aurum, & argentum & reliqua omnia metalla, nec lapides tam cõmunes, quã pretioſi omnes aliam habent ſcaturiginem, quã ipsã aquã comunem, & alementarem aqua ſola coctione ac digeſtione fit aurum, argentum, & lapis pretioſus, adamas, & carbunculus quod mirum valde eſt, quod in ſubiecto tam molli, & vili, & liquido lateat durities aurea metallica, & lapidea

tam pretioſa adeo vt theſaurus totius naturæ lateat, & abſcondatur in ipſa aqua elementari, vulgari & communi non tamen intelligendū eſt aquam ſimplicem elementarem vt elementum eſt ſimplex, & principium rerum omnium eſſe ſemen, & principium immediatum ex quo fiunt metalla, & mineralia omnia quia iſtud ſemen, & principium immediatum mineralium, eſt quid mixtum & compoſitum ex omnibus elementis, tam ſuperius quam inferius, vt ſemen reliquarum rerum omnium, & aqua elementaris eſt quid ſimplex. Sed dicitur aqua communis, & vulgaris quæ videtur & palpatur, eſſe ſemen mineralium omnium, eò quod ipſa aqua communis, & vulgaris contineat in ſe ſemen illud mineralium omnium, & ſit vehiculum proprium illius ſeminis, defert enim aqua cōmunis & vulgaris ſemen illud minerale ad matrices minerales vbi digeritur, & coquitur in metalla, & mineralia varia ac diuerſa ſecundum varietatem, & diuerſitatem coctionis, perinde neceſſariū eſt vt in omnibus mineralibus adſit minerale illud ſemen vt digeratur, & percoquatur in minerali, alioquin enim niſi actualiter eſſet, non poſſet percoqui nec mineralia vlla creſcere poſſent, & multiplicari digeſtione illa, & coctione, ſe-

In aqua sunt omnia mineralia.

Aqua vt elementum ſimplex non eſt ſemen metallorū quia ſemen eſt quid compoſitum.

Concluditur in omnibus mineralibus eſſe ſemen.

minis illius mineralis vt vere creſcunt, & multiplicantur concludimus ergo in omnibus mineralibus, & metallis, actualiter eſſe ſemen minerale, quo in fodinis ſuis creſcunt, & multiplicantur.

An ſemine illo minerali ſummopere depurato, & perfecte cocto omnia naturæ mixta defectum patientia poſſint reſtaurari

Capvt VII.

Senectus eſt defectus naturalis.

QVæſtio hæc valde ardua eſt et ſummi momenti an naturę mixta defectum patiẽtia poſſint reſtaurari; nam ſi natura ſponte ſua et naturali ſua inclinatione defectum patiatur, ſeneſcunt enim omnia et ſenectus eſt defectus naturalis itaque cum ſenectus rerum omnium ſit naturalis et ſpontanea, et impediri nequeat, quin natura ſponte ſua ſeneſcat, fruſtra quæritur in rerum natura medicamentum quo poſſit impediri ſenectus et defectus ille naturalis, nam inde concludi poſſet, ſi ſenectus impediri queat et reſtaurari omnnio poſſit, mortem rerum impediri poſſe et immortalia omnia reddi poſſe, quod tamen in ſenſum et men-

tem ſapientis cadere non poteſt;mors ſiquidem quamuis non naturalis ſit ex neceſſitate tamen in natura ipſa introducitur, et fide catholica et chriſtiana certũ habemus omnia mori debere, nihilominus tamen quamuis mors impediri omnino nequeat, poteſt retardari et vita in longius protrudi poteſt, et conſeruatio rerum prolongari, quod eſt ſpecies reſtaurationis: veriſſimũ enim eſt reſtaurationem rerum omnimodam et abſolutam fieri non poſſe, adeo vt ſenectus omnio & mors rerum pereat & euaneſcat, verum poteſt fieri rerum reſtauratio fortior & potentior, quam ea quæ fit quotidie in rebus omnibus, nam nutriuntur omnia & ſingula ſuis peculiaribus alimentis, & perinde cum nutriantur reſtaurantur nutritio ſiquidem eſt vera & legitima reſtauratio & rerũ renouatio, at hæc cõmunis & vulgaris reſtauratio & renouatio, non eſt potentiſſima nec valde durat, quæritur hoc in capitulo, an dari poſſit fortior & potentior rerum reſtauratio et renouatio, quæ quidem reſtauratio & renouatio in rerum natura vere eſt, & fieri poteſt ab alimento potentiſſimo & fere incorruptibili quod quidem alimentum eſt occultum in naturæ centro & potentiſſimum in centro naturæ mineralis, vnde vere & chymice

Mors ex neceſſitate in natura introducta ex pecato

Nutritio eſt ſpecies reſtaurationis.

Semen minerale ſummopere depuratum eſt arcanum vitæ reparãdę

quæritur an ſemen minerale ſummopere depuratum & perfecte coctum & tenuiſſimum factum et fixum, poſſit reſtaurare omnia naturæ mixta, defectum patientia quod quidem facile admittimus cum in eo ſemine vita vere vitalis virtus et energiæ totius naturæ aliſſimo in gradu et potentiſſimo ſit incluſa, et vere luceat, et reniteat, relucet autem vita potentior et virtus ac energia naturæ, in ſemine minerali, quam in reliquis naturę ſeminibus, quod ſemen minerale propinquius fontem vitæ accedat, qui in terræ cẽtro collocatur quam reliqua rerum ſemina quæ in ſuperficie terræ ſedem habent et in ea conſeruantur et nutriuntur in centro vero terræ omnia elementa conueniunt et proijciunt ſuum purum et ſpiritus vitæ qui in eis latitat omnibus, in terræ etiam centro vna cum corpore ſuo elementari confluit et ibi vna cum puriſſima elementorum parte digeritur et coquitur et multoties inculcatum eſt in naturæ generale ſemen quod à centro terræ calore centrali terræ, et naturali ſuo calore ſublimatur, et eleuatur, per poros terræ et matrices terræ implet ibique fit ſemen particulare cuiuſcumque rei ſecundum particulares rerum matrices, quas implet, vnde primo mineralia impregnantur quia circa centrum terræ

Quare vita luceat magis in ſemine minerali quam in reliquis ſeminibus.

circumponuntur mineralia etideo pri mo ſemine generali fœcunda fiuntet quia etiam fortius et potentius coquitur ac digeritur illud ſemen generale in mineralibus quam in vegetantibus et animalibus, vnde virtus potentia et energia vitalis potentior eſt, in mineralibus quam in reliquis; virtus enim et efficacia potētior eſt ab vnione et firma compagine elementorum quæ reperitur in ſeminibus rerum: vnde cum illa vnio et firma compago, fortior ſit in mineralibus, et metallis quam in vegetantibus et animalibus inde etiam virtus vitalis potentior eſt et efficacior eſt in mineralibus, quam in vegetantibus et animalibus, vnde etiā concludere poſſumus ex ſemine minerali ſummopere depurato et perfecte cocto ac digeſto, poſſe extrahi arcanum verę vitale et viuificum cuius ope et miniſterio omnia naturæ mixta defectum patiētia poſſunt reſtaurari et reparari quod capite ſequenti ex metallorum tranſmutatione et reparatione fiet clarius.

Vita fortior & potentior vbinam.

Concluditur arcanum vitę eſſe in ſemine minerali.

An ex ſemine minerali perfecte maturo ac digeſto metalla impura poſſint perfici.

Capvt VIII.

DIximus capite ſuperiori, et probauimus ſemen minerale perfecte coctum ac digeſtum ac puriſſimum factum energiam habere et potentiam tollendi omnes naturę defectus, hinc metalla impura perfecta fieri poſſe arguendum eſt, cum impuritas illa mettallorum ſit naturæ defectus metallicæ, vnde autem hoc poſſit fieri a ſemine illo minerali iã nobis eſt diſquirendum impuritas illa et imperfectio metallorum dependet a cruditate ſeminis metallici, ſemen ſiquidem metallicum cum digeratur et percoquatur in venis et viſceribus terræ, minus hic coquitur ac digeritur quã alibi quia calor ac digeſtio minor eſt in vno loco quã in alio, perinde cum metalla minus hic quam alibi coquantur ac digerantur ideo impe rfectiora fiunt & impuriora in vno loco quam in alio, vnde cum metallorũ imperfectio & impuritas dependeat, ab eorum cruditate, & immat uritate, ſemen

Impuritas & perfectio metallorum vnde dependeat.

minerale & metallorum perfecte purum & perfectiſſime coctum ac digeſtum & abſolute maturum poteſt impurum depurare& incoctum ac indigeſtum coquere ac digerere & ſic immaturum perfectiſſime maturare . perfecta ſua maturitate & perfectiſſima ſua coctione ac digeſtione.

Crudum poteſt coqui & immaturum maturari vnde metalla poſſint perfici.

Sic nullo dubio concludere poſſumus ſemine minerali perfecte maturo , cocto ac digeſto , metalla omnia impura & immatura poſſe maturari & perfectiſſime coqui ac digeri , ita vt maturitate illa & coctione perfecta quam acquirunt ſemine illo minerali mature &perfecte cocto , metalla omnia impura & immatura perfectionem abſolutam acquirant & ſic in veriſſimum & naturale aurum & argentũ tranſmutentur. ſic lapis philoſophorum quo metalla impura in aurum & argentũ tranſmutantur non erit quid fictitium & à philoſophis excogitatum figmentum vt clamant nonnulli Philoſophaſtri cum ſemen minerale ſit quid reale , realiter in natura exiſtens , & præpari poſſit arte in lapidem Philoſophorum quod capitulo ſequenti fiet chymiæ alumnis clariſſimũ, & manifeſtiſſimum;

Lapis Philoſophorum eſt quid reale in rerũ natura.

Semen minerale qua arte, & induſtria poſſit præparari in lapidem Philoſophorum.

CAPVT IX.

Semen minerale qua arte perficiatur in lapidē Philoſophorum.

ASſeruimus capitulo ſuperiori ſemen minerale perfecte coctum ac digeſtum, & ſimul perfecte purum poſſe perficere metalla impura, & cruda, coctione ergo, & digeſtione; & depuratione indiget ſemen minerale vt ad perfectam illam energiam euehi poſſit, digeſtio autem, & coctio fit calore, perenni, & continua, dum enim in viſceribus terræ percoquitur ac digeritur, numquam eſſet calor naturalis, tum terræ, tum ipſius ſeminis mineralis in ipſum ſemen agere donec perfecerit ipſum ſemen minerale in metallum perfectum ſequenda eſt ergo natura ipſa, in ipſo ſemine perficiendo indagandus eſt, & reperiendus calor perennis, & perpetuus, qui perenniter, & continue agat in ipſum ſemen minerale, & excitet calorem ſuũ naturalem in centro ſui ipſius latitantem qui ipſum ſemen maturet, & perfecte coquat: & vltra depurandum ſummopere eſt ipſum ſemen vt

vt puritate ſua vigeat, & floreat energia & virtus ſua ; in metallis perficiendis. Depuratur autem ſemen illud metallicum & minerale ab ipſa natura ſolutionibus quammultis ſæpius iteratis, & ſublimationibus, & diſtillationibus toties iteratis donec ſemen illud puriſſimum quieſcat fixum, & firmum in viſceribus terræ fodinarijs in quibus dum purum eſt, ſola coctione ac digeſtione perfectionem vltimam acquirit hic in ſemine illo perficiendo, imitanda eſt, & inſequenda natura ſola, eſt ſoluenda, eſt ſubſtantia ipſa ipſius ſeminis mineralis, quæ cum naturam ſalis habeat, facile ſoluitur, & in ſpiritu ſuo facile liqueſcit, & ſic deponit ſua excrementa, quæ inſolubilia remanent, cum naturam ſalis non ſapiant itaque diſtillatione auferendus eſt eius ſpiritus, qui diſtillatione illa ſæpius iterata ſummam puritatem, & tenuitatem acquirit, & ſic corpus ſicum fixum & permanens penitiſſime penetrat, & partes ſuas omnino tenues, & ſubtiles reddit, adeo vt copus fixum vna cum ſpiritu ſuo ſubtiliſſimum, & tenuiſſimũ reddatur, & ſic ambo diſtillatione illa, & ſublimatione purificantur, ad vltimum puritatis gradum, non poteſt autem ſpiritus ille ſuus à corpore diſtillari, & ſublimari quin corpus in fundo alembici

In ſemine minerali perficiendo natura eſt inſequenda.

remaneat ſiccum, & aridum, & ſic calcinatur corpus dum ſeparatur ab eo, eius ſpiritu diſtillatione, ſic calcinatione illa & deſiccatione corpus ſummopere depuratur attenuatur, & in corpus vere lucidum; & ſplendens carbunculi inſtar träſmutatur, huic corpori ſic præparato annectendus eſt eius ſpiritus, qui ſimul cocti ac perfectiſſime digeſti donec duo fiant vnum, perfecte coctum, digeſtum maturum, & perfectiſſime ac abſolute fixum non poſſunt vnum fieri, quin perfectiſſime, & abſolute pura fiant ambo corpora, vnum fixum alterum volatile & oportet vt coctione, & digeſtione volatilis, & fixi, fixum fiat volatile, & hoc volatile iterum coctione ac digeſtione fiat fixum, & hoc fixum iterum volatile & hoc volatile iterum fixum, & ſic tandem terna aut quaterna alteratione illa alterna, perficitur, & abſoluitur totius naturæ arcanum, defectus omnes naturales tollens; & ad perfectionem conducens at hoc fieri non poteſt niſi volatile & fixum ſeminis mineralis perfectiſſime & abſolute vniantur donec ſeparari nequeant vlla virtute ignis, at maneant coniuncta ſimul in violentiſſimo ignis vigore volatile autem, & fixum huius ſemini mineralis notiſſima habere debeamus vt ea ſimul coniungere valeamus

Volatile & fixum ſunt cõnectenda ad arcanum vitæ perſequiendum.

quod capitulis ſequentibus declarabimus.

De volatili ſubſtantia ſeminis mineralis.

Capvt. X.

Semen minerale cum conſtet duplici ſubſtantia volatili vna, & altera fixa & conſtanti, nobis eſt demonſtrandum qualis ſit ſubſtantia illa volatilis, & an diſtinguatur ac differat à ſubſtantia fixa & conſtanti, quæ corpus eius dicitur, volatilis autem eſt eius ſpiritus, volatilis autem hæc ſubſtantia quæ ſpiritus ſeminis mineralis dicitur nullo pacto differt à ſubſtantia fixa, & permanenti quæ corpus eius dicitur ſunt enim corpus, & ſpiritus huius ſubſtantiæ vna, & eadem ſubſtantia differunt tantum volatilitate, & cruditate, nam ſubſtantia volatilis coctione tranſit in ſubſtantiam fixam, & permanentem, & fixa & permanens hæc, eadem ſubſtantia, poteſt fieri volatilis, & cruda, additione crudæ & volatilis ſubſtantiæ, & ſic inter ſe inuicem tranſmutari poſſunt, quod fieri non poſſet ſi inter ſe ſubſtantialiter differrent, & diſtinguerentur. Nullo pacto ergo differunt, &

Semen minerale conſtat duplici ſubſtantia volatili & fixa.

In ſemine minerali corpus & ſpiritus ſunt vna & eadẽ ſubſtantia.

diſtinguntur, componuntur ſiquidem hiſdem, & ſimilibus elementorum omnium ſubſtantijs. At in fixa, & permanenti ſubſtantia elementa fixa ſunt, & conſtantia, in volatili vero volatilia ſunt omnia elementa, quæ quidem coctione, & digeſtione fixa fieri poſſunt, & permanentia. Volatilis autem hæc ſuſtantia ſeminis mineralis apud chymicos Mercurius nuncupatur, qui quidem Mercurius ſummopere debet depurari, & diſtillatione attenuari, & coniunctione cum corpore ſuo, etiam depurato, & tenuiſſimo facto debet fixari vnde dicitur quod Mercurius debet fixari cum corpore ſuo fixo, & quod aliter fixari nequeat, quod tamen falſum eſt; nam coctione perueniri, & continua ſine additione corporis ſui poteſt fixari, nam partes volatiles Mercurij ſunt eiuſdem ſubſtantiæ ac partes fixæ, corporis ſui, nec differunt niſi cruditate & coctione, vnde ſi coquantur, fixæ fiunt & perit cruditas quæ volatilitatem agit, & manifeſtatur maturitas quæ in fixione conſiſtit, ſic ſpiritus ſeminis mineralis fit corpus; & vice verſa corpus fit ſpiritus. Spiritus autem huiuſce ſubſtantiæ mineralis nihil aliud eſt quã ſubtiliſſima aqua quæ reliqua omnia elemẽta in ſe continet, in gradu volatili, & in fixo, crudo & inmaturo, quæ quidem

Volatilis ſubſtantia ſeminis mineralis eſt Mercurius.

Cruditas volatilitaté facit in omni re.

Quid ſit Mercurius & ſpiritus in ſemine minerali.

elementa ſi coquantur matura fiunt, & cruditatem amittunt, & perfecte fixantur & conſtantia fiunt, & corporis naturam acquirunnatura integra, & vniuerſalis in rebus perficiendis omnibus, ſemper occupata eſt in coctione digeſtione, & muturitate, & depuratione illius Mercurij qui nihil aliud eſt vt diximus quam ſpiritus aquæ, cui inſunt reliquorum elementorũ, ſpiritus & tenuiſſimæ ſubſtãtiæ, quæ à chymicis dicuntur ſpiritus, & Mercurij aliјſque nominibus inſigniuntur varijs ac diuerſis vt Mercurij illius naturam, & eſſentiam non percipiant vulgare Philoſophi nam ſi penitus cognoſcerent aliter de natura ipſa Philoſopharentur, & non allucinarentur in cõpoſitione mixtorum, & in conſeruatione eorum at Deus ita permittit ne theſauri ſui in natura occulti impijs manifeſti fiant. Vt autem eius mercurij natura & eſſentia penitus cognoſcatur eius corpus eſt inueſtigandum poſtquam declaratus eſt eius ſpiritus, nam qui corpus illius mercurij ignorat, ignorat & eius ſpiritus & vices qui eius ſpiritus ignorat; ignorat & eius corpus, ſunt enim ambo vnius & eiuſdem eſſentiæ, & perinde non eſſet opus capitulum particulare, de mercurij corpore hic inferrem cum noto mercurij ſpiritu, noſcatur & eius corpus

Spiritus ſigno ratio ignorantur & corpus ſeminis mineralis.

nilhominus tamen cum experientia ipſa notum habeam, hæc omnia difficillima eſſe, & comprehendi non poſſe, ſine manifeſtiſſima amici declaratione vel Dei ipſius reuelatione, non timebo, vt antiqui Philoſophi quibus hoc arcanum notum fuit, timuerunt hoc arcanum manifeſtare qua poteſt declaratione vt chymiæ alumni fructum Alchymiæ percipere queant qui totus & integer pendet ab hac declaratione.

Alchymeia notio vnde dependeat.

De corpore fixo & permanenti ſeminis mineralis.

Capvt XI.

Corpus ſeminis mineralis quid ſit.

Corpus fixum, & permanens ſeminis mineralis eſt illud quod à chymicis antiquis dictum eſt ſulphur Sol ſal & aurum eorum, vnde clarum eſt, & manifeſtum aurum Philoſophorum non eſſe aurum vulgi, nec ſulphur nec Sol, nec eorum ſal, eſſe ſal commune & vulgare ſed quid aliud diuerſum, & diſtinctum ab alijs rebus vulgi communibus, nam hæc omnia ſcilicet ſulphur Philoſophorum, ſal, Sol, & aurum eorum ſunt vnum & idem, & inter ſe inuicem con-

uertunt hoc eſt ſulphur eſt aurum, & aurum eſt ſal, & ſal eſt Sol, & Sol eſt ſulphur ſal & aurum, & ſic vnum, & idem ſunt diuerſis nominibus enunciatum & id omne corpus fixum, & permanens ſeminis mineralis conſtituit, quod quidem componitur ex omnibus elementis fixis, & permanentibus, aqua ſcilicet in eo fixa eſt & perfectiſſime congelata, & conſtanter coagulata, ſpiritus eſt item in eo perfectiſſime fixus, & congelatur ſulphur, & oleum item eſt in eo abſolute congelatum, ſal item in eo perfecte coagulatum & fixum, & item terra in eo eſt abſolute fixa. Et ſic ex omnibus his quinque elementis, reſultat corpus illud ſeminis mineralis quod conſtituit in rerum natura corpus fixum & fluens vt metallum, quia in eo ſunt omnia elementa anatice mixta, & perfecte vnita, adeo vt terra non ſeparetur ab aqua, nec aqua à terra nec à cæteris elementis ſupra citatis nec cætera elementa ab ipſa aqua, & terra, ſed inuicem ſimul fixe cohæreant itaque conſtituunt corpus minerale fixum permanens, & fluens at metallum: fixa autem ſunt elementa omnia in ſemine minerali, propter perennem, & continuam coctionem ac digeſtionem quam perenniter paſta ſunt in eo in viſceribus terræ omnia elementa, fixationem enim acqui-

Aurum Philoſophorum ſal & ſulphur quid ſit

Corpus ſeminis mineralis ex quinque elemẽtis.

Corpus ſeminis mineralis, quare ſit fluens vt metallum.

runt ſola perenni coctione, volatilia enim ſunt, & vagantur per aerem donec tandem digeſtione perenni, & continua in viſceribus terræ figantur, & corporis ſuſcipiant naturam, & eſſentiam, quod in genere mineralium dicitur ſperma mineralium in centro ſui ſemen continens quod tennue eſt, & ſubtilius ipſo ſpermate, nam ſperma ſe habet veluti corpus & ſemen ſe habet veluti anima, in ſpermate contenta, & concluſa, totum ſpermatis corpus viuificans, & ad germinationem & productionem excitans: cuius viuificationis ope, & auxilio metalla omnia ex ſemine illo minerali producuntur, nec vllo pacto dubitandum eſt ſemē iſtud minerale, in rerum natura vere exiſtere, quamuis per ſe viſibile non ſit, & palpabile, niſi his ſolis qui naturam metallicam habent notam nam cum metalla per ſe viſibilia ſint, & palpabilia, & in fodinis ſuis per ſe realiter creſcant, & multiplicentur, hæc accretio, & multiplicatio fieri nullo pacto poteſt, ſine ſemine metallico, & minerali, cui ſol debetur accretio, & multiplicatio, metallorum & mineralium omnium, nec datur ſemen vllum, ſine ſpermate quod eſt ſeminis corpus, corpus ergo ſeminis mineralis, eſt minerale quoddam ſalis naturam, & eſſentiam redolens, fuſibi-

Anima in ſemine minerali quid.

Accretio metallorum ſine ſemine fieri non poteſt.

Corpus ſeminis mineralis quale ſit.

lis & fundentis ſulphuris naturam habēs & auri, vnde dicitur ſulphur, & aurum Philoſophorum, non vulgi.

An in ſemine minerali ſit virtus, & natura auri communis & vulgaris.

CAPVT XII.

CVm aurum naturaliter per ſe ex ſemine metallico producatur, nullo pacto inferre debemus in ſemine metallico latitare naturam auri, aurum enim non inde produci poſſet ſi auri ipſius natura non eſſet in centro ſeminis metallici implantata, nam veluti natura hominis & eſſentia, eſt implantata in ſemine humano: natura bruti & animalis cuiuſuis in ſemine animali, & natura vegetantis, in ſemine vegetanti, ſic natura auri & eſſentia, eſt occulta in ſemine auri & puri omnino, nec claudicanti cum ſimilitudine & quamuis animantium ſemina, diuidantur in maſculina & fœminina, quæ ad conceptionem ſe coniungi habent, vt inde animalia producantur, ſic etiam pari omnino ſimilitudine, ſemina metallica, diuiduntur in maſculina fœminina, quæ ad conceptionem me-

An natura auri latitet in ſemine metallico.

Omne ſemē diuiditur in maſculinum & fœmininum.

Semen maſculinum in metallis & fœmininum quale ſit.

tallorum ſe coniungi ſimul habent vt inde metalla producantur: ſemen enim maſculinum in metallis eſt corpus illud fixum ſeminis metallici, & ſemen fœmininum eſt corpus illud volatile ſeminis metallici, quod ſpiritus dicitur qui vere fœminæ vices agit vt corpus aliud fixum maſculi vices operatur, quæ ambo ſemina, maſculinum puta & fœmininum debent coniungi, vt inde metallum producatur, vel lapis inde Philoſophorum qui ad ſimilitudinem metallorum generari & produci debet, hæc omnia, ad ſimilitudinem generationis, & productionis humanæ vt moriemus ipſemet Eremita Romanus ſuo peculiari tractatu de lapide Philoſophorum aſſerit, & taſtatur his omnino verbis: hæc eſt enim huius diſpoſitionis directio, quæ ſcilicet hominis generationi aſſimilatur. Prima eſt coitus ſecunda conceptio, tertia pregnatio, quarta ortus, & quinta nutrimentum: ſi non fuerit, coitus non erit conceptio & ſi non fuerit conceptio non erit pregnatio, & ſi non fuerit prægnatio, ortus vllo modo non ſequetur, ſic ex ſententia Monieui Romani videmus, hoc arcanũ in natura produci ad ſimilitudinem generationis, & productionis ipſius hominis, & perinde in ipſo arcana eſſe ſemina, tum maſculina tum fœminina, quæ miſceri

Generatio lapidis Philoſophorũ ſit ad ſimilitudinem generationis hominis.

In generatione lapidis eſt coitus conceptio pregnatio ortus & nutrimentum.

nter ſe habent vt ſimul coeant & fiat in-
le conceptio, pregnatio ortus & inde
nutrimentum quod quidem arcanum ſic
nutritum, verum eſt aurum Philoſopho-
rum quod potentiam habet & virtutem
cætera metalla imperfecta & impura, in
veriſſimum aurum tranſmutandi, quod
quidem fieri nullo modo poteſt, quin ſe-
men iſtud metallicum ex quo illud ar-
canum conficitur, habent in ſe naturam
& eſſentiam veram auri, communis &
vulgaris cum omnia metalla imperfecta
in auri naturam veram conuertat.

Vnde concludere poſſumus, ſemen
minerale habere naturam & eſſentiam
auri communis & vulgaris, cum inde
fiat aurum commune & vulgare & inde
etiam fiat arcanum tantæ virtutis& ener-
giæ, vt inde metalla impura & imperfe-
cta in veriſſimum aurum tranſmuttentur
auro communi & vulgari melius, quia
ad vltimum purificationis gradum me-
talla impura, ex arcano perducantur.

Cõcluditur ſemẽ metallicum habere naturam auri & reliquorum metallorum.

Quare ex ſemine minerali metalla impura producantur cum in ſe habeat naturam auri cur inde non ſemper fiat aurum.

CAPVT XIII.

Cur ex ſemine auri impura ſæpe eneſcătur metalla.

NOnnullis mirum videtur, cur ex ſe mine minerali tum impura minera lia producantur & præſertim metalla c in ſemine illo minerali lateat auri natu & eſſentia, quæ cum pura ſit, purita ſpectat & perfectionem non imperfect onem, vnde aurum ſemper producè deberet. Hæc obiectio optima eſſet ſi ſen minerale & metallicum non inficęretu locis impuris quibus ineſt, veriſſimum quidem ſemen metallicum auri natura in ſe habere, quæ ſemper pura eſt: at d locis & matricibus includitur in quib coqui ac digeri debet in aurum, impe fectionem patitur, et impuritatem ſi m trix impura ſit et infecta, matrix aute impura fit et inficitur ab excrementis el torum deinde ab impura matrice, infic tur frelus qui in ea includitur, vnde ſ men minerale quamuis per ſe et ſpon ſua, tendat et inclinet ad aurum nilh minus tamen ſæpe ſæpius producit pl

bum aut aliquid aliud metallum impurũ & leproſum, quod leproſa & impura ſit matrix in qua digeritur ſemen illud metallicum, quod quamuis purum ſit, nilhominus tamen inficitur & contaminatur impuritate & lepra matricis ſuæ, ſic metalla impura & leproſa producuntur ab vno & eodem ſemine metallico, quod variatur & diſtinguitur impuritate varia & infectione matricis in qua recluditur vt digeratur & per coquatur in metallũ & ſecundum variam & diſtinctam matricis impuritatem & infectionem metalla varia impura & imperfecta producuntur, ſic plumbum ſtannum ferrum cuprum & argentum viuum generantur & enaſcuntur in varijs terræ ſedinis impuris & infectis: at ſi purum ſemen metallicum matrici puræ includatur, & claudatur matrix ne impurum aliquid aliud ingrediatur tunc temporis ſemen illud purũ in puro loco ſeu matrici digeritur & percoquitur in aurum purum, alioquin alteratur ſemen in impuris terræ locis & ſecundum variam & diſtinctam loci impuritatem enaſcuntur impura metalla: quod capitulis ſequentibus fiet manifeſtum.

Omnia metalla ab vno & eodem ſemine producuntur & aqua ratione varientur.

Quâ ratione ex ſemine minerali fiat plumbum.

CAPVT XIV.

Cur hic de metallis agendum ſit.

QVamuis in pauchymico noſtro peculiariter tractatum ſit de metallis omnibus & ſingulis, nilhominus tamen hic etiam de neceſſitate iterum tractare debemus; de metallis cum inibi de ſemine peculiariter metallico tractetur tãtum enim eſt ponderis tractatus hic de ſemine minerali & metallico, vt tota recte Alchymia ab hoc tractatu dependeat, qui enim recte nouerit ſemen minerale & metallicum & qui ipſum depurare nouerit, & ipſum purum factum percoquere ac digerere ſciuerit, illi certe manifeſtiſſima eſt tota Alchymia, & eius ſecreta omnia ſunt illi nota quo circa etſi repetatur multoties tractatus de ſemine minerali & metallico, ſemper aliquid noui declaratur, quod multum intereſt ad cognitionem illius ſeminis metallici & mineralis.

Tota Alchymia vnde dependeat.

Plumbum qua via naturaliter producatur

Plumbum ergo peculiariter producitur dum ſemen minerale ingreditur locũ vbi terra fœtida & nigra reperitur nigro ſulphure ac fœtido impregnata, ſemen

iſtud minerale permiſcetur huic ſulphuri nigro & fœtenti aduenit his omnibus influentia Saturni quæ hanc terram & ſemen peculiariter diſponit ad plumbi naturam induendam ſic dum coquitur ac digeritur hoc ſemen metallicum & minerale ſulphure fœtenti & nigro impregnatum influentia Saturni planetæ imbutum determinatur tandem in plumbum itaque prima ſeminis metallici digeſtio, & coctio, cum impuris & fœculentis ſulphuribus eſt in plumbi generatione: ſi enim magis coquatur ac digeratur & digeſtione illa purificetur à ſulphuribus fœculentis fit ſecunda digeſtio & coctio plumbi albi, quod dicitur ſtannum modo adueniat his digeſtionibus Iouis influentia, quæ peculiariter diſponit hanc materiam, & ſubſtantiam in ſtannum verum vt ſequenti capite fiet clariſſimum, Stannũ qua via ex plumbo fiat & producatur

Quo modo ex ſemine minerali producatur ſtannum.

CAPVT. XV.

STannum ab eodem ſemine & ſpermate, metallico producitur ac plumbum, ſed differunt puritate ſeminis metallici Stannum & plumbum qua ratoine, differant.

& influentia planetæ, quæ in plumbo eſt Saturnus in ſtanno vero eſt Iupiter, vnde ſtannum dicitur Iupiter, vt plumbum dicitur Saturnus, quod hi planetæ his metallicis productionibus dominentur, & peculiarem influxum ſuum & radium influant & impertiant, quod enim determinat & vt ita dicam indiuiduat, ſunt influxus & radij peculiares planetarum & cœleſtium ſtellarum hinc enim formę peculiares & determinatæ oriuntur, vnde pendet determinatio, & indiuiduatio, & in phyſicis noſtris amplius & fortius declarabimus: Iam vero ſtannum peculiariter producitur & determinatur ab influxu & radio Iouis, qui mercurium ſeu ſemen minerale metallicum peculiari terræ introductum albæ & ſulphure albo inpregnatæ, non fixo & non perfecte puro, peculiari lucis ſuæ radio determinat coquendo & digerendo ipſum mercuriũ in ſtannum cum ſuo ſulpure albo non perfecte puro, ſed purius eſt iſtud ſulphur quod coagulat ſemen iſtud metallicum in ſtannum, quam ſit ſulphur album: quod coagulat idem ſemen in plũbum vnde differunt plumbum & ſtannum puritate & perfectione, non ſubſtãtia radicali, materiali, prima nam formali differunt cum forma eorum metallorum ex fonte cœleſti vario ac diſtincto,

quare ſtannum dicatur Iupiter & plumbũ dicatur Saturnus.

Stannum qua via fiat & producatur.

ſcaturiginem habeat qui ex eadem materia diuerſas formas educit eandem ipſam vnicam & eandem materiam varie diſponendo & diſtincte agendo in ipſam nam ſic agentia varia ac diuerſa, ex eadem & vnica ſubſtantia & materia, varias educunt formas & indiuidua hinc diſtincta producuntur, ſic ſtannum & plumbũ varia ac diſtincta metalla, ab vna & eadem materia & ſimili, & eodem ſemine metallico varijs agentibus ac diſtinctis producuntur, & generantur, & ſi inter ſe naturaliter & artificialiter tranſmutentur, perit eorum forma, & introducitur & aduenit peculiaris forma tranſmutantis & perit forma tranſmutati, dum purificatur eius natura, & ad altiorem gradũ aſcendit perfectionis, & ſic dum plumbum tranſmutatur in ſtannum, perit plumbi forma, & pereunt Saturni diſpoſitiones in tali ſemine: & materia, & introducuntur Iouis diſpoſitiones in eodẽ ſemine, & natura dum coctione ac digeſtione perficitur, & purificatur materia & ſemen metallicum in tali tranſmutatione, & e contra, omnia hæc contrario eueniunt dum ſtannum mutatur in plumbum pereunt Iouis diſpoſitiones in ipſo ſemine, & perfectiones, & introducuntur Saturni diſpoſitiones dum natura inficitur, & maculatur, indigeſtione, &

Qua viá metalla impura naturaliter inter ſe traſmutentur.

cruditate, in iſta tranſmutatione.

Quomodo fiat, & generetur ferrum naturaliter ex ſemine minerali & metallico.

CAPVT XVI.

Ferrum qua via naturali producatur.

FErrum generatur ac producitur virtute, & influentia martis planetæ dũ ſemen minerale impregnatur illa influentia, & ſic impregnatum includitur in aliquo loco ſeu matrice vbi terra ſulphure albo impuro fixo impregnantur, & ſic coquitur ac digeritur ſemen illud minerale cum terra illa pingui impura, & ſulphure illo fixo impuro impregnata in ferrum ſeu in fodinam ferri, ex qua violentiſſimo igne eliquatur ferrum malleabile & ad vſus noſtros varios, & commodos aptum, ex quo tam varia inſtrumenta perficiuntur, vt maiora, & vtiliora non poſſint perfici, ex vllo alio metallorum, ita vt vtilitate, & vſu humano vincat ipſum aurum, & argentum, & in Medicina multum prodeſt, ex illo ſiquidẽ parantur multa medicamenta, quæ ſanitati conſeruandæ ſummopere proſunt & per ſe etiam nulla preparatione quam

Vtilitas ferri ad vſus humanos.

limatura, & tenuitate ſuæ ſubſtantiæ ſummopere prodeſt, & confert virginibus menſtruas purgationes non habentibus, in quibus perſiſtere nequeunt mulieres in ſanitate, vnde dicere poſſumus mulieres viuere non poſſe ſine ferro, & marte, vnde fabuloſè narratur, martē amicum eſſe, & àmaſium ipſius veneris, vnde etiam naturaliter & artificialiter facili via, & methodo tranſmutatur ferrum in cuprum ſeu mars in venerem, quòd natura & eſſentia ſeminis ferrei facili via induat qualitates cupri, & veneris, vt enim mars, & Venus planetæ facile conueniunt, & amici ſunt inter ſe, nec inter ſe contrariantur ſed inuicem augent ſuas virtutes, & influentias, adeo vt efficaciores ſint ſimul coniuncti quam ſeparati, ſic etiam ferrum ipſum in terris correſpondet planetæ; mars facile conuenit, & amicatur vt ita dicā cum cupro, quod terris veneri reſpondet, ſic ferrum facile conuertitur in cuprum propter amicitiam quam interſe habent quare autem cuprum ſympathiā habeat cum ferro ſequenti capite demoſtrabitur dum eius generatio, & productio declarabitur.

Ferrū in cuprum facili via mutatur.

Mars & venus amici planetæ.

Quo modo producatur ex ſemine minerali cuprum.

CAPVT XVII.

Cuprum qua via naturali producatur.

CVprum producitur in fodinis terræ dum ſemen metallicum fodinis includitur in quibus reperitur terra vitriolata, quæ eſt ſulpure viridi impuro impregnata, cui ſuperuenit influentia veneris planetæ cœleſtis, qui radijs ſuis & influentijs terram hanc vitriolatam ſulphure uiridi impregnatam digerit ac coquit vna cum naturali terræ calore in cuprum ſeu in fodinam terream cupri, vbi clariſſime conſpicitur viriditas illa ſuplhuris vitriolati, & vitrio lum ipſum: Vnde ex ſulphure communi aduſtibili lapides ipſi, & ipſum ferrum ſi cum ſuphure illo cõmuni adurantur, & calcinentur, inde fit vitriolum verum, & laudabile: quod ſi fortiſſimo igne fundetur, & liquetur inde eliquatur, & perfunditur verum, & legitimum cuprũ: quod quidem teſtatur, & confirmat, generationem, & productionem cupri fieri ex terra vitriolata sulphure viridi impuro impregnata, aduenienti veneris

planetæ influentia, quæ ſemper præſto eſt, modo materia ſit diſpoſita, ad qualitates illas venereas ſuſcipiendas, diſponitur autem hæc terra facili via ab influentia cœleſti veneris, cum ſit vitriolata nam vitriolum habet omnes diſpoſitiones quas habere debet ad cuprum producendum, & nonnulli ſunt chymicorum qui aſſerunt vitriolum eſſe ſemen immediatum cupri, ex quo cuprum naturaliter producitur in fodinis terræ: quod quidem verum eſt, modo ſemen minerale, & metallicum ſit ſemper materia immediate ex qua producitur vitriolum; nam primo oportet vt ſemen minerale fiat vitriolum, & ex terra deinde vitrioli facile eliquatur cuprum, cum in terra illa natura cupri & eſſentia reperiatur, nam alioquin vitriolum eſſet ſemen metallicum, quod erroneum eſt imo vitriolum generatur ex ſemine metallico, & ſemen metallicum & vitriolum differunt, tanquam pater, & filius, nam vitriolum productum eſt, ex ſemine minerali, & metallico, & ſi ferrum, & cuprum reperiantur in terra vitrioli, non inde arguitur vitriolum eſſe ferri, & cupri ſemen ſed ſemen metallicum ad cupri & ferri naturam diſpoſitum reperiri in terra vitrioli vnde eliquatur deinde forti igne ferrum, & cu-

Vitriolum quavia ſit prima natura & ſemen metallorum

Vitriolum generatur ex ſemine minerali.

prum, ſic declarantur errores eorum, & mei ipſius dum in palladio meo aſſerui vitriolum eſſe primam materiam, & ſemen metallorum omnium quod quidem falſum eſt, & erroris plenum, perinde iam ſenior factus muto ſententiā & mecum quæſo mutent omnes chymiæ alumni & candidati, & ſic colligitur ſympathia ferri & cupri cum ab vna natura vitriolata producantur.

Error authoris corrigitur.

Qua via producatur argentum viuum ex ſemine minerali & metallico.

Capvt XVIII.

Argentum viuum vt producatur.

ARgentum viuum ex ſemine minerali, metallico producitur, & generatur dum ſemen minerale includitur aliquo terreo loco puro & limpido, humido, frigido vbi terra albiſſima eſt, & puriſſima ſulphure albo puro impregnata, cum puriſſima aqua, ita vt teneant ambo pondus æquale in ipſa argenti viui compoſitione, & generatione, aqua nō præualet terræ, nec terra aquæ, ſic non ſiccatur vt figatur, & coaguletur argentum viuum, nec humectatur vt madidet, ſed fluit vt aqua, nec humectat & ſiccum eſt corpus, & tamen fluit, &

currit ſuperficialiter , ſuperficiei non adhærendo, hinc materiæ ſic diſpoſitæ inter currit influentia cuiuſcunque planetæ qui hanc materiam, & ſubſtantiã diſponit coquendo ac digerendo ipſam calore centrali terræ, t ſui ipſius in argentum viuum, quod quidem metallum eſt vt & reliqua metalla ſunt, & eodem ſimili metallico ſemine productum ac generatum &, reliqua metalla producta ſunt ,nec eſt ſemen metallcum vt putant nonnulli chymicorum dum legunt in ſcriptis antiquorum Philoſophorum argentum uiuum eſſe materiam primam ſeu feluem metallorum omnium quod quidem argentum viuum non eſt iſtud argentum viuum de quo hic habetur ſermo , ſed eſt aliud ; quod vere non fluit ſuper planam ſuperficiem ſuperficiei non adhærendo , vt iſtud argentum viuũ quamuis ſit ex ſimili ſubſtantia producta , non tamen omnino ſimili, & eadem , nam in compoſitione iſtius Mercurij , & argenti viui terræ qualitas & virtus vincit qualitatem , & virtutem aquæ unde iſtud argentum viuum eſt quid ſiccum , & coagulatum & naturam ſalis cuiuſdam naturalis ſapit, & redolet, unde magna eſt differentia inter hunc Mercurium , qui verum eſt & legitimũ metallòrum omnium , & ipſius argenti

Argentum viuum commune non eſt ſemen metallicum

Differentia argenti viui Philoſophorum & communis.

viuiſemen, & inter argentum viuum quod mineratur inter metalla, quod generatur, & producitur ex ſemine communi metallico & minerali. ſic qui nouit hanc differentiam non ſumit ſemen metallorum pro argento viuo communi & vulgari eſt enim iſtud còrpus metallicum aliud vero ſpiritus verus habens autem ſimilem. & fere eādem generationē ſed purius valde eſt ſemen noſtrum iſtud ex quo componuntur metalla, quam argentum commune, & vulgare quod multum eſt impurius, dicuntur tamen ambo mercurius, & argentum viuum, ſed hic noſter dicitur mercurius & argentum viuum Philoſophorum, alius vero mercurius vulgi, & argentum viuum cōmune, & vulgare. Quare chymiæ candidate, hic prudens eſto, & cautus nam tota ſecreta Alchymiæ ab hoc argento viuo Philoſophorum depedent in electione ergo ſis valde cautus.

Argentum viuum commune eſt corpus metallicum argentum vero viuum Philoſophorum eſt ſpiritus.

Quo modo argentum commune & vulgare fiat ex ſemine minerali.

Capvt XVIV.

Argentum commune, & vulgare producitur, & generatur in fodinis terræ, quando ſemen minerale, & metalicum includitur in aliquo loco puro, & nitido vbi eſt terra pura ſulpure albo puro & fixo impregnata, his omnibus aduenit influentia Lunæ cœleſtis, quæ ſuis radijs, & influxibus, terram hanc coquit ac digerit ac digerendo diſponit ad argenti naturam, & eſſentiam ſic ex terra illa igne fortiſſimo eliquatur argentum, quod ſæpe ſæpius habet admixtum plumbum, quod ſulphur impurum, & infixum admixtum ſit huic terræ, quod quidem ſulphur ſucceſſione temporis depuratur, & fixatur coquendo, & digerendo ſic vena, & fodina illius terræ impurę depuratur, & tandem omnino in purum argentum conuertitur ſic varia & diſtincta metalla depurantur, & fiunt tandem viuum ſimplex, & purum metallum vt quotidie experientia comprobatur, in fodinis quæ in principio dum apperiuntur imperfectæ ſunt quæque ſi claudantur tandem ſucceſſu temporis

Argentum qua via naturali producatur.

Fodinæ terræ impuræ digeſtione purificantur & perficiuntur.

Intra quingẽtos annos perficitur argentum in fodinis terræ.

perficiuntur quia ſemper depurantur terræ, & ſemel metallicum etiam depuratur, aſcenſione, & ſublimatione perenni, quam patitur in poris terræ, ſic perficitur argentum via naturali ex ſemine minerali, & metallico, intra quingentos annos, quia leuis eſt & paruus calor terræ; & cœleſtis, quibus decoquitur, & digeritur ſemen illud metallicũ, ex quo progignitur argentum, quod ſi fortior, & potentior eſſet gradus caloris quo digeritur ſemen citius etiam, & fere intra decem annos perficeretur argẽtum, vt teſtari poſſunt qui coctionem ſeminis metallici perfecte depurati ad perfectionem conducere norunt, vt eo perfecte cocto metalla reliqua imperfecta, & impura & cruda perficere depurare, & perfecte coquere ſciant.

Impura metalla citiſſime perficiuntur lapide Philoſophorum.

Quo modo aurum commune & vulgare producatur in fodinis terræ ex ſemine metallico.

Capvt XX.

Aurum cõmune & vulgare qua via naturali fiat.

AVrum cõmune & vulgare in fodinis terræ producitur ex ſemine metallico, quando ſemen metallicum purũ

& ſummopere depuratum includitur loco aliquo puro & nitido, cui terra eſt pura & ſummopere depurata, cui ineſt ſulphur rubeum fixum ac nitidum & radians, his omnibus aduenit influentia & radius ſolis, qui omnia hæc pura & nitida coquit et digerit in puram ac nitidam ſubſtantiam auri, et ſic aurum excoquitur ex ſemine metallico, in fodinis terræ aureis ſpatio vt termino annorum mille et ſententia quorumdam philoſophorum et ſecundum alios intra quingentos, in locis vbi calor ſolis viget, vt in zona torrida vbi calor ſolis et influentia fortior eſt, quam in alijs terræ locis vbi radius ſolis indirecte vibratur in terram vt in zonis temperatis et frigidis, in zona vero torrida perpendiculariter deſcendunt radij ſolis in eam; in eaque, etiam zona torrida citius excoquuntur metalla in eius fodinis, quam in reliquis terræ locis vnde etiam copioſiora exportantur metalla, & præcipue aurum quam ex reliquis omnibus terræ fodinis, vnde excogitaruut antiqui chymici ſemen metallicum purum & nitidum ab omni excremento metallico liberatum auro comuni impregnatum et in eo ſolutum citius excoquere, aucto calore artificiali adeo vt naturalem non excedat et æquipolleat calori ſolis in menſe Iulij, eo ipſo natu-

Aurum perficitur fodinis terræ intra annos mille.

In zona torrida citius perficiuutur metalla quã in reliquis terræ locis,

Auri Philoſophorũ virtutes & proprietates.

rali calore et vitali ſemen iſtud metallicum purum factum & auri cõmunis eſſentia delibutum intra aurum coxerunt et perfecerunt non in aurum comune et vulgare, ſed in aurum Philoſophorum quod habet potentiam et energiam cætera metalla impura et imperfecta perficiendi, in verum aurum & habet adhuc potentiam & virtutem, omnes naturæ defectus tollendi tam in animali genere, quam in vegetabili & minerali vnde non ſolum metalla & lapides impuri & imperfecti, perficiuntur, & conducuntur ad perfectionem vltimam ſui generis ſed etiam animalia omnia & vegetabilia, ad vltimam perfectionem conducuntur & ſic curantur perfecte ab omnibus morbis ſuis, & defectibus eo ipſo arcano minerali, quod ſemine minerali ſeu metallico perfecte depurato & auro communi in eo ſemine ſoluto conſtat, & perficitur his ſolis duabus ſubſtantijs, ex vnica radice & forte exortis & hauſtis ita vt duæ hæ ſubſtantiæ, vnam tantum coſtituant ſubſtantiam, & vere coctione ſola in vnam ſubſtantiam reducantur.

Arcanum minerale quibus conſtat.

Concluſio huiuſce tractatus.

Capvt Vltimum.

TRactatum hunc peculiarem de ſemine minerali & metallico, hic apponendum & collocandum cenſuimus, quod chymiæ candidati & alumni abſque ipſo perfectiſſime noto ſemine minerali, et eius virtute et energia perfectiſſime nota tractatum ſequentem de morbis curandis intelligere nequeant neque ad effectum et practicam reducere queant cum ex ſeminis mineralis virtute et energia morborum omnium cura dependeat, tanquam ex fonte naturæ ex quo ſolo curas defectum totius naturæ depēdere aſſerimus non ſolum hoc in tractatu ſed paſſim in omnibus libris noſtris, quandiu typis excuſis et in lucem editis quod ſi metallorum omnium naturas et eſſentias hoc etiam in tractatu peculiariter appoſuerimus, hoc conſulto factum eſt vt chymiæ candidati metallorū eſſentias virtutes et energias extrahere et elicere ſciant ac pernoſcant nam in metallis et lapidibus pretioſis et alijs natura fortior eſt, et potentior, quam in regno

Cur tractatus de ſemine minerali hic apponatur.

Cura morborum vnde dependeat.

Ex metallis & lapidibus eliciuntur mira medicamenta.

animali et vegetabili vnde ex metallis et mineralibus omnibus elici poſſunt medicamenta fortiſſima et potentiſſima ad curandos omnes morbos, hæ autem eſſẽtiæ, et medicamenta ex metallis et mineralibus extrahi et elici nequeunt niſi ſimili, & radicali ſubſtantia, ex qua conficiuntur, & componuntur ipſa metalla, & mineralia in vtero materno; his ita de cauſis declaraui manifeſtiſſime metallorum, & mineralium omnium ſemen, & primam materiam ex qua natura in terræ antris componit hæc metalla, & mineralia, vt inde nota eorum omnium prima materia, et ſemen ſciant chymiæ candidati, et diſcant, qua via, et methodo reducenda ſint metalla et mineralia cuncta, in primam materiam, cum ipſorum prima materia, nam alia via eorum eſſentiam virtutes, et proprietates ex orco in lucem educere non poſſumus, quia ſemper remanent in eorum corpore, tanquã in tenebris, et orco ſepultæ: gratias enim quammaximas mihi agere debent Alchymiæ candidati et alumni cum nemo ante me clarius hæc docuerit, et demonſtrauit: tractatũ de lapidibus pretioſis hic etiam apponere poteram, ſed tractatus hic de metallis ſufficit, nam eodem conſtant ſemine metalla, & lapides, hæc ſola eſt differẽ-

Ex metallis, & lapidibus eliciuntur mira medicamenta.

Nemo perfectè declarauit chymię ſubiectum.

tia, inter lapides, & metalla, quod plus ſalis, & terræ ſit in ſemine lapidum quam in ſemine metallorum, & plus olei ſpiritus & aquæ in metallis quam in lapidibus. Et ſic facillime colligent Alchymiæ alumni qua via reducendi erunt lapides pretioſi in materiam eorum primũ ex ſemine minerali quia lapidum omnium prima natura latet in ſemine minerali, & cum eo omnes lapides pretioſi vere reducuntur in primam materiam, & ſic lapidum omnium virtute, & proprietates manifeſtæ fiunt: & ſic habetur arcanum lapidum omnium pretioſorum quo miranda fiunt in curandis morbis omnibus, & quo nihil eſt præſtantius in vita proroganda, vt enim humidum radicale lapidum perenne eſt, & incorruptibile, ſi noſtro humido radicali alterabili, & corruptibili aſſocietur, durabilius, & perenius efficitur ſic vita noſtra in longiſſimos annos protrahitur inalterabilis, & incorruptibilis, & ſic à morbis fere omnibus litera conſeruatur. Et ſic habes amice lector quod deſiderari & haberi hac in vita poteſt vt vita humana fœliciſſime, & tutiſſime ac iucundiſſime tranſigi queat qui enim à morbis liber eſt omnibus, & longiſſime viuit, & diuitias poſſidet ingentes, & inexhauſtas & Deum noſcit & amat fe-

Quæ differẽtia ſit inter metalla & lapides.

Lapidem omniũ prima natura qualis.

Quare arcanum metallorum & lapidum valeat ad vitam prorogandã.

Fœlix & beatus quis in hæc vita habeatur.

re fœlix , & beatus eſt in hac rerum ſerie, hæc autem habet, & poſſidet qui ſemen minerale ſeu metallicum notum habet, & ad perfectionem conducere nouit quod ſolo hoc in tractatu perdocetur & perfectiſſime declaratur, vt chymiæ alumni, & candidati percipiant quantum valeat, & poſſit Alchymia, ad beandam vitam humanam ſuper omnes alias ſcientias naturales, & nihilominus tamen vilipenditur à multis qui ſe Philoſophi, & docti in cognitionē naturæ ſe exiſtimant, in rei veritate tamen ignariſſimi ſunt & indocti, & hac in parte vulgares oculos habent, & mentem ac iudicium vulgare cum nihil extra vulgi mentem ſapiant ac percipere queant: quicquid enim occultum eſt in rerum natura, & oculos vulgi fugit, aſſerunt non eſſe nec exiſtere in rerum ſerie, quia non eſt viſibile, & palpabile, & perinde ſecretiora & pulchriora naturę ipſi negant cum illis viſibilia non ſint, & palpabilia, quod tamen eorum arguit inſipientiam, cum ſecretiora, & pulchriora naturæ occulta ſint & perinde inuiſibilia ſint, & impalpabilia, & ſolis oculis mentis percipiuntur cum in ſpiritu eorum naturali, qui omnino inuiſibilis, & impalpabilis eſt, conſiſtat eorũ omnium virtus, proprietas, & energia,

& non

& non in eorum corpore, quod tegumẽtum eſt & vmbra illius ſpiritus, quod quidem corpus ſine ſpiritu mortuum eſt omnino, & ſolus ſpiritus eſt actionis principium, & cum eſt ſolus & ſeparatus à corpore aut ſaltem tenui in corpore, & ſubtili incluſus, habet energias infinitas & incredibiles. vnde credere non poſſunt qui hæc ignorant ſed vos chymiæ candidati credite, operamini, & gaudebitis & ſinite alios errare.

FINIS.

MORBORVM OMNIVM DIAGNOSIM PROGNOSIM, ET THERAPOCAM iucundam certam & tutam complectens.

OPVS CERTE NOVVM ET ADhuc in hoc ſæculo in auditum in quo Medicinæ errores deteguntur, & vndenam morbi incurabiles fiant & facti ſint manifeſtatur.

OPVS PHILOSOPHI, MEDICIS, ET ſpagyricæ artis alumnis, & candidatis gratiſſimum & miſeris ægrotis omnibus vtiliſſimum.

Authore PETRO IOANNE FABRO *Doctore Medico Regio Monpelienſe, Caſtrinouidarrij Tectoſagum ortus.*

PRÆFATIO
AD
VNIVERSITATES MEDICINAE totius orbis.

TRIGINTA certé annis cæcus omnino fui in curatione morborum nihil iucundi certi & tuti inuenire potui, quamuis Hippocratem & Galenum diu noctuque peruoluerem toto hoc tringinta annorum ſpatio, & anatomicis operibus vacarem vt diſſectis cadaueribus multis tũ

humanis, tum brutis diſſernere poſſem & inuenire, cauſas efficientes, & materiales morborum nullibi tamen inuenire potui focos, & nidos humorum putrentium nullibi inueni pituitam putrem, nec vtramque bilem putredini labe contaminatam nullibi locorum in homine ſano, nec in ægrotante reperire potui. Quod ſi aliquando vomitu deÿciatur aliquid viſcoſi, & tenacis humoris & glutinoſi liquaminis, amari guſtus & flaui coloris acidique ſaporis, & nigri caloris, nihilominus tamen pituitæ naturam, & bilis vtriuſque indolem, & proſapiam, non ſapere illud certisſimum eſt, cum hæc omnia excrementa ſint coctionis ventriculi, & deprauati chyli & alterati redoleant veram naturam, addo quod nec chylus in ventriculo nec ſanguis in hepate, posſint quatripartiri in quatuor diuerſos humores eſſentialiter differentes, quod hepar et ventriculus ſint partes ſimilares, & homogeneæ, ſimplici calore vitali delibutæ ſint vt ventriculus alimenta varia ac diſtincta coquat digerat ac conuertat in vnum chylum ſimplicem, & homogeneum non disſimilarem, & vt pariter hepar coquat

In ventriculo non fiunt quatuor humores

digerat ac conuertat chylum ventriculi, per venas meſenterij illi demandatum in ſanguinem ſimplicem, & homogeneum vt inde partes ſimilares & ſimplices nutriantur, & conſeruentur alimento ſimplici & homogeneo ſanguineo. Vndenam ergo exorietur pituita & vtraque bilis in ſanguine, ſi chylus ex quo ſit ſanguis ſit ſimplex, & homogeneus, & ſanguis pariter ſit ſimplex & homogeneus à parte ſimplici nempe hepate, & calore vitali ſimplici, & vnico elaboratus: fortaſſe dum emittitur ſanguis ex venis, hi diuerſi ac varii humores colliguntur, quod ſanguis dum frigeſcit hos humores oſtendat ac ex centro ſuo patefaciat, & inibi contineri ac coerceri declaret: ignorantibus & vulgi hominibus hoc inculcari poſſet; nihilominus tamen, ſanguis dum frigeſcit, & extenuatus eſt, ſtatim putreſcit, & labitur in corruptionem vnde per putrefactionem ſuam degenerat ex homogeneitate ſua, & ſimplicitate, & alteratur in varias res quæ nullam ſimilitudinem habent cum pituita, & vtraque bile nec vllam eorum humorum ſapiunt indolem & naturam. Primo aqua illa quæ

Aqua ſuper natãs ſãgui-ni miſto, non eſt bilis

ſæpe ſæpius ſupernatat ſanguini emiſſo, & frigefacto, flaui coloris, & aliquando lactei coloris, non ſapit bilis flauæ naturam, cum nullas habeat bilis qualitates, & conditiones præter colorem, non amaricat primo, imo dulcius eſt, at inſipida ſaltem, nec igneæ eſt indolis nullo pacto calida eſt ſed potius eſt vereſrigida, vt experienti cuilibet fiet clarum; curat enim ſcabiem ſimplicem, & demulcet pruritum ſcabiei ſimplicis vnde colligitur non redolere naturam bilis, quia ſcabiem vrgeret, & pruritum illius, cum bilis ſit cauſa materialis ſcabiei, ex communi illa ſententia fæx nigra quæ fundum petit emiſſi ſanguinis, minus adhuc ſapit eſſentiã melancholici humoris, & atræ bilis, non enim aceſcit nec terræ ſapit naturam, non enim ſicca eſt & frigida, imo calida & humida eſt, ſaliſque naturam potius ſapit quam alterius alicuius rei indolem, cum ibi multum ſalis fixi & volatilis reperiatur fibræ autem quorum beneficio coagulatur ſanguis emiſſus, pituitæ tribui nequeunt, cum non eius eſſentiam redoleãt non enim quid aqueum ſapiunt, ſed potius igneum, & terreum, cum coagulatio &

Fæx ſanguinis dum ſanguis frigeſcit non eſt melancholicus humor.

Fibræ ſanguinis non ſunt pituita.

induratio dependeat, ex calore & ſiccitare, nec etiam perinde arguendum eſt ſanguis emiſſus abit in hos humores in aquã flauã viridẽ lacteã fibras, & terreum quid & nigrum, ergo illa ſunt & continentur in ſanguine intra venas conſeruato, quia hæc oriuntur ex putrefactione, & alteratione ſanguinis emisſi, qui dum alteratur & corrumpitur, abit in res varias ac diſtinctas, ſecundum alterationis & corruptionis ſuæ varias teſſeras, hoc enim eſt proprium, & innatum corruptionis, & alterationis, mutare corruptum & alteratum in varias & diſtinctas ſubſtantias ab ipſo corrupto & alterato diuerſas. Alioquin corruptum & alteratum non corrumperetur & alteraretur, non enim hæc eſt optima conſequentia ſãguis mutatur in pus in tumoribus, & abſcesſibus ergo pus eſt in ſanguine. ſanguis mutatur in lac in mãmis, ergo lac eſt in ſanguine: hæc Entimemata *ridicula ſunt, videte ergo & meditamini quæſo ô viri ſapientes, quantum ſit erroris ſanguinem humanum quadripartitum conſtituere, quòd in quatuor diuerſos humores abeat, per ſui ipſius corruptionem, & alterationem poſt emiſ-*

ſtonem ſuam, nam millenos inde colligerentur eſſe liquores in ſanguine, quia in millenos & vltra poteſt mutari liquores, per ſui varias ac diſtinctas corruptiones adde quod ſanguinis ortus non eſt ex his in quæ reſolutus mutari poteſt ſi ergo non ſint humores quatuor in ſanguine & ſanguis ſit ſimplex & homogeneus liquor alimentitius quo partes ſimpliciter nutriuntur, & conſeruantur nullus ergo inde erit morbus ex pituita, nec vllus effectus præter naturam, ex vtraque bile, nec vllus item ex ſanguine, cum ſanguis vt alimentum ſimplex & homogeneum, & laudatum nullos præter naturam morbos producere queat, ſi producat autem neceſſe eſt vt alteretur & degeneret à ſua natura, & conditione, itaque non erit ſanguis, ſed quid aliud. Quid ſit autẽ iſtud aliud in quod sãguis degenerari poteſt iam nobis erit inquirendum vt morborũ eſſentiam & naturam patefacere valeamus, & an Medici antiqui & patres noſtri errare potuerint, perquirere valeamus, non enim in votis habeo errores antiquorum medicorum in tantum perſequi vt eos ipſos vilipendam, & faſtu quodã

Nullus morbus eſt ex pituita nec ex aliis humoribus.

me ſublimem, at antiquos humanos eſſe, & humani nihil alienum ab ipſis fuiſſe & perinde errare potuiſſe, & me ipſum etiam perinde, vt humanum errare poſſe, & rogare omnes poſt me veniales errores meos corrigere velle, vt tandem cognitio naturæ abſoluta fiat, & integra, & hinc exſurgat Medicina perfecta, in laudem & gloriam Dei omnipotentis, & vtilitatem proximi noſtri, in cognitione enim naturæ plus rationi eſt condonandum & experientiæ, quam authoritati, perinde ſi rationes meæ, & experientiæ non optimæ videantur, trutinentur & ponderentur diſquiſitione naturali, vt ſi quid falſi continere videantur reijciantur omnino & eliminentur prorſus ab ſcholis: quod ſi vero probæ experiantur quidni ampexabuntur & tutabuntur.

In ſingulis ergo morbis diſquirendis refutabimus quatuor illos humores in alimento noſtro hepatico fictitie contentos ex quibus putrefactis morbos oriri omnes tota falſo credidit antiquitas & oſtendemus clare admodum quid ſit illud præternaturam in quod degenerat alimentum noſtrū errat enim ſæpe ſæpius natura noſtra in

Error magnus totius antiquitatis.

in coctione & digeſtione alimenti ſui, ex quo errore fiunt illa præter naturam ex quibus fiunt morbi, vt ſingulis capitulis fiet clarisſimum ſingulos morbos perquirendo: opus quidem Herculeum eſt, & humeris meis impar in magnis tamen voluiſſe ſat eſt, venient poſt me quamplurimi qui inuentis his lucem addent maiorẽ & ſic perficietur Deo fabente Ars medendi in ſolatium miſerorum hominum ægrotantium, quod quidem ſummopere eſt exoptandum & pro tanto beneficio Deum orandum, nec mihi imprecandum, quod ſtudio & opere hæc clara facere contendã & manifeſta in lucẽ promere, omni conatu enitar, vt veritas naturæ, & lumen omnibus eluceſcat, & tenebræ antiquorũ ethnicorũ penitus euaneſcant hoc enim in ſæculo gratiæ, & benedictionis chriſtianæ potius fieri & euenire neceſſe eſt quã in prætentis & huiſce maledictionis tẽporibus.

DE CEPHALALGIA SEV DOLORE CAPITIS.

CAPVT I.

OMNES totius antiquitatis Medici, & recentiores etiam omnes quotquot ſunt dolorem capitis omnem ortum ducere ex intemperie, vel ſolutione continui ſuſtinuerunt & adhuc mordicus ſubſtinent, nihilominus tamen nihil falſius ſcribi poteſt nec doceri, intemperies enim nec frigida nec humida nec ſicca nec compoſita poteſt vllo pacto tam cito introduci in partes capi-

Dolor capitis non eſt ab intemperie vlla.

tis : nec ab his tolli ac reuelli , quam cito introducitur dolore quamque cito tollitur , ac reuellitur ab hiſdem partibus. Secundo dolor eſt in ſubiecto ſenſibili , & ſentiente hoc eſt in ſpiritu vitali qui totum caput, ac partes eius proprie & immediate ſenſibiles facit , eo enim ablato nullatenus ſentiunt partes capitis , nec corporis , atqui in ſpiritum vere ſenſibilem & ſentientem nulla cadere poteſt intemperies, abſque totali ſui deſtructione ergo nulla intēperies capitis dolorem agere poteſt. Addam quod intemperies nulla poſſit ſubito introduci ſed pedetentim ac ſenſim , & cum ſenſim ac pedetentim introducatur : tunc temporis natura aſſueſcit gradus illos caliditatis vel ſiccitatis , vel humiditatis vel frigiditatis & perinde non ſentit hos gradus, vt patet in introductione febris hecticæ , & in apoplexia , & in mania vbi nullus eſt dolor & tamen in his capitis morbis , caput maximam induit inremperiem. Ex his rationibus patet dolorem capitis non prouenire ex intemperie cui quidem etiam non proprium eſt & innatum dolere , ſed ſi ſit intemperies calida , eſt calefacere , ſi ſit ſicca eſt ſiccare,& ſic de reliquis non ergo dolor capitis pendet ex vlla intemperie, nec etiam ex ſolutione continui , nam ſi

Dolor proprie vbi ſit.

Nulla intēperies cadit in ſpiritum.

Intemperiei non eſt dolere.

dolor penderet ex ſolutione , vbi eſſet dolor , nihilominus videmus ſolutionē continui recentem & inueteratam non dolere , ſed poſtquam labra vulneris intumeſcere incipiunt, ab aere crudo , & cruore alterato vulnera etiam leproſorū non ſentiunt & tamen ſoluta ſunt, ſtygmata ſagis à Diabolo impreſſa inſenſibilia ſunt,quamuis ſolutionem continui patiantur , ergo ſolutio continui pura & ſimplex non eſt immediata cauſa doloris ſentiens tantum & immediate ſenſibile , in corpore viuo eſt tantum quod percipit dolorem , & quod illi nocent , et illi repugnat, eſt vera cauſa doloris at ſolutio continui non pure et ſimpliciter percipit dolorem nec eſt proprie et ſimpliciter quod repugnat ſenſienti , et ſenſibili , ſed illud ſolum quod ex ſolutione ex ſurgit vt alteratio ſanguinis et corruptio adueniens et aer crudus qui corrumpit et alterat ſpiritum partium ſolutarum ex his ergo clare admodum expoſitis concludendum fateor , dolorem capitis neque ex vlla intemperie neque ex vlla ſolutione continui dependere , ſed ſolum cum Hyppocrate , aſſerendum eſſe dependere ex ſpiritu impetum faciente in corpore noſtro , qui ſolus eſt ex eadem ſententia Hypocratis immediatum organum ſenſus , doloris , motus , voluptatum, cō-

Dolor non eſt ex ſolutione continui.

Vbi eſt ſolutio , ibi non eſt dolor,

Sentiens & ſenſibile eſt cauſa dolori,

ſpiritus eſt cauſa doloris cum ſolus ſentiat.

ueuientiæ ſymboli attractionis repulſionis, contracturarum relationis & alterationis omnis, is enim ſolus ſpiritus eſt veriſſima cauſa actionum omnium, ſiue ſanaram ſiue morboſarum et perinde eſt vera cauſa doloris capitis, cauſæ materiales præter naturam, à quibus excitatur ſpiritus noſter vt doleat, ſunt quicquid aſcendit ad caput vel materialiter per alimentum quod alteratur, et degenerat ex natura alimenti, et induit naturam excrementi, quod quidem inter expurgandum et expellendum faceſſit negotium ſpiritui noſtro, et inde laborat, et dolet donec expulerit illud omne quod illi nocet, vel vaporaliter ex excrementis et ſpurcitiis alimenti partium internarum vapores hi ad ſacram Palladis arcem aſcendentes, ſunt eiuſdem indolis & naturæ, ac excrementa alimentorum ex quibus producuntur, ſunt enim & qualitate & ſubſtantia omnia præter naturam, itaque ſpiritui noſtro vitali & animali, qui verus eſt & ſolus totius ſanitatis noſtræ & corporis economus, repugnant, & contrariantur, & perinde quatenus eſt doloris immediatum organum illi dolorẽ inferunt, donec ipſemet ſpiritus dolens & ægrotans cauſas ſui doloris foras expulerit ac ſuperauerit & tunc liberatur à dolore ſuo, & morbo, vi aliquando

propria

propria ſua, & calore, vel roboratus medicamentis proprijs & innatis, ſuammet ipſam naturam & eſſentiam roborantibus & reſtaurantibus nec eſt opus dicere & enarrare qualia ſint & quanta, illa recrementa alimenti noſtri quæ contraria ſunt ſpiritui noſtro, quia mutantur ſecundum variam & diſtinctam alimenti degenerationem, & alterationem, vnde noui oriuntur ſæpe ſæpius morbi ex noua & recenti alimenti noſtri degeneratione & alteratione, in locis varijs & diſtinctis quæ quidem ſcitu non ſunt neneſſaria, ad capitis dolores quoſcumque curandos modo recrementa alterati alimenti partibus capitis adhærentia, & ſpiritui noſtro vim inferentia, tolli poſſint, & euacuari, roborato ſpiritu noſtro, qui modo ſufficientes habeat vires ad expellenda illa recrementa quæ illi sũt nocumento non eget midicamentis arte paratis, nihilominus tamen ſi ſufficientes non adſint vires, ſequenti methodo, eſt illi ſuccurrendum,

Spiritus fortis & potẽs curat ex ſe dolores.

Gg

Curatio doloris capitis.

In cura doloris non eſt mittendus sãguis niſi peccet in quantitate.

PRimo nunquam mittendus eſt ſanguis, niſi quantitate peccet quod raro euenit, raro plus ſanguinis efficit natura quam illi neceſſarius ſit ad alendas corporis ſui partes, nihilominus tamen hac in re peccare poteſt, & hoc in caſu mittendus eſt ſanguis maxima in quantitate, & præcipue ex venis capitis, naſi & frontis & temporum & ibi prudenter agendum ne copioſo ſanguine emiſſo debilitetur ſpiritus, qui robur ſuum & vires omnes deſumit ex ſanguine, pandenti ergo conſilio hic vtendum eſt nec copioſe mittendus eſt ſanguis niſi hæmorroides & menſtrua ſuppreſſa ſint quo in caſu malleoli venæ ſecandæ ſunt ne motus naturæ intermittatur ſed iterum procedat, ſecundum motum ſuum, multo minus eſt recurrendum ad trochiſcatum Agaricum, nec ad Rhembarbarum nec ad Senem nec ad hieram picram, vſus ſũ per triginta annos hiſce remedijs, & nihil commodi & vtilitatis in curandis doloribus capitis, in hiſce remedijs reperij confuge tantum ſi corpus ægrotantis ſit cacochymicum & multa ſaburra peccãtium recrementorum turgeat, confuge

Curatio vera & tota doloris capitis

inquam ad Aquilam chymicam ſeu pul-
uerem hermeticum quam multis in locis
librorum meorum fideliter deſcripſi, eſt
enim antimonium præparatum cum ſub-
limato mercurio, ambo venenata ſunt,&
ſimul iuncta per diſtillationem conſti-
tuunt lignorem gummoſum qui ter aut
quater diſtillatus in nouis retortis, per
cineres & aqua laudati fontis præcipita-
tus dat puluerem albiſſimum aqua fontis
edulcorandum qui quatuor granorum
aut quinque doſi, cum cuſtodia artis &
regimine propinatus cum vino aut aqua
aut tuſculo capitis dolores omnes tuto
cito & iucunde tollit, tribus in diebus
iterata doſi, ſublatis cauſis omnibus do-
lorum omnium: quod ſi hæc purgatio
non arrideat omnibus quod timeant, ip-
ſum nomen Antimonij, & Mercurij ſub-
limati, quod tamen innocens eſt, & nul-
la venenata qualitate præditum modo
rite præparetur ſecundum normas & le-
ges à me ipſo præſcriptas, vſus ſum per
viginti annos & adhuc vtor in curatione
morborum omnium, & nunquam adhuc
deluſus ſum ab ipſo medicamento, nec
deluſi fuerunt ægroti mei, quin ex ſolo
ipſo medicamento liberati ſint, à morbis
incurabilibus quam meximis ſi ergo non
placeat hæc purgatio, quia vomitum ex-
citat, & vexat non nullos qui amaro re-

Agunt excrementa capitis in ſpiritũ capitis ope ſuorum ſpiritũ qui agunt inſpirátũ ſoli enim ſpiritus in ſpiritum agunt & patitur ſpiritus ab ſpiritu.

Puluis hæmelicus quos vexet

cremento turgent in ipſo ventriculo, ex cuius vaporibus caput aſcendentibus fiant dolores acutiſſimi ſi nolint aſſumere tale medicamentum, recurrendum eſt ad ſudorifica chymica bezoartica ad aurium ſudorificum ad ſtannum ſudorificum ad Mercurium, ſudorificum ad margaritas & coralla ſudorifica & ad talia volatilia ex plantis, cephalius educta quorum omnium doſis eſt d. ſ. addi in aquis appropriatis & ſudorificis, cardui benedicti vlmariæ & ſimilium doſi vna ſumpta ſummo mane cooperiendus eſt æger & illi prouocandus eſt ſudor omni nocte, & ſic procul dubio curatur omnis dolor capitis tuto cito & iucunde, cum nulla virium proſtratione: datur etiam capitis purgium mere efficax cuius puluere per nares inſufflato externutamenta excitantur, & ſic cerebrum motu illo excutit recrementa illa quæ illi ſunt nocumento ? Eſt autem hic puluis ex ſequentibus compoſitus: peti optimi radicus albi Ellebori foliorum maioranæ ſiccæ ſaluiæ & betonicæ ſiccæ an lauri foliorum corticis mali aurantij & limonum an cinnamomi & caryophillorum an moſchi & aubari grana octo miſceantur omnia ſimul, & reducantur in alchool tenuiſſimum, de quo ſumitur parua in quanti-

Sudorifica ſumma & ſimul cordiaca.

Caput perquam mirãdum.

[ſ]tate per nares, bis in die, mane & ſero [l]ongo tempore à paſſu.

De inueteratis capitis doloribus.

Capvt II.

INueteratus, capitis dolor eſt à pertinaci & contumaci recremento aliquo quod [e]x alimento capitis corrupto & alterato [p]roducitur, & ſua peculiari viſcoſitate, [&] tenacitate expelli non poteſt ab ſpiritu [n]oſtro vitali, qui caput noſtrum & par[t]es eius viuificat & actiones vitales in his [p]roducit item & morbificas ſi ab excre[m]entis ipſis ope ſpiritum lædatur ipſe [ſ]piritus ſecundum enim læſionem ſuam, [&] diuerſitatem læſionis oriuntur & mor[b]i varij & diſtincti materialiter autem [d]iſtinguuntur, ex natura diuerſa & di[ſ]tincta excrementorum, quæ in capite [p]roducuntur ex varia alimenti capitis [c]orruptione & alteratione corrumpitur [e]nim ſæpe ſæpius, & alteratur alimen[t]um partium noſtrarum, & ſecundum [c]orruptionem & alterationem ipſius ali[m]enti, variantur morbi, itaque ſi alte[r]atio & corruptio illius alimenti ſit tenax [v]iſcoſa & glutinoſa ita vt pertinaciter [a]dhæreat partibus capitis, & difficulter

Inueteratus capitisdolor vnde fiat.

Dolores capitis varij vnde

Quia ex excrementis varijs ſunt & ſpiritus varie qui diuerſimode agunt in ſpiritum [illegible] & ſic variatur dolor capitis & alij morbi.

Vermes ſerpentes ſcorpiones in capite generali vnde,

explodatur, pertinacem ibi parit dolorem & curatu difficilem, vnde cũ difficulter eijciatur eius materia, fit inueteratus dolor, ab excremento difficili cũ via expugnabili. Ab ipſis excremẽtis difficillime expugnabilibus ſæpe ſæpius enaſcuntur vermes ſerpentes , ſcorpiones , & alia monſtra , quæ ex excrementis illis leuiſſimo calore partium & humiditate enaſcuntur & corrodunt partes , & hinc ſpiritus ſenſus veriſſimum organum , & inſtrumentum dolet ſummopere , à cauſa continua & perenni negotium illi perenniter faciente : hæc eſt veriſſima cauſa materialis inueterati doloris ipſius capitis, efficiens vero cauſa eſt , ipſe ſpiritus animalis viuificans partes capitis , eaſque ſentientes faciens.

Cura inueterati doloris ipſius capitis.

Cura inueterati doloris capitis in quibus conſiſtat.

TOtius curationis cardo inueterati doloris capitis conſiſtit in auferenda materiali cauſa ipſius doloris , & roborando ſpiritu noſtro animali in ſe ipſo primo ſentiens, & patiens dolorem , & ſecundo communicante ipſum dolorem partibus omnibus quibus præeſt , & dolet , in ipſis Vt ergo auferatur cauſa materialis ipſius doloris , expurganda ſunt

excrementa illa omnia acria, ſalita, pungentia & vrentia ſæpe ſæpius, quæ ex errore coctionis alimentorum in capite enaſcuntur, expurgabuntur ergo omnia illa excrementa antimonio noſtro præparato vel croco metallorum vel viuo hæmetico, ſequenti methodo præparato ℞ viui optimi albi ℥IIII cinnamoni optimi pulueris hæmetici noſtri grano octo, vel croci metallorum tantundem maneant in infuſione per noctem integram cras mane filtrentur, filtrato claro & limpido adde ſympi violacei, aut ſympi capillorum veneris niſi fiat potio gratiſſima & ſuaviſſima ſummo mane, cum cuſtodia & regimine artis propinanda,

Purgatio inueteratos capitis dolores curans tuto cito &iucunde.

Iteretur bis vel ter hæc potio ſecundum vires ægrotantis & ſecundum copiam excrementorum expurgandorum deinde expurgato capite, lauetur totum caput ſummo mane frigida fontis aqua, in valde robuſtis corporibus, in alijs vero tepida lauetur aqua deinde per caput purgium noſtrum ſuperius præſcriptum primo capite de dolore capitis purgetur caput ſumendo ter aut quater in die parum huius capitis purgij per nares inſuflando odoribus deinde gratiſſimis conſoletur cerebrum roſis violis ambro & moſcho, ſi non ceſſet his remedijs peractis

Caput purgium mirũ eſt in curandis inueteratis capitis doloribus.

dolor, crudele aliquod animal productū in quadam cauitate capitis, vbi potiſſimum dolor vrget ſuſpicandum eſt, & perinde de træpano eſt cogitandum, & eo ipſo pars illa capitis aperienda eſt, vt tollatur illud animal, cauendum tamen ne træpanum apponatur ſuper ſuturas capitis, nam etſi dolor eſſet in ipſis ſuturis nihilominus tamen, longe ab ipſis ſuturis, eſt applicandum træpanum & eo ipſo apperiendum eſt cranium, depoſito prius pericranio, vulnere cruris forma in ipſo pericranio prius facto, & perioſſio cum cauda ſpatulæ deinde ſublato, vt ſuper cranum nudum & perioſſio denudatur apponatur træpanum ſublata deinde parte cranij tegenda eſt linteis eſſētia menthæ aut calamenti aut couermarinis madidis vel ſpiritu viui mirrha vel thure impregnato, ſic animalia illa ex excrementis alimenti producta, foras eijciuntur aperto cranio tum odore ipſarum eſſentiarum & facultate expultrice ipſius ſpiritus, & erecto illo animali conſolidandum eſt vulnus, quod ſolis illis topicis remedijs, ſpiritu ſcilicet viui thure mirrha impregnato peragitur, poteſt ſuperponi emplaſtum de betonica diſſolutum cum ſpiritu viui in vnguenti conſiſtentiam, vel balſamum ſulphuris quod ſequenti fit methodo ♃ olei communis

Quid obſeruandum in træpano.

Balſamum ſulphuris qua via paretur.

oliuarum lib. 1. ſulphuris flaui ℥I. bulliant ſimul in vaſe fictili, donec oleum rubeſcat vt ſanguis deinde auferatur ab igne dum adhuc calet adde ceræ optimæ nouæ ℥III. therebentinæ ℥II. thuris mirrhæ & ariſtologiæ rotundæ & necotianæ in puluerem redactori an ʒI. miſcentur ſimul dum adhuc calet, & fiat linimentum, de quo tractetur vlcus ſeu vulnus huius capitis, & Deo dante breuiſſimo tempore ad cicatricem conducetur, laudatum, & omnia etiam vulnera cum eo balſamo tutiſſime, & iucundiſſime ad cicatricem breuem conducuntur, & ſic curantur dolores capitis inueterati quicumque, & hæmicrania ipſa, de qua particulare caput, non eſt faciendum cum hæmicrania curatur medicamentis ſupra allatis, & ſolius frigidæ fontis aquæ lotione, cum calor naturalis ipſius capitis, & ipſemet ſpiritus refocilletur admodum repercuſſione ipſius caloris externi, intus facta, & per antiperiſtaſim vt ita loquar ſic augetur calor naturalis ipſius capitis, & fortior perinde fit ſpiritus, vnde fortius propelluntur foras cauſæ materiales ipſius doloris ab ipſomet ſpiritu expellente & ab ipſo dolore ſe vindicare volente, Vnumquodque enim ſe ipſum deffendit & conſeruat aduerſus ſuos naturales hoſtes & inimicos.

Balſamum ſulphuris qua via paretur.

Hæmicraniæ vera & tuta natura.

De dolore dentium

Capvt. III.

Alimentum dentium degenerat aliquando in excremen tũ ex quo dolor dentium.

Dolor dentium quid proprie ſit.

ALimentum proprium & innatum dentium ſæpe ſæpius deprauatur & degenerat in excrementum aliquando acre mordax & cauſticans pungens & corrodens vnde ſpiritus quo viuificantur dentes ſibi dolorem & laborem ineſſe perſentit, eſt enim dolor dentium paſſio & affectus præter naturam ipſius ſpiritus qui dentẽ viuificat, ab excrementis præter naturam, quæ ipſum ſpiritum præter naturam afficiunt, vnde dolor fit in dentibus & non à pituita nec ab vtraque bile per vapores aſcendentes in caput, & hinc in fauces in dentes in gengiuas deſcendentes ibique dolores facientes quod incidant in neruum radicibus dentium inſertum eumque vellicans ac pungens vnde dolor acutiſſimus quod merum commentum eſt, nam non datur pituita in corpore nec vtraque bilis vt probatum eſt in præfatione huiuſce operis, & quod ex alimento noſtro alteratur, & corrumpitur abire non poteſt in pituitam & vtramque bilem cum tempus, locus, & agens, mutent corruptum, in varias

res diſtinctas diuerſas, ſecundum varias alterationis, & corruptionis vires. quod tamen ex doctrina Galenica, non fieret ſi ſemper ex pituita, & vtraque bile alimentoſa exoriretur pituita & bilis vtraque corrupta, ſi enim corrumpantur hi humores, poſtquam corrupti ſunt non merentur amplius nomen horum humorum, quod diſtinguantur toto cœlo per corruptionem, ab ipſis humoribus non ergo dolor dentium prouenit ex his humoribus corruptis & alteratis, cum nullo pacto reperiantur in corpore, nec reperiri poſſint. ſed tantum excrementa quamplurima, quæ ex vno latice, ſeu vnico humore alimentitio per corruptionem eius & alterationem ortum habent quæ quidem excrementa variantur & diſtinguntur ſecundum tempus & loca in quibus putrefiunt, & ex varietate & diſtinctione ſpirituum horum excrementorum variantur etiam morbi & dolores ab ipſis prouenientes. ſic dolor dentium variatur, vel maior & acutior vel minor & obtuſior fit ſecundum excrementum magis pungens vel minus ſpiritum noſtrũ laceſſens facili autem via & methodo curatur hic morbus & dolor medicamentis ex chymicorumfonte deſumptis.

Si humor eſſet in corpore & corrumperetur non morere tur nomen humoris corrupti.

Dolor dentium vnde augeatur & minuatur.

Curatio doloris dentium.

Curatio doloris vnde delendeat.

TOta dentium doloris cura dependet ex ablatioe excrementorum acrium & mordacium ſpiritum dentium laceſſẽtium, ſublata enim cauſa tollitur ſtatim eius effectus, vel in mutatione horum excrementorum nam ſæpe ſæpius impurgato corpore & capite vel partibus dolore affectis, ceſſat dolor, nec redit, quia excrementa illa, acria mordacia, & cauſtica dolorem inferentia, mutantur & alterantur à ſuis qualitatibus cauſticis & mordentibus, itaque cum non amplius acria ſint, & mordacia ac cauſtica; neceſſe etiam eſt vt dolor ceſſet, mutantur autem illa excrementa oppoſitis remedijs cauſticis & mordentibus alijs, quæ mordacitatem, & acredinem excrementorum extingunt, vt ſolet contingẽre in appoſitione aquæ fortis olei vitrioli olei ſulphuris, olei camphoræ, olei caryophillorum cinnamoni, olei ligni innipe-ri rectificati, & ligni gaiaci, vel olei & eſſentiæ thimi calamenti origani, piperis gymgiberis, & Salureiæ eſſentiæ quæ ad miraculum vſque dolores dentium mirifice ſedat, guttulis nonnullis harum eſſentiarum perfricatur dens dolens, &

Dolor dentium ceſſat mutatis excrementis talem dolorem inferentibus.

Eſſentiæ ſatureiæ miraculum dolorũ dentiũ

ihgina, & imponitur guttulâ etiam au-
ibus vt caput excalefiat, & roboretur
piritus & fiat fortior, ad expellenda il-
a excrementa, quæ illi nocumento ſunt
iſce remedijs non inueni meliora ad
olores dentium ſedandos, adhibentur
amen narcotica remedia, ſummopera,
uæ per ſomnum ſtupefaciunt ſpiritum
oſtrum, & indolentem reddunt, at qui
iſce remedijs anodinis vti vellēt eos ip-
os moneo, vt prius purgent caput & ip-
um corpus, mercurio dulci ſequenti
nodo. ℞. mercuri dulcis digredij va-
ore & nidore ſulphuris ardenti præ-
arati & aqua roſacea ſoluti grana ſex,
onſeruæ violarum ʒj. hiſce fiat bolit,
etur mane regimine & cuſtodia deinde
tatur anodino ſummo ſequenti metho-
o præparato ℞ opij terrefacti ſuper la-
ninā ferreā calidā donec optime ſiccetur
pium ℥jj. deinde diſſoluatur aceto ro-
aceo huic opio diſſoluto adde cōfectionis
liſerines & hyacinthinæ an ℥j. theriacę
ptimæ pulueris electuarij diarrhodo-
is abbatus ℥j. moſchi, & ambari an gra-
a ſex ſalis margaritarum & corallorum
n ʒj miſce opiata ſatis dura vitreis va-
is conſeruanda, ad vſus, cuius doſis eſt
ranorum decem, & fiat pillula vnica
onderis decem granorum, detur tem-
ore ſomni poſt purgationem corporis;

Purgatio doloris dentiū.

Super ſetarem.

Laudanum paracelſi nec anodinū ſumam.

Curatio dolorũ omniũ. & ſic euaneſcunt dolores dentium imo & dolores omnes alij quicũque ſint, colici vel arterici.

De dolore aurium.

CAPVT IV.

IN cauitate cerebri circa aures, in interioribus earum partibus, fit dolor acutiſſimus, aliquando à tumoribus præter naturam, qui in his partibus, progignũtur ab excrementis, quæ inibi demandãtur ab ſpiritu ſanitatis noſtræ œconomo ibique calore & humiditate partium putreſcunt, & conuertuntur in pus, quod foras exiens rupto tumore, dolorem cõpeſcit itaque dolor aurium nihil aliud eſt, quam affectus præter naturam auriũ ab excrementis ipſius cerebri putreſcentibus & ſæpe ſæpius tumorum præter naturam excitantibus ibique ſpiritũ aurium laceſſentibus & cum dolore afficientibus ſit ſpiritus ſiquidem ſenſus organum, & inſtrumentum dum eb excremẽtis pæter naturam afficitur non poteſt ipſa excrementa pati, quin doleat, quin acria ſint & mordacia, & cum corrumpũtur & alterantur, partes ipſas corrumpũt & alterant, quibus continentur, vnde

Marginalia: Dolor aurium vnde fiat — Dolor auriũ quid ſit.

ſpiritus harum partium propter corruptionem ſuarum partium dolet maxime, donec corruptio abierit, & quod illi dolori eſt, eiecerit ac foras expulerit non minus dolet ſpiritus in alijs corporis partibus, dum excrementa alimenti putreſcunt & faciunt tumorem aliquem, quam in auribus, in his enim vt in alijs corporis partibus, excrementa, ab alimento ſeparata putreſcunt, & alterantur, & abeunt in tumores, vbi pus fit, & ſic ſcandeſcit ſpiritus, & inflammatur pars ſcandeſcente ſpiritu ipſius partis, fixo & permanenti, ſpiritus enim influens ſæpe ſæpius non ſcandeſcit, etſi pars ad quam influit ſcandeſcat, niſi in magnis & perurentibus valde inflammationibus tunc enim temporis influens ſpiritus, vna cū fixo & permanenti ſpiritu ſcandeſcit, & refluxu ſuo ad cor, inflammat ſedem cordis, vnde febris exoritur, per totum corpus. ſcandeſcente & inflammato influente ſpiritu, qui cum totum corpus permeat & penetret, inflammat etiam ſingulas corporis partes, quibus influit, quod quidem clariſſime oſtendemus tractatu noſtro de febribus, ibi autem ſufficit, vt manifeſtemus qua ratione inflammentur aures ex dolore, & ab excrementis in ipſas aures demiſſis & vnde dolor exoriatur, quod quidem ſatis admodum ma-

Spiritus ſēper dolet ab excrementis ipſum laceſſentibus ope ſpiritus interni ipſorū excrementorum habent enim omnia ſuos ſpiritus beneficio quorū agūt in ſpiritum noſtrum & ſic ipſum agitant.

ſpiritus cordis imflāmatur inflammato ſpiritu influente partium.

nifeſtum & clarum fecimus omnibus Medicinæ candidatis, ſupereſt iam curationem doloris aurium declarare.

Curatio doloris aurium.

Curatio doloris auriũ,

TOta doloris aurium curatio dependet, ex ſublatione cauſarum materialium ipſius doloris, & in roboratione ſpiritus dolorem patientis & ſentientis, tolluntur cauſæ materiales & occationales ipſius doloris, mercurio dulci ſuperius capite de dolore dentium deſcripto, qui quidem mercurius per tres dies ſummo mane ieiuno ventriculo aſſumi debet, eadem methodo ac via, qua in ſuperiori capite aſſumptus eſt deinde caput eſt roborandum anodyno ſummo, ſeu laudano paracelſi capite etiam ſuperiori deſcripto & eadem doſi eſt aſſumendum & interim in ipſas aures inſtillandum eſt balſamum ſulphuris, vel eſſentia Satureiæ, vt ipſa pars dolens roboretur, & ſi ſit aliquid tumoris, rumpatur & exeat pus rupto tumore, & ſi ægrotantes ſanguine turgeant mittendus eſt ſanguis, ex cephalica partis dolentis, & ex venis frontis, & temporum vt fiat reuulſio ſãguinis, ad partem dolentem accurrentis, & ſic adaucto ſanguine excrementoſo, accreſcit

In aurium doloris ſanguis mittẽdus etquare

accreſcit dolor accreſcente cauſa, & perinde mittendus eſt ſanguis, ex his partibus vt fiat reuulſio ſanguinis ad partem affectam accurrentis: ita enim tumor diminuitur & ne fiat impeditur & cauſæ doloris diminuuntur, & cenſim ceſſat affectus purgato corpore, & capite caputpurgio noſtro, deſcripto capite primo huius operis, in curatione doloris capitis, & ſi hiſce remedijs peractis conſiſtat, adhuc affectus, recurrendum eſt, ad ſudorificum ſummum noſtrum quod ſequenti methodo paratur ſtanni anglici lib. liquetur in ſigillo & poſtquã fuſum eſt auferatur ab igne, & proijce intus mercurij crudi optimi lib. & fiat à malgama huic amalgamati trito, adde mercurij ſublimati libram vnam, & permiſce ſimul in mortario marmoreo contundẽdo & retortæ forti inde puluerem hunc, & diſtilla leuiſſimo igne cinerum, diſtillatur enim igne leuiſſimo aqua perclara, quæ recipienda eſt recipienti in fundo cuius ſit aquæ communis ſtillatitiæ lib. 1. Poſtquam omnis liquor ſtillauerit & retorta refrixerit ſi non ſit rupta, illi eidẽ retortæ ſuper infunde aquam omnem recipientis, cum liquore ſtillato conjunctam, & ſuper cineres calidos, repone vt materia quæ remanſit in retorta fundatur & liqueſcat cum hac aqua, ibi

Sudorificũ magnum ex ſtanno paratum.

tunc temporis ſeparatur amalgama ſtanni & mercurij à capite mortuo quod cum ſalis ſtamini ſapiat naturam liquatur turbida cum aqua & liquore recipientis ideo filtranda eſt aqua illa vt clareſcat ſolutio ſalis ſtanni, per filtrum cartaceũ infundibulo aliquo vitreo ſtabiliendum ne à pondere ipſius aquæ rumpatur filtrũ, poſtquam clarificatus eſt liquor, diſtillandus eſt igne cinerum in retorta vitrea nitida, & noua, poſtquam ſtillatus eſt liquor iterum fæci ſuæ, & magnati in fũdo retortæ ſuperſtiti, eſt reddendus vt diſſoluat magna illud, quod iterum filtrãdum eſt, & iterum diſtillandum & hoc quater aut quinquies eſt repetendum donec ſal in fundo retortæ ſuperſtes album ſit tunc temporis diſſoluendum eſt, cum ſuo ſtillato liquore, & poſtquam diſſolutum eſt & filtratum, imponendum retortæ vitreæ quam maximæ, in fundo cuius ſint ſalis vitri perquam optimi ℥ vj. & ſtatim imponendum eſt, & iungendum retortæ maximum recipiens, nam hæc materia ebullit maxime & ſubleuatur materia, & exit foras cum vento & impetu maximo, & niſi recipiens ſit magnum & retorta maxima perditur tua materia, ebullitione tranſacta, quæ fieri ſolet, ſuper cineres tepidos, collocata ibi retorta, ſtillandus eſt liquor

sudorificum maximum ſtanni,

omnia, ad ſiccitatem vſque materiæ quę in fundo retortæ albiſſima eſt quæ quidē ſine vlla alia præparatione, & lotione ſudorifera eſt, & doſis eius eſt, grana quatuor aut ſex in aquis ſudorificis vlmariæ cardui benedicti, & ſcabioſæ, hoc ſudorifico infiniti curantur morbi ideo non repetemus ipſum ſed ad caput iſtud remittemus: dolores ergo aurium curabuntur, hoc ſudorifico, & dabuntur ægrotanti grana ſex huius pulueris in ℥ j. aquæ vlmariæ, & cooperietur æger in lecto quammaxime, & ſic ſudore tranſacto liberabitur à dolore ſuo. Hocque ter aut quater repetendum eſt, donec dolor omnino ceſſauerit, ſic enim natura ipſa, liberat ſe, à dolore aurium & dolore capitis, excitatis ſudoribus, excandeſcente calore & ſpiritu ſuo innato & primigenio, vt cuilibet experientia ipſa ſit manifeſtum.

Sudorifico ſtanni curātur dolores omnes.

De vertigine capitis.

CAPVT XVII.

Vertigo quid proprie ſit.

VErtigo capitis dicitur, cum omnia circumagi & gyrari videntur ſed tamen nihil eſt eiuſmodi, at omnia firma ſtant, & caput & corpus, & reliqua cuncta foris aſtantia firma ſunt, & nvllo pacto ingyrum vertũtur ſed gyrari videntur hoc autem fit cum excrementa alimenti noſtri vaporabiliter ad caput aſcendunt hæcque ab ſpiritu noſtro vitali in fugam vertuntur & dum fugiunt ſpiritus noſtri pugnã,& certamen, in gyrum vertuntur in cauitaté cerebri & in pupilla oculi noſtri, vbi videtur hæc gyratio, nam hæc rogatio non incerebro videtur, cerebrũ enim non videt, ſed oculus tantum, ſi ergo rotatio, & in gyrum verſio conſpiciatur in oculo fieri oportet propria & non in cauitatibus cerebri, niſi turbata imaginatione quæ repræſentat vnde etiã tenebræ, aut ſpectra rubentia oculis obijciuntur, ex vertigine quod ſignum euidentiſſimum eſt, hoc vitium in imaginatione & in pupilla oculi, in criſtallino humore fieri debere, vbi vaporoſa excrementorum tenuis quædam ſubſtantia,

Falſos illos motus animo noſtro.

permiſcetur ſpiritibus animalibus; qui caput & oculum viuificant, & viſionem in oculo faciunt, quæ quidem excremẽtoſa ſubſtantia, dum eterogenea eſt ab ipſo ſpiritu vitali & animali illi permiſceri non poteſt imo eliminatur ab ipſo ſpiritu, & in fugam vertitur itaque per capitis concaua oculum & pupillam oculi gyrat, & ſic omnia videntur gyrari & circumrotari, & ſic fit vera vertigo, quæ quidem eſt affectus proprius & innatus capitis, & hinc phantaſiæ & oculi, miror quod adhuc medicorum aliquis hoc non animaduerterit. Definiemus ergo vertiginem, affectum præter naturam oculorum & cerebri, & læſæ imaginationis ab excrementis ſubtilibus in cerebrum & in pupillam oculi & Chriſtallini humoris ſubſtantiam dimiſſis, quæ dum fugantur ab ſpiritu noſtro, vertuntur in gyrum, in rotundo certaminis huius loco, & ſic vertigo paratur, donec hæc excrementa abierint foras, & expulſa fuerint. Vt ſolet fieri in ebrioſis & vino madidis vapores, & ſpiritus vini incocti caput aſcendunt, ibique imaginationem lædunt & per neruos opticos in oculum deferuntur, & in humorem Chriſtallinũ deportantur, ibique cum non ſint de ſubſtantia ſpiritus animalis & vitalis, permiſceri non poſ-

Vertigo vnde fiat.

Ebrij omnia gyrari videantur vnde.

ſunt cum ipſo ſpiritu, itaque ſpiritus, eos ipſos viui ſpiritus crudos & incoctos aggreditur, & in fugam vertit & ipſi dũ perſequuntur ab ſpiritu animali, in gyrum vertuntur in loco illo rotundo, & ſic externis omnia videntur in gyrum verti, quod interiora in gyrum vertantur in capite & in pupilla oculi, & præcipue in Chriſtallino humore imo & ipſe Chriſtallinus humor in ipſo certamine commouetur & in gyrum vertitur ab ipſomet ſpiritu animali quo viuificatur, & ipſemet ſpiritus gyrat vnde neceſſe eſt, vt omnes ſpecies externæ, viſibiles in gyrum etiam vertantur, vt clare admodum conſpicitur in ſpeculo, quod quidem dum commouetur, & gyrat, tota domus & ea omnia quæ in ſpeculo repreſentantur commouentur, & gyrant, & ſic fit in capite & oculo noſtro; ſpecies viſibiles repræſentantur in humore Chriſtallino, tanquam in ſpeculo ſi humor Chriſtallinus moueatur & gyrat, mouentur & gyrant omnes ſpecies viſibiles quæ in eo humore Chriſtallino repræſentantur & hæc veriſſima vertiginis cauſa habetur quæ in capite & oculo fieri neceſſe eſt turbata & læſa imaginatione ab excrementis ſubtilibus caput ferientibus & partes viſionis & imaginationis, noſtræ, & ſic excrementa illa ſub-

Species viſibiles repreſentantur in Chriſtallino humore.

tilia neceſſe eſt vt caput aſcendant vaporum more & ſæpe ſæpius in ventriculo ſtabulantur & vomitu ſolo eijciuntur ut ex ſequenti curatione fiet manifeſtũ in quo vomitu ſunt certiſſima vertiginis cuiuſcumque remedia.

Curatio vertiginis.

CVratio vertiginis dependet ex ſublatione cauſarum materialium, quæ caput & oculum noſtrum & partes eius ex quibus viſio celebratur in gyrum vertunt; eæque ipſæ cauſæ materiales vertiginis in gyrum quoque vertuntur; hæc autem ſublatio dependet ex purgatione potiſſimum ipſius capitis; & ventriculi nam purgato toto capite & ventriculo expurgantur & excrementa quæ in illis continentur, & quæ in parte cerebri demandantur ab ipſo capite & ventriculo fit autem hæc purgatio, per ſalem vitrioli vel per antimonium noſtrum ſeperius allatum & per mercurium dulcem, ſpagyrice præparatum; vel ſequenti arcano, & extracto ellebori albi, quod ſequenti methodo fit ℞ radicis ellebori albi lib. reducatur in puluerem tenuiſſimum deinde maceretur in aceti ſtillatitij lib. iiij. per octo dies in vaſe vitreo optime clau-

Curatio vera vertiginis

Arcanum radicis ellebori purgans.

ſo ſuper cineres calidos tranſactus hiſce diebus fiat expreſſio fortis & filtretur per cartam bibulam deinde diſtilletur lente in alembico vitreo ad mellis conſiſtentiam, deinde extrahe cum eodem aceto ſtillatitio tincturam ex puluere ſequenti, ℞ electuarij diarrhodonis abbatis ℥j. alore hæpaticæ ℥j. cinnamomi optimi ʒ. caryophillorum ʒjj. moſchi, & ambari griſei an grana orto fiat puluis ex omnibus, ex quo extrahatur tinctura beneficio aceti ſtillatitij repetiti cohotijs donec nihil trinctutæ amplius extrahatur ex illo puluere; extracta tinctura coniungatur cum extracto elleborino, quod in fundo alembici remanet, permiſce optime & extrahe quidquid aceti poterit extrahi per diſtillationem leuem, donec in fundo remaneat extractum allebori albi cum tinctura coniunctum, ad conſiſtentiam ſalis duram vt ex eo poſſint fieri pillulæ, ponderis granorum decẽ aut duodecim, hæ pillulæ expurgant caput mirifice, & ventriculum vbi potiſſimum eſt focus & nidus ipſius vertiginis & ſine vllo conuulſionis metu & labore nullo: corrigitur enim elleborus aceto ſtillatitio ſummopere, quia diſſoluit ipſum, & in diſſolutione ſua amittit quicquid habet veneni, vnde alteratus ſummopere. Quidni corrigeretur elleborus

Elleborus corrigitur aceto.

cum & antimonium, & mercurius ſublimatus aceto illo ſtillatitio, ſummopere corrigantur, ita vt benigniſſima fiant medicamenta, vt experto cuique chymicorum ſit manifeſtum, hæ ſolæ pillulæ tuto cito & iucunde curant vertiginem: poſſunt poſt purgationem ternam aut quaternam harum pillularum, vti ægrotantes vertiginoſi, capitis purgio noſtro capite primo de curatione doloris capitis declarato, & ſic totaliter euaneſcet vertigo, & radicitus expelletur nec eſt timendum vllo pacto, vt tranſeat in epilepſiam vt ſæpiſſime fieri aſſolet ex vſu medicamentorum vulgarium, & triuialium, quæ cum non curent morbum hunc, & radicitus tollant eius cauſas tandẽ radicãtur in capite & ventriculo fixantur, ita vt non amplius incidant in oculum & ſic pariunt epilepſiam; vel aliquando melancholiam; & maniam ſpectra enim illa rubra quæ videntur, & circunſpiciuntur, hæc indicant, materia enim hæc inflammatur, & concipit ignem; & fit mania inflammatis ſpiritibus ipſius cerebri de quibus ſuo loco peculiari, de mania, & melancholia tractabitur.

Vertigo qua via radicitus euaneſcat.

Ex vertigine ſæpe fit mania.

De phrenitide.

Capvt VI.

PHrenitis eſt proprie inflammatio & ignitio ſpirituum animalium in cerebro, vnde inflammatis & ignitis ſpiritibus fit delirium fit febris continua, & ardens & fiunt vigiliæ ſine vlla intermiſſione, vnde hæc omnia ſymptomata febrē conſequuntur, & febris primo incipit, cum excandeſcat ſpiritus vitalis in ipſo corde, deinde conſequenter, in nonnullis febribus & in ægrotantibus quibuſdā igneſcunt etiam ſpiritus animales in cerebro, & tota Palladis domus exardeſcit vnde phrenitis & delirium illud, cum vigilia non intermittente & febre continua, non poteſt enim anima cauſæ potiſſimum materiales huiuſce febris quæ ſymptomatā hæc progignit, ſunt excrementa alimenti noſtri, quæ in igneam degenerant ſubſtantiam, & calidam valde, per alterationem ſuam & corruptionē quæ cum calida ſint, & igneæ naturæ, totum ſanguinem perturbant eumque inflammant & perinde etiam inflammatur & igneſcit etiam ſpiritus ſanguinis vnde

Phrenitis quid proprie ſit.

Febris vbi incipiat in phrenitide.

etiam ignito ſpiritu & inflammato, igneſcit & inflammatur propria domus ipſius ſpiritus: ſic cor excandeſcit & ignitur, & totum perinde corpus exardeſcit, & nihil mirum deinde, ſi excandeſcente toto corpore & exardeſcente, vna cum ſpiritu ſuo vitali, exardeſcat etiam, & excandeſcat cerebrum vna cum ſpiritu animali, vnde phrenitis tunc temporis producitur & vigilia non intermittens, hoc tamen in omnibus febribus fieri non ſolet quia etſi inflammetur cor, & ſpiritus eius vitalis nihilominus dum ita eſt inflãmatus & excandefactus ab excrementis igneis quæ in ſanguine continentur cerebrum conſcendit, corpore cerebri & frigiditate innata & humiditate ſua, temperãtur & frigeſcunt moderate hi ſpiritus, ita vt in nonnullis febricitantibus non intercurrat phrenitis propter innatam & naturalem cerebri frigiditatem & humiditatem qua pollent, itaque quamuis cor exardeſcat & ſpiritus eius, non inde excandeſcit cerebrum & ſpiritus eius animalis, propter innatam & naturalem in quibuſdam cerebri humiditatẽ & frigiditatem; quæ excandeſcentes cordis ſpiritus in cerebrum conſcendentes temperant & refrigerant aliquatenus, vnde omnia in cerebro parate fiunt, & anima functionibus ſuis naturalibus vtitur, tẽ-

Ignito ſpiritu igneſcit & totum corpus.

Quare in omnibus febribus intercurrat deliriũ & phrenitis.

peratis & moderatis ſuis animalibus ſpiritibus hæc eſt veriſſima cauſa phrenitidis, vt cuique meditanti fiet manifeſtum non vapores ex vtraque bile, in caput aſcendentes, cum hi caput non pertingãt nec eius functiones & actiones interturbare queant non enim eorum vaporum eſt, actiones morboſos facere poſſe, cum & ſanas, & legitimas naturæ actiones peragere nequeant, ſolius hoc eſt ſpiritus vnde ſpiritus læſus, ſuas quas peragere debet actiones & functiones naturales, deprauatas & læſas faciat oportet nec eſt inſurgendum bilis vtraque præter naturam in corpore & ſanguine corrupta lædere poteſt ſpiritum & ipſum exardeſcere, cum calida ſit & ignea vtraque illa bilis ,hoc tandiu refutatum eſt in præfatione noſtra , & adhuc clarius reſpondemus huic obiectioni , dicendo, ex ſanguine & alimento noſtro homogeneo , non poſſe aliquid per corruptionẽ & alterationem illius fieri , ſimile quod reſpondeat vtrique bili , nam quod exardeſcere poteſt , & inflammare ſpiritum noſtrum , oportet vt ſit tenuiſſimum , aereum & ſpirituoſum naturam ſpiritus redolens , vtraque autem bilis eſt , quid craſſum & materiale, terreum potius quã igneum , vnde inflammare non poteſt ſpiritum noſtrum , nec totum corpus no-

Actio depẽdet ab ſpiritu.

Ex corrupto ſanguine fieri non poteſt bilis.

ſtrum penetrare, vt partes noſtras omnes lædat propter ſuam craſſitiem & molem terreſtrem, quod in tractatu de febribus Deo dante clariſſime demonſtrabitur, materia enim febrilis oportet, vt ſit tenuiſſima & ſubtiliſſima. vt permeet poros corporis omnes ibique ſpiritus exagitet & inflammet, vtraque autem bilis, non eſt tantæ tenuitatis, & ſubtilitatis, vt totum corpus permeare poſſit. Itaque cauſas noſtras materiales phrenitidis noſtræ collocauimus potius, in ſubtiliſſima & tenuiſſima excrementa ſanguinis noſtri ſubſtantia quæ ſpiritus naturam habeat & eſſentiam, vnde facili via totum corpus permeat, & ſpiritum noſtrum exagitat & inflammat & cum inflammatis & ignitis ſpiritibus caput noſtrum aſcendit & ibi ſpiritus animales cerebri ipſius etiam inflammat & accendit vnde phrenitis ortum habet & vigiliæ, quæ phrenitidem comitantur. Quibus notis cauſis remedia ſequentia adhiberi poſſunt vt tollantur hæc mala & redeant ſpiritus animales & vitales, ad ſuam innatam & naturalem temperiem.

Vtraque bilis eſt crasſa &non tenuis vnde totum corpus penetrare nequit

Curatio phrenitidis.

Curatio phrenitidis vera.

IGneſcentes hi ſpiritus, & ſuo præter naturam calore ſacram palladis arcem accendentes compeſſendi ſunt & moderandus ac temperandus eſt eorum calor, euocatis & eliminatis ſpirituoſis excrementoſis ſubſtantijs hos naturales ſpiritus noſtros inflammãtibus. Itaque occurrente phrenitide in adoleſcente Euſarco & ſanguine pleno, audacter mittendus eſt ſanguis nam vna cum ſanguine exeunt foras & pellenda ſunt hæc excrementa ſanguinis ſpirituoſa ignea & calida quæ ſpiritus noſtros excalfaciunt & accendunt; focus enim & nidus ex quo ſæpe ſæpius aſcendunt hæc excrementa ſpirituoſa ad cerebrum eſt meſcenteriũ obſtructum, à liquida tinctura ſtercoris noſtri, quod quidem ſtercus liquidum ex extremis & vltimis inteſtinis, ab ipſis venis meſeraicis exſurgitur & vna cũ ſanguine miſcetur, & totum ſanguinem inficit, ſua ſulphurea & inflammabili ſubſtantia, ni ab ſpiritu ſanitatis noſtræ œconomo, & ſua facultate expultrice, foras propellatur per vrinas vnde tinguntur & colorantur vrinæ ſuo naturali colore flauo, vel rubro, febrili ſi adau-

Sãguis mittendus eſt in phrenitide.

Vrinæ vnde tingantur flauo colore

geatur illa tinctura liquidi ſtercoris, vnde eſcandeſcit totus ſanguis, & ſpiritus, & hinc aſcendit etiam cerebrum, & trãſfertur illa tinctura liquidi ſtercoris, à ſanguine in cerebrum, & hinc albeſcunt vrinæ in phreniticis ægrotantibus quod tinctura illa ignea & rubra demandetur ad caput, & cerebrum, nec iam per vrinas foras propellatur. Itaque ſecretum quam maximum eſt, in phrenitide, habere medicamentum deobſtructiuum venarum meſeraicarum, & diureticum, vt via illa qua à natura ipſa propellitur liquidum iſtud excrementum patens & aperta fiat, ſtatim enim ceſſat hoc ſymptoma febrium ardentium, itaque poſt miſſionem ſanguinis ex cephalica vel baſilicha, ad quantitatem ſufficientem viribus & ætati ęgrotantis, ſtatim eſt recurrendum ad medicamentum illud diureticum, & deopilatiuum, eſt autẽ illud tartarus vitriolatus qui varijs modis præparatur apud chymicos at melior & penetrantior eſt ſequens, diſſoluitur cremor tartari ſubtiliſſimus in oleo vitrioli non rectificato, nec à ſuo phlegmate denudato, & detur ad quantitatem coclearis vnius in iuſculo bis aut ter in die, & interim purgetur corpus phreniticorum, ſi vires ſint ferendo, & ſufficiant medicamento ſequenti ℞ mercurij

In phreniti-de vnde albeſcant vrinæ.

Tartarus vitriolatus eſt arcanũ phrenitidis curandæ.

Purgatio in phrenitide conuenientiſſima.

dulcis ſpagyrice præparati diagridij vt ſuperius præparati capite tertio de dolore dentium yrana decem conſeruę violarum ℥j miſce fiat bolis datur cum regimine & cuſtodia, vel diſſoluantur hæc omnia cum ſympio roſaceo, & violaceo, vt commodius deglutire queant phrenitici hanc potionem, purgato ſic corpore, ad laudanum deueniendum eſt ſuperius præparatum eodem ipſo capite de dolore dẽtium, & voranda eſt pillula vnica ponderis granorum decem vel diſſoluenda eſt hæc pillula cum aqua roſacea, & propinanda tempore ſomni ſic conciliatur ſomnus, & tepore & humiditate ſomni, temperantur ſpiritus accenſi, qui phrenitidem operantur, confert etiam ſummopere excitare ſternutamenta caputpurgio noſtro quia natura accenſa foras propellitur, & ſic ſolatur cerebrum, ſi hæc omnia fruſtranea ſunt, & perſiſtat affectus, eſt enim curatu difficilis hic affectus, quia inflammatus ſpiritus, & partes omnes cerebri, vix ad temperiem naturalem reduci poſſunt quin mors ſubſequatur, & præſertim cum à male curata febri, ſubſequatur phrenitis: deueniendum ergo eſt, ad vltimum arcanum phrenitidis curandæ, eſtque liquor mercurij acidus, qui ſua penetranti facultate & frigida & humida natura, inflamma-

flammationem illam temperat non ſolum in cerebo, ſed etiam per totum corpus hic liquor acidus poſtquam ex mercurio ſublimato, & amalgamate mercurij crudi cum ſtanno anglico, æquali in pondere diſtillatur per retortam in frigidam aquam in recipiente contentam vel in acetum illud quod ex lotione pulueris hæmetici elicitur, melius diſtillatur hic liquor acidus valde, ſeptena diſtilatione rectificatus & opio torrefacto in eo diſſoluto impregnatus, eſt arcanum curãdæ phrenitidis, datur ad decem aut octo guttulas in ſympo violaceo, vel papauerino tempore ſomni & ſic ea gratiſſima potione temperatur cerebrum & ſpiritus eius imo febris euaneſcit ' quod & cauſa febrilis materialis pereat & deſtruatur, illo acido mercurij opiato laudanum vitrioli etiam tuto adhibetur ad curandam phrenitidem.

Liquor mercurij acidus eſt ſummum phreniti dis arcanum.

Laudanum aliud gratiſſimum phrenitidis ſummum arcanum.

De apoplexia.

CAPVT VII.

Apoplexia natura incognita á Galeno& à Medicis omnibus Galenū ſequentibus

GAlenus cæterique omnes medici qui ipſum ſequuntur aſſerunt Apoplexiam eſſe obſtipationem & obſtructionē quarti cerebri ſinus, à pituita craſſa & glutinoſa quæ quartum hunc cerebri ſinulum initio ſpinalis medullæ à cerebello incipientem ſubito irruit & replet & ſua repletione, inſtantanea fit apoplexia, natura ſiquidem nolens, aut ſaltem non valens retrahere, aut reducere eiuſmodi pituitam, eo ſemel delapſam, ſatagit ſaltem quantum poteſt, in alterutrum latus illius medullæ canalis deponere, vnde conſequenter fit paralyſis illius lateris in quod deponitur illa pituita. Commētum ſane ridiculum; nunquā enim quartus ille cerebri ſinus pituita repletur, nec vnquam repletus in apoplexia repertus eſt, fuerant enim multi medici fide digni qui Apoplecticos, mortuos deſſecuerunt & quartum illum cerebri ventriculum vacuum omnino omni humore reperierunt, non fit enim Apoplexia tali modo & via, ſed è contra vacuus manet omnino quartus ille cerebri ventriculus, & ſi-

Apoplexia vt fiat vere.

nulus, ſed viſcera interiora replentur, & canales quibus datur commercium ſpirituum v talium & animalium inter partes ſuperiores & inferiores, commercio hoc intercluſo fit apoplexia, cõmercium hoc inquam quo partes ſuperiores, ab inferioribus ſpiritibus vitalibus, & inferiores animalibus ſpiritibus fouentur, percluditur humoribus craſſis, & viſcoſis, & glutinoſis, & nullo pacto pituitoſis vnde percluſa illa via ſtatim apoplexia exoritur & moritur æger, niſi cito via illa expediatur & libera fiat, ab illis humoribus excrementitijs & præter naturam, quæ viam illam præcludunt: vt patet in ſtrãgulatis in quibus corda & ligamine illo quo ſtrangulantur viæ illæ quibus ſpiritus vitalis cerebrum aſcendit, & viæ illæ quibus ſpiritus animalis ex cerebro in partesi nferiores deſcendit, præcluduntur, & ſic vere moriuntur, niſi cito ruptis ligaminibus quibus illæ viæ animalium & vitalium ſpirituũ præcluduntur, illis citò ſuccurratur, tunc enim temporis apertis illis vijs, redeunt ſpiritus & eorum vitale commercium, hoc etiam videur & conſpicitur in aqua ſuffocatis, aqua ſiquidem reiecta quæ pulmones inundat & ventriculum ſæpe ſæpius in vitam redeunt, modo non diu in ipſa aqua ſuffocati permaneant, ratio in promptu eſt, quod ad-

ſuffocati qua via reducẽdi in vitam.

Aqua ſuffocati vt redeunt in vitã.

huc reſtiterint ſpiritus vitales & animales in corpore, quibus ſi citò ſuccurratur, apertis eorum vijs & canalibus quibus vitæ commercium fit, tunc temporis vita adhuc perſiſtit & fungitur ſuis officijs & muneribus, eadem plane via & modo fit in Apoplexia, excrementa alimenti noſtri pedetentim & cenſim cõgeruntur & accumulantur magna in copia aliquando in capacitate thoracis & pulmonem aggrediuntur & replent pulmonis omnes poros, & ſic intercluditur via & commercium vitalium ſpirituum cum cerebro, & apoplexia, aliquando venæ & arteriæ colli intercluduntur, ab excremẽtis illis tenacibus viſcoſis & glutinoſis quæ ex cruditate & incocto alimento noſtro parantur & viam pariter ſpirituum intercludunt, ſæpe ſæpius etiam viſcerũ inferiorum pori & meatus omnes intercluduntur ab ipſis hiſdem excrementis ita vt detur intercluſio ſpirituum vitalium; debet enim totum corpus noſtrum perſpirabile eſſe, vt detur communicatio illa ſpirituum alioquin vita perſiſtere non poteſt, & ſic etiam fit apoplexia, & non ex repletione quarti cerebri ſinus.

Apoplexia vt fiat.

Notandum præterea eſt quod extra excrementa illa obſtructiua, & opilatiua, apoplexiam conſtituentia, ipſa ca-

quid in corpore cõſtituit apoplexiam.

dem excrementa , præter illam virtutem obſtructiuam & opilatiuam qua pollent , ſunt etiam frigida narcotica qua peculiari virtute apoplectici afficiantur, vnde ſtertunt & ſopore altiſſimo & inexcitabili afficiuntur, & huius peculiaris virtutis & proprietatis ratione hæc eadem excrementa quibus turgent apoplectici veneni glacialis & ſumme frigidi naturam & eſſentiam induunt, quà potiſſimum vi, ſenſu & motu priuantur & velati mortui iacent : vnde febris apoplexiæ ſuperueniens optima eſt, quod glaciale illud, ac frigidum venenum, ſua caliditate ſoluat, & exterminet, vnde etiam & calida omnia & ſummopere tenuia, apoplexiæ proſunt & ſunt vtilia, quod ſequenti curatione omnibus fiet manifeſtum.

Febris apoplexiæ ſuperueniens quare optima.

Curatio apoplexiæ.

CVratio certa tuta iucunda apoplexiæ, conſiſtit in ſublatione cauſarum materialium ipſius apoplexiæ, nam cum apoplexia conſiſtat in obſtructione ſumma venarum & arteriarum, & partium omnium, quæ commercio ſpirituum vitalium & animalium inſeruiunt & in veneno quodam glaciali & ſumme

Curatio apoplexiæ tuta & cita vbi conſiſtat.

frigido quod partes illas ſummopere conſtringit & glaciat adeo vt ſpiritus vitales & animales liberum & patentem non habeant aditum ad partes omnes vt eas ipſas ſuis vitalibus radijs illuminent & colluſtrent, ideo ſi quis cito tuto & iucunde curare cupiat apoplexiam has cauſas omnes tollat oportet, non poſſunt autem hæ cauſæ omnes citius & tutius ac iucundius eliminari quam ſequentibus remedijs, imprimis refocillandus eſt calor natiuus qui glaciali illo veneno, fere extinguitur, eſſentia roris marini & ſpiritu viui alchoolifato ſimul in æquali quantitate mixtis, & propinatis ad quantitatem ʒj vtriuſque vt excitetur febris ſi fieri poteſt, deinde poſt horam à propinata illa eſſentia, prouocandus eſt vomitus data ℥j ſalis vitrioli diſſoluta in ℥j aquæ ſaluiæ aut alterius alicuius aquæ vomitiuæ, ſecretum enim curandæ apoploxiæ in vomitu conſiſtit nam per motum illum quo ventriculus & pectus cōmouentur ſurſum & deorſum, obſtructio illa ſumma tollitur, vnde vinum hemeticum ſummum eſt in apoplexia arcanum, & flores antimonij & puluis hæmeticus, hæc enim omnia ſummopere proſunt apoplexiæ curandæ, quod vomitum excitent & excrementa illa omnia viſcoſa & glutinoſa glaciali veneno inſu-

In vomitu conſiſtit cura apoplexię

ℭta foras protrudunt, idque cito tuto & iucunde, cætera quæ communiter præſcripta reperiuntur inutilia experientia ipſa videntur, vt frictiones, & ipſa ſanguinis miſſio, niſi corpus Apoplecticum ſit valde plhetoricum & ſanguine turgeat quo in caſu, licet mittere ſanguinem, ad quantitatem ſalis maximam, alioquin ſanguinis miſſio accelerat mortem cum corpus refrigeret & venenum illud glaciale quo corpus conglaciatur augmentet, aut ſaltem virtutem eius propaget, diminuto calore natiuo, purgato corpore deinde deueniendum eſt, ad ſudorifica maxima, illa enim tollunt radicitus, ea omnia quæ in apolexia relinquuntur quæque paralyſim facere ſolent, ſi enim rite purgentur corpora apoplecticorum, & poſt purgationem ter aut quater iteratam, ſudorificis vtantur, & ſummopere ſudent tunc non incidunt in paralyſim, at ab apoplexia omnino ſubleuantur, ſudorificum illud quo maxime ſubleuantur apoplectici eſt ſudorificum ſtanni ſuperius declaratum capite IIII, de curatione aurium, accipiendũ eſt ex illo, ad quantitatem granorum decem & permiſceri illa debent cum dragma vna eſſentiæ ſaluiæ & tantundem ſpiritus vini, optime rectificati, & ſimul mixta propinanda ſunt ægrotanti, & ſta-

ſanguis miſſus in apoplexia cur acceleret mortem.

ſudorifica in apoplexia præſeruant a paraliſi.

Sudor prouocatur in apoplecticis eſt ſummũ arcanum.

tim cooperiendus eſt æger quam maxime, & omni arte tegulis, & alijs vaſis aqua bulliente plenis, illi prouocandus eſt ſudor, quo prolicito in tuto eſt æger, quocirca omni arte eſt excitãdus ſudor, nec timendum eſt, à calidarum eſſentiarum exhibitione, cum hæc omnia ſummopere proſint apoplexiæ curandæ, quæ febrem excitare poſſunt & ſudores.

De *hydrocephalo.*

Capvt. VIII.

Hydrocephalus quid ſit & vnde fiat.

HYdrocephalus vt ſonat ipſummet vocabulum eſt capitis aqua, cuius ratione caput, magnitudine præter naturam nimis accreſcit, & colligitur hæc aqua excrementoſa varijs in locis, ipſius capitis, vel enim colligitur inter pericranium & cutem quæ pilis adornatur & valde carnoſa eſt, vel inter pericranium ipſum & cranium, vel inter cranium & membranas ipſius cerebri, & potiſſimum inter duram matrem & cranium ipſum, vel inter membranas ipſas & cerebrum ipſum, his omnibus in locis excrementum alimenti noſtri quod capiti demandtur & deprauatione ſua,

& alteratione, aquam illam præter naturam conſtituitur hydrocephalus; calor enim debilis natiuus, ſua debilitate, alimentum proprium capitis coquere non poteſt, & in ſui ſubſtantiam conuertere nequit. ideo id omne quod conuerti nequit in ſubſtantiam, & alimentum capitis, degenerat in aquoſam ſubſtantiam excrementitiam & cum expelli nequit à facultate expultrice ſpiritus noſtri, ſanitatis noſtræ œconomi colligitur in locis & capitis auctam magnitudinem quæ hydrocephalus dicitur, conſtituit.

Hydrocephalus quibus familiaris.

Infantibus hic morbus, eſt familiaris, & communis, cum excrementis aquoſis turgeant, cum plurimum habeat alimẽti, & paucum caloris coctiui, & aſſimilatiui vnde alimentum eorum copioſum degenerare ſolet, in aquoſam illam excrementitiam ſubſtãtiam, quæ cum non expellatur à facultate debili expultrice, colligitur intra partes illas iam enumeratas, & hydrocephalum parit quæque niſi expellatur medicamentis propriis & ſpecificis calorem natiuum infantium refocillantibus, cito ad interitum vergit, ſequenti autem methodo tuto cito, & iucunde curabitur hic affectus.

De hydrocephali cura.

Hydrocephali cura.

CVratio hydrocephali in infantibus adhuc lactantibus difficilis admodũ eſt curatu, quod infantes ſint, tenerrimi, & medicamenta purgantia non tolerent quocirca caute admodum, & ſũma cum prudentia cum his procedendũ eſt, Topicis ſolis fouendum eſt caput, vt roboretur calor eorum natiuus & ſic per inſenſibilem tranſpirationem euacuetur materia hydrocephali. Topicum autem medicamentum, quo ſolo caput infantiũ tenellorum refocillari poteſt, & materia hydrocephali euacuari ſic componi debet ℞. eſſentiæ roris marini & ſaluiæ ar. ʒ1. pulueris cinnamomi & nucis moſcatæ an ʒ . caryophillorum ℈j. ceræ ℥ij. picis naualis ℥ iij fundatur & liquetur cera & pix, his liquefactis adde puluères & vltimo infunde eſſentias, dum adhuc tepet materia ne euaneſcant eſſentiæ, & ex arte fac cerotum quod doraſo capillitio applicetur capiti infantium ſemel in die donec omnino detumeat caput quod ſi infantes ſint fortes & robuſti vt medicamenta purgantia ſuſtinere poſſint, poſſũt purgari mercurio dulci ſpargyrice præparato ſequenti modo ℞ mercurij dulcis

Emplaſtrum ſeu cerotũ hydrocephalum infantium tuto cu-

℈ j. diagredij cum ſucco liquiritiæ diſſoluti & exſiccati grana ſex, conſeruæ violarum ℥ j niſi fiat bolis, detur mane cum regimine & cuſtodia artis, capitis purgio noſtro etiam poſſunt per ſternutamenta expurgari, vt expurgetur per nares & palatum materia hydrocephali per ſudores & per vrinas poteſt expurgari hæc affectio per ſudores ſudorifico noſtro propinato ex ſtanno & mercurio præparato, capite quarto de curatione doloris aurium declarato, per vrinas ſequẽti diurectico facili negotio expurgatur hæc materia ℞ nilij Sol's ℥ j ſaxifragiæ & areſtæ bonis an iij. therebentinæ venetæ ℥ij. mellis optimi ℥ iiij ſpiritus vini rectificati lib. 1. fiat omnium diſtillatio in alembico vitreo in cineribus, ad ſiccitatem materiarum caue tamen ne conburantur materiæ, huius liquoris diſtillati ʒ ſ. miſceatur cum muſculo pulli & detur mane ſemel in die, eſſentiæ etiam ſaluiæ guttulæ tres aut quatuor in tuſculo pulli propinatæ conferunt valde ad curationem hydrocephali.

Purgatio ad hydrocephalum.

Per ſudores & vrinas poteſt expurgari natura hydrocephali.

Eſſentia ſaluiæ eſt arcanum hydrocephali.

De letargo.

CAPVT VIIII.

Lethargus quid ſit & vnde fiat.

LEthargus eſt profvndus ſatis & altus ſopor excitabilis tamen, cum febre cum obliuione, & delirio conuinctus ab excrementis cerebri frigidis & humidis aliquid narcotici veneni redolentibus ortum habens: Lethargi cauſa non eſt intemperies frigida & humida cerebri, vt docetur communiter in ſcholis medicorum nam infiniti ſunt qui frigida & humida cerebri intemperie laborant & tamen non ſunt lethargici, cauſa vera & legitima lethargi ſunt excrementa cerebri quæ ex alimento ipſius cerebri deprauato & alterato, ortum habent frigidaque ſũt & humida. & præter illam frigiditatem & humiditatem aquoſam, qua prædita ſunt ipſamet excrementa ſapiunt aliquid veneni narcotici, & ſoporiferi, & beneficio cuius ſoporem illum, & ſomnum præter naturam inducunt, quod animales ſpiritus nimis infrigident & ſua narcotica virtute inficiant, quod autem lethargum ſubſequatur febris, obliuio, & delirium, hæ poſſunt dari rationes,

In letargo eſt aliquid veneni narcotici.

febris potiſſimum comitatur lethargum quod ab ipſis excrementis frigidis & narcoticis irritetur ſpiritus animalis cerebri & ex candeſcat, vt illa eliminare & foras propellere poſſit, excandefacto & irritatur ſpiritus vitalis propter commerciũ vitale inter ipſos, & hinc excandefacto ſpiritu vitali, & excandeſcit domus eius nempe cor, & ſic febris ortum habet, quæ quidem neceſſaria eſt, vt vincatur & debelletur materia lethargi quæ ab ipſo ſpiritu excandefacto & irritato tantummodo poteſt expelli vt experientia ipſa quotidiana probatur, lethargum ipſum febre adaucta curari poſſe, non enim expellitur materia lethargi niſi ab ſpiritu ſanitatis noſtræ veriſſimo œconomo, ſpiritus autem non expellit niſi irritetur & excandeſcat, in magnis ſaltem expulſionibus, vt apparet in criſibus omnibus.

Febris in lethargo curdetur obliuio & delirium.

Obliuio autem etiam conſequitur lethargum quod in ipſo, materia lethargi ſit narcotica, & ſoporifera & perinda memoriam lædit ſua ſoporifera & narcotica virtute, & perinde obliuiſcuntur ſuarum ipſarum rerum dum petunt matulam, & mingere volunt, dum tenent matulam obliuiſcuntur ipſius mictionis, & hoc à memoria læſa ab ipſa natura lethargi dependet & originem habet, nihil

Obliuio curdetur in lethargo.

enim magis lædit memoriam quam ſoporifera & narcotica, vnde lethe inferorum fluuius fingitur à Poëtis obliuionem rerum omnium inferens quod eius aqua ſit narcotica, ſoporifera & lethargica.

Delirium cur in lethargo reperiatur.

Delirium autem etiam conſequitur lethargum propter excandeſcentiam ſpirituum animalium ab excrementis illis narcoticis & ſoporiferis, & qui ſpiritum animalem dum ſua frigiditate, & humiditate extinguere tentant, irritant & accendunt ad ſui deffenſionem vnde excandefactis & accenſis ſpiritibus animalibus; fit delirium; non poteſt enim anima humana rite ratiocinari accenſis & nimis excandefactis ſpiritibus animalibus quibus vtitur ad functiones ſuas rite peragendas ſi temperati ſint & moderati, temperatæ & moderatæ ſunt eius actiones, ſi vero imtemperati, & immoderati ſint intemperatas, & immoderatas, & perinde phreniticas & maniacas, & delirio plenas habent ſuas actiones, eſt autem lethargus difficilis curationis & ſi phrenitidem conſequatur eſt adhuc maioris difficultatis in curatione ſua, eo quod calor natiuus iam ſit depaſtus à calore præter naturam ipſius phrenitidis, & multum diminutus, & cauſa materialis ipſius lethargi, ſit copioſior & turgentior multo & perinde curatu diffici-

Lethargus curatu difficilis.

lior nihilominus poteſt curari ſequenti methodo.

De curatione lethargi.

IN primis euacuanda eſt natura lethargi medicamentis proprijs, qualia ſunt vinum hæmeticum, quod peculiari præparatione pro curatione lethargi, ſic cõponimus ℞ Antimonij crudi optimi ℥jjjj ſalis nitri tantundem hæc ſimul contundimus in mortario æneo & dum optime concluſa ſunt & ſimul permixta depoſito puluere ex ipſo mortario, carbonem ardentem in medio mortarij ipſius imprimimus, & ſuper carbonem ardentem purum pulueris ipſius antimonij & ſalis nitri, vt comburatur, deinde iterum parũ pulueris ipſiuſmet antimonij imponimus &ſic deinceps cum cocleare pedetentim & cenſim puluerem omnem imponimus vt comburatur totus; hunc puluerem cõbuſtum terimus & in alchool tenuiſſimũ redigimus; & aqua laudati fontis abluimus vt tollatur omnis ſalſedo ipſius nitri deinde deſiccamus ſole aut igne, huius pulueris deſiccati ſumimus grana decem cinnamomi optimi ʒj. Caryophiblorum grana decem vini optimi ℥iiij. ſacchari optimi ℥ ſ. hæc omnia per noctem inte-

Lethargi curatio.

Purgatio grata pro lethargo.

gram in infuſione relinquimus abſque calore, deinde filtramus aut quod clarũ & limpidum eſt per inclinationem recipimus & lethargo noſtro ſummo mane propinamus ieiuno ventriculo. Et potionem ſimilem ter repetimus, hæc eſt potio mire efficax ad curationem lethargi. Caputpurgium etiam noſtrum ſuperius præſcriptum ſummæ etiam eſt efficaciæ, vt per ſternutamenta materia lethargi euacuetur ſed hoc fiat oportet, poſt purgationem vini hæmetici. Puluis etiam hæmeticus noſter ſummopere prodeſt, & eſt eiuſdem vtilitatis & efficaciæ, ac vinum hæmeticum poſt hanc purgationẽ roborandum eſt caput lotione ſpiritus vini optime rectificati, ſpiritus enim vini exterius capiti applicatus: ſpiritus animales roborat & reficit, ita vt potentiores ſint, ad debellandam materiam frigidam lethargi nec timenda eſt febris quia neceſſaria eſt, & ſummopere confert ad curationem lethargi, febris enim potens lethargo ſuperueniens, eſt eius tutiſſima cura, vnde & eſſentiæ calidiſſimæ cum ſpiritu vini poſſunt propinari vt eſſentia roris marini ſaluiæ, maioranæ calamenti & origani, & ex his ſic componere potionem ℞ ſpiritus vini optimi ℥ j eſſentiæ maioranæ ʒ ſ. miſce fiat potio detur longo tempore à iuſculo ſumpto quacũque

Spiritus vini roborat ſpiritus animales cerebri.

que hora diei qui ſpiritũ vini nimis ardentẽ, & palato ingratũ propter eius ardorẽ exiſtimant loco illius vtantur vino, ſed ſpiritus præſtat, propter eius tenuitatẽ & penetrandi potentiã, ſed hæc propinanda veniunt lethargo primario & nõ lethargo febribus ſuperuenienti, hinc enim, ſolis medicamentis purgantibus & catharticis ſubueniendum eſt, & roborantibus cephalicis externis applicatis, eſſentia argenti ſi rite facta & vera habeatur, in hoc affectu curando eſt tutiſſimũ arcanum & certiſſimum, paratur autem hæc eſſentia cum liquore mercuri j rectificato, huic liquori puro imponitur argentum purũ limatum vel foliatum, & diſſoluitur argentum in eo liquore velut glacies in aqua calida, circulatur diſſolutum per menſem cum ſpiritu vini æquali in quãtitate ſimul mixtis & deinde reponitur ad vſus miros, doſis eſt guttulæ decem aut viginti, cum iuſtulis, ſal etiam verum & dulce ipſius argenti & auri ſummopere conſeruat ad curationem ipſius lethargi, imo tutiſſima certiſſima & iucundiſſima ſunt eius cura, quicquid dicant nonnulli, chymicorum rerum ignari & auri & argenti naturam neſcientes cum aſſerant aurum & argentum nullam vitæ noſtræ proportionem habere poſſe, imo ſi eſſent veri legitimi naturæ ſcruta-

Lethargus cum febre eſt purgatione curandus

Sal argenti auri lethargi arcanum.

Kk

tiones ſcirent aurum argentum reliquaque metalla in ſua principia ſeminalia reducta, ſummam cum principijs uitæ noſtræ conformitatem habere, eaque tuta & inoffenſa reddere poſſe aduerſus quoſcumque naturæ noſtræ morbos & inimicos vt experientia ipſa cuique facit manifeſtum cum metalla cum nobis ipſis habeãt vnam & eãdem vltimam materiam & perinde primam.

De *caro comate* , *& catalepſi.*

Capvt X.

Carus coma & catalepſis cum lethargo habent affinitatem.

Soporiferi omnes hi ſunt affectus, & cum lethargo ſummam habent conformitatem & ſimilitudinem & non differunt inter ſe niſi ſecundum magis & minus: carus eſt maior & profundior ſopor, & carotici non excitantur ſtimulati nec interrogati reſpondent, quod tamen faciunt lethargici. Qui comate vero laborant carotici quidem ſunt & vt ſtipites iacent mortui ac vt marpeſia cautes, eſt tamen inter coma,& earũ differentia, quod coma fiat ab excremento acriori & ſicciori quam carus, carus ſiquidem ab humidiori & frigidiori fit excremento, quam coma, & magis eſt narcotica materia cari

quam comatis, eſt tamen in'omnibus narcotica materia, differunt tantum ſecundum magis & minus.

Carus coma & catalepſis vt differunt.

Catalepſis autem eſt ſpecies apoplexiæ & dicitur ab ipſo Hyppocrate apoplexıæ ibique eſt priuatio ſenſus & motus & cõmercium ſpirituum animalium & vitaliũ intercluditur, vnde datur & priuatio vo-:is & aphonia dicitur & ſanguinis excre-nentum frigidum & ſiccum potiſſimum n hac affectione abundat, & venæ rubẽt & turgent, & ſanguinis miſſio , eſt eius affectionis curandæ potiſſimum arcanum & qui ſanguinis miſſionę apoplecticos ſe :uraſſe exiſtimarunt catalepticos cura-unt & non veros apoplecticos, in cata-epticis enım venæ turgent & repletę ſunt ànguine excrementitio frigido & aliqua-enus ſicco, vnde coagulatur & conge-atur ſanguis in ipſis venis, & impedit ditum, & commercium ſpirituum ani-nalium & vitalium, vnde depleri debent ubitanea miſſione ſanguinis ne interclu-antur, ſpiritus ex qua ſola interclusione atalepſis originem habet, & ex ſopore ltiſſimo interueniente, qui ex frigida, arcotica ſanguinis materia excremen-tia exoritur, eſt enim in omnibus ca-itis ſoporiferis affectibus narcotica quę-am virtus quæ ex peculiari frigida ſan-uinis qualıtate excrementitia deducitur

Sãguinis miſſio in catapleſi eſt arcanum.

quæ potiſſimum poſt euacuationem ſanguinis, debet debellari medicamenti proprijs vt in apoplexia, vt ſequenti methodo clarius fiet.

Curatio cari, comatis & catalepſis.

Curatio comatis cari & catalepſis

Soporiferi hi omnes affectus curantu vt apoplexia nam hæc omnia quæ ſu premū ſoporiferorum affectuū malum ex tirpare & debellare, poſſunt poſſu & inferiora ſoporiferorum mala curare quod enim maius poteſt, poteſt & m nus.

Curatio ſoporiferorū affectuū eſt elleborus præparatus.

Curatio autem ſoporiferorum affectu vere conſiſtit in extracto ellebori albi c pite de curatione vertiginis deſcript Hoc enim extractum potenter educit capite & partibus eius materiam omn ſoporiferorum affectuum: purgato ſic co pore, terant quater repetita doſi, per q tuor auroras deueniendum ad caput p gium noſtrum deinde ad eſſe ntiam cep licas calidas valde, vt ad eſſentiam roſ marini, ſaluiæ, & maioranæ, & qui rum aurum potabile, & argentum po dent illi tuto cito & iucundè vti poſſu ad curationem certiſſimam horum a ctuum: in curatione autem captalepſi venæ colli turgeant & rubeſcant au

Sanguis eſt mittendus in catalepſi.

er mittendus eſt ſanguis maxima in
uantitate, ſi venis ætas & tempus hoc
oncedant caute & prudenter miſſione
anguinis in his ſoporiferis affectibus eſt
rocedendum, ſanguis enim ſi mittatur
ontra has leges & conditiones accele-
it mortem, cũ calor natiuus miſſione ſan-
uinis debilis valde fiat, in his affectu-
us qui nimis ipſum calorem natiuum
xtingunt ac perdunt ſua materiali cauſa
igida nimis, & glaciali veneno infecta,
uocirca in ſanguine mittendo, caute ad-
odum & prudenter eſt procedendum,
e tali imprudentia ægrotos noſtros ad
auces ipſius orci remittamus in omni
nim catalepſi, non eſt mittendus ſanguis
iſi in illa vbi venæ rubent & ſanguine
urgent, nam in alia vbi venæ non rubẽt
& nimio ſanguine non replentur non eſt
mittendus ſanguis, cum in hac catalepſi
frigidus & quodammodo ſiccus habea-
ur excrementitius ſiccus, qui alimen-
ari permiſcetur, ex quo excrementitio
ſicco frigido & ſicco oritur morbus, qui
peculiari hac proprietate frigida & ſicca
neruos inficit, & ægrotantes eodem
proſus ſtatu perſiſtunt quo primum eos
morbus inuaſit, quia ſpiritus impetum
faciens & motus omnes, ſiſtitur glacia-
li illo veneno, vnde partes permanent
eodem ſtatu & gradu, quo morbus ipſas

In ſanguine mittendo in narcoticis affectibus cau te agendum.

Spiritus caloris fons ſemper afficitur in narcoticis affectibus.

inuadit & earum ſpiritus, ſpiritus enim motus & ſenſus potiſſimum & præcipuũ organum, ſemper afficitur in his ſoporiferis affectibus & ſi partes aliæ corporis afficiantur vt cerebrum & nerui acteriæ & venæ hoc fit per conſenſum quia ſpiritus actiones vitales omnes agens primario afficitur, & deinde conſequenter omnes corporis, partes quæ ab ſpiritibus vitalibus & animalibus vitali dote afficiuntur: nihil mirum ergo ſi totum corpus in his affectibus ſoporiferis imo& ipſa anima humana quodammodo afficiatur, & ſtupida reddatur, & ſuarum functionum obliuiſcatur, quod ſpiritus animæ humanæ præcipuum organum narcotica & glaciali illa virtute, à ſuis proprijs & innatis virtutibus dimoueatur.

Anima ipſa cur afficiatur in narcoticis affectibus.

De Paraliſi.

Capvt. XI.

CVm apoplexia deſinat in paralyſim, nullo pacto dubitandum eſt, quin paralyſis fiat ab hiſdem cauſis à quibus fit æpoplexia, apoplexia ſiquidem eſt paralyſis vniuerſalis totius corporis, ſic ergo paralyſis erit apoplexia particularis cum medium corporis reſoluatur in paralyſim ſi ergo apoplexiam definierimus generalem & vniuerſalem ſpirituum animalium & vitalium intercluſionem ab humoribus excrementijs craſſis & viſcoſis glaciali veneno & narcotica infectis interuenientem: paralyſim definire poſſumus intercluſionem particularem animalium & vitalium ſpirituum ab hiſdem excrementis, alimenti noſtri craſſis, & viſcoſis, glaciali & narcotico veneno infectis, quæ canales & vias illas ſpirituum ſua craſſitie & uiſcoſitate, imo & narcotica, & glaciali virtute occludunt, & impediunt, & ſic commercium illud vitale ceſſat, & corruit corpus, quaſi mortuum, ſenſu & motu priuatum, & ſi diu intermittatur illud commercium mo-

Paralyſis vnde fiat & quid ſit.

Vel eſt partium ſenſitiuarũ contractarum à terrore ſolo factum.

ritur vere corpus humanum in quo fit intermiſſio illa commercij ſpirituum vitalium . & animalium , at ſæpe ſæpius in debilibus apoplexijs ſpiritus vitales , & animales laceſſiti , & irritati ab ipſa materia craſſa , viſcoſa , & tenaci, frigida & glaciali , materiam ipſam forti cum impetu aggrediuntur , illamque depellunt in dextram vel ſiniſtram partem vbi fit illa interclusio , nam ſæpe non fit in cerebro , at in vaſis colli , & pectoris, manetque pars in quam decidet illa materia priuata ſenſu & motu , quod priuetur commercio ſpirituum vnde fit paralyſis particularis , ſi illa interclusio fiat in cerebro & ex cerebro materia illa eliminetur & decidat in dextram vel ſiniſtram partem ſpinalis medullæ , fit paralyſis illius partis , in quam decidit materia illa viſcoſa , ſalua alia parte , ſi vero hæc interclusio fiat in vaſis colli , & materia decidat in dextram vel ſiniſtram partem colli , tunc manet caput integrum ſaluũ & perfecte loquuntur ægroti , & bene ratiocinantur , & media corporis pars inferior in quam decidit hæc materia , manet paralytica , ſi vero eadem materia faciat interclusionem illam , in inferioribus medullæ ſpinalis partibus fit paralyſis particularis partium inferiorum vbi fit illa interculſio , vt verbi gratia ſi illa

Paralyſis particularis vnde fiat.

interclusio fiat in fine ipſius ſpinalis medullæ circa omne ſacrum & fiat totalis, in- cluſio meatuum ſpinalis medullæ fit paralyſis crurum & pedum & eorum omnium partium, quæ ſub interclusione illa ſunt, & ſic fit paralyſis particularis & vniuerſalis, ſecundum particularem & vniuerſalem illam ſpirituum interclusionem à materia illa viſcoſa & tenaci, frigida & glaciali quæ interclusionem illam facere ſolet, quæ quidem vt tollatur dum facta eſt, ſequentibus remedijs eſt vtendum.

Paralyſis crurum & pedum vnde fiat.

Curatio paralyſeos.

Paralyſis cura vera.

OMnibus remedijs quibus vtimur in curatione apoplexiæ poſſumus etiã hiſdem vti in curatione paralyſeos, quod enim maius poteſt, poteſt & minus ſi interclusio vniuerſalis ſpirituum curetur quibuſdam remedijs, qualis eſt apoplexia interclusio particularis qualis eſt paralyſis, hiſdem etiam remedijs curari poterit, & faciliori via & negotio, purgato ergo corpore per hæmeticum puluerem aut extracto ellebori albi ſuperius præparato ter aut quater repetita doſi per tres aut quatuor dies, ad ſudorifica deueniendum eſt, & ad topica remedia, ſudorifica erãt

Sudorificum ſtanni curat paralyſim.

ſequenti modo præſcribenda ♃ aquæ vtrariæ ℥ iij. aquæ cinamomi ſtillatitiæ optimæ ʒ j. & ſpiritus tartari aut vrinæ pulueris ſtanni ſudorifici ſuperius capite 4. de curatione doloris aurium præſcripti ℥ ſ. miſce fiat potus detur ſummo mane ieiuno ventriculo, & cooperiatur æger optime, in lecto ſuo, & omni arte ſudor prouocetur, & id fiat per quindecim dies aut per menſem continuando, repetitis doſibus ſudorificis ſingulis diebus, ſic materia illa frigida glutinoſa & viſcoſa attenuata & euaneſcit quæ neruos muſculos & vaſa reliqua corporis inficit quorum medio, ſpiritus animalis & vitalis commercium fit & exercetur eaque materia glutinoſa & viſcoſa euaneſcente, & attenuata, pedetentim & cenſim curatur paralyſis redeunte cõmercio ſpirituũ animalium & vitalium partibus omnibus corporis, quibus illuſtratis & tali vitali aura fotis euaneſcit omnino paralyſis.

Balnea ſudorifica proſunt paralyticis.

Balnea etiam thermalia ſudorifica maximo ſunt in vſu in curanda paralyſi poſt purgationem antimonij noſtri quod ſummopere euacuat, ſurſum & infra humores illos & excrementa illa præter naturam alimenti corporis noſtri que obſtructiones illas pariunt, quibus intercluſio ſpiritus animalis & vitalis ſolet fieri, quibus tandem purgatis & euacuatis, ſi

quid adhuc excrementi illius in partibus ſuperſit, id euacuatur & in auras abit, per ſudores ex balneis thermalibus ſuſcitatis, quibus vt maior virtus & energia ſudoris eliciendi infundatur, poſſumus ægrotantibus paralyticis qui balnea hæc ingrediuntur, potionem ſudorificam ſuperius præſcriptam præſcribere, eiſque potandam præbere, in ingreſſu ipſorum balneorum ibique actuabitur potio illa ſudorifica, & copioſe ſudabunt ægrotãtes & materia illa paralytica ſic facili negotio euaneſcet, & attenuabitur, & ſic cito tuto & iucunde curabuntur ægrotantes parlytici.

Hoc etiam poteſt imperari, in cauernis ſubterraneis ab igne ſubterraneo, & vaporibus ſeu exhalationibus calidis excalefactis vbi copioſe ſudatur & ſic perfecte curatur paralyſis, interim poſtquam corpus ægrotantis ſudore ſuo abſterſum eſt, inungendæ ſunt partes, topicis balſamis, vt calore horum balſamorum refocilletur calor vitalis partium parilyticarum, quæ cum ſpiritu animali & vitali priuentur & defraudentur, emortuæ quaſi iacẽtes: refocillantur autem ſequẽti methodo, perquamoptime ℞ eſſentiæ rocismarini & ſaluiæ an ʒj ſpiritus vini alchoolisati ʒ jj. eſſentiæ meræ & hyme an ʒ jj. butyri recentibus ℥ jj.

Balſamum paralyticos refocillans & reſtaurans

nitri puluerati ʒjj. miſceantur omnia, & fiat balſamum dequo frigide inungatur corpus paralyticum poſt ſudores: hoc enim balſamo mirifice recreantur partes omnes emortuæ in paralyticis corporibus.

De conuulſione canina.

CAPVT XII.

Conuulſio canina quid ſit.

CVm conuulſio canina ſit ſpecies paralyſeos dependere habet ab hiſdem cauſis, ac paralyſis ſi itaque paralyſis dependeat, ab excrementis præter naturam viſcoſis, glutinoſis, & frigidis commercium ſpirituum animalium & vitalium intercludentibus, neceſſe etiam eſt, & veriſſimum conuulſionem hanc caninam dependere etiam ab hiſdem excrementis viſcoſis glutinoſis, & frigidis, quæ vitalium & animalium ſpirituum commercium intercludunt, & ſic partes conuulſione canina affectas emortuas & ſine motu & ſenſu priuatas efficiunt, oritur autem hæc conuulſio canina ex infractu & obſtructione muſculi lati, in facie humana collocati circa oris partes, quo muſculo lato vitali & animali ſpiritu de-

libuto facies tota mouetur & os humanum diducitur, & clauditur ſecundum neceſſitatem, & vſum humanum dum autem muſculus iſte priuatur ſpiritibus vitalibus & animalibus ab obſtructione glutinoſa viſcoſa & frigida materia facta tunc temporis pars ſana conuellitur qua ſpiritus ſenſitiuus partis ſanæ ſe contrahit, vt alterius partis & conuulſione illa, rictum caninum dũ mordere volunt canes imitari videntur tali conuulſione affecti, vnde hic affectus conuulſio canina dici ſolet, quod rictus caninos imitetur, eſt autem hæc conuulſio paralyſis muſculi lati oris humani ab interclusione ſpirituum animalium & vitalium facta ex materia viſcoſa glutinoſa & frigida dependente, tota eius curatio dependet in ablatione frigidi illius excrementi viſcoſi & glutinoſi, quod animalem ſpiritum intercludit & aditum eius impedit ne muſculum illum latum adeat qui faciem totam humanam viuificat & illuſtrat, hoc autem fiet ſequenti methodo.

Conuulſio canina cur canina dicatur.

Curatio caninæ conuulſionis.

Curatio cõuulſionis caninæ.

IN curatione morborum omnium præualet puluis hæmeticus noſter ad miracula ſiquidem operatur in euacuandis excrementis præter naturam quæ in corpore noſtro coaceruantur ex alteratione alimenti noſtri, nihil in natura potentius eſt ad iucunde tuto & cito euacuanda illa omnia excrementa quocirca, in curatione caninæ conuulſionis nihil eſt in tota natura iucundius tutius & citius hoc ſolo medicamento, ideo conſulo vt eo ſolo puluere vtatur ad curationem caninæ conuulſionis, ſequenti methodo ℞ pulueris hæmetici noſtri grana octo conſeruæ violarum dragmam vnam moſci & ambaci an grana duo, miſce fiat bolis detur cum cuſtodia artis & regimine, addo ambarum & moſcum ad caput refocillandum & roborandos ſpiritus animales, qui moſcho & ambaro fiunt fortiores & potentiores vt interclufionem illã & abſtructionem deuincant. Puluis autẽ hæmeticus multis in locis librorum noſtrorum docetur, at ibi repetam & methodum enarrabo meliorem & tutiorem pro principibus & regibus purgandis. ſi enim Principes & Reges hoc puluere purgen-

Qui purgantur puluere hæmetico lõgius viuũt

tur, certiſſimum eſt eos diutius viuere poſſe, quam ſi ab hac purgatione abſtineant ♃ ergo. Reguli antimonij lb j. liquetur in tigillo & dum liquatus eſt regulus, illi proijciatur vncia ſemi auri optimi, & argenti optimi j. & miſceātur ſimul deinde frigeſcat, & in alchool reducatur & pulueretur optime, huic pulueri adde, mercurij ſublimati optimi & ab arcenico omni vindicati lib. j. miſceantur ſimul & contundantur in puluerē tenuiſſimum, & retortę vitreæ forti indantur, & per cineres forti ſatis igne diſtillentur diſtillabit liquor gummoſus qui frigido glaciatur itaque cauendum eſt, ne frigeſcat in collo retortæ ideo tenendum eſt collum retortæ calidum ſemper ne liquor egrediens glacietur prę frigore liquor ſtillatus ſub dio in frigido loco collocandus eſt, vt ſoluatur, quod intra quatuor aut ſex dies fiet ſi vas apertum teneatur in cella frigida & humida hic liquor ter aut quater eſt rectificandus in nouis retortis, & deinde aqua laudati fontis ſtillaticii eſt pręcipitandus impo- nendo huic liquori magnam quantitatem illius aquę ſtillatitę & ſub cineribus calidis imponendo vas vt digeratur melius & fortius præcipitetur puluis albiſſimus in fundo vaſis, auferenda eſt aqua illa, & imponenda noua & recens ſtillatitia, vt

Modus pręparandi puluerem hæmeticum pro regibus & magnatibus.

puluis optime educeretur agitando vas, in quo eſt puluis, vt agitatione illa, acetoſitas omnis pulueris tranſeat in aquã ſtillatitiam & relinquat puluerem dulcem ſeu incipidum puluis deinde hic inſipidus, deſiccandus eſt, leui calore, aut in ſole, & huic addendum eſt ſaccharum in puluerem tenuiſſimum redactum æquali in quantitate, & ſimul optime permiſcere oportet & vaſi vitreo includere, ad vſus, nihil eſt in tota natura ſecretius, ad euincendos morbos omnes cuiuſcumque ſint generis: aqua illa ſtillatitia quæ acetoſitatem pulueris hæmetici noſtri contitinet, eſt diſtillanda, per alembicum vitreum vt ſeparetur aqua inſipida ab acetoſa, quæ vltimo egreditur & hæc acetoſa aqua conſeruanda eſt, ad tincturas roſarum & violarum & florum papaueris rubei extrahendas quæ ſummopere refrigerant, & calidum noſtrum alteratum refocillant, puluis autem in fundo retortæ remanens, ſeu caput mortuum pulueris hæmetici, ſeu liquoris gummoſi eſt calcinandus cum æquali quantitate nitri optimi, in vaſe fictili & poſt primam deflagnationem deinde iterum eſt calcinandus addito nitro & hoc ter agendum eſt puluerando ſemper calcinatum, & nitrum addendo, deinde dulcorandum eſt calcinatum, lotione aquæ communis donec

Puluere hæmetico nihil in tota natura ſecretius ad euincendos morbos omnes.

puluis

puluis ſit omnino inſipidus, tunc oſt deſiccandus & conſeruandus in vaſis vitreis ad vſus, puluis hic eſt ſudoriſicus & cordiacus & venenis reſiſtit, & dicitur Bezoar minerale ſic ex illa compoſitione antimonij mercurij auri & argenti habet tria medicamenta ſumma, quibus ſolis omnes morbos corporis humani curari poſſunt & hæc ſola tria medicamenta medico ſufficiunt, vt honorem & decus ſummum in ſua arte acquirat, nihil enim eſt in corpore humano noxium, & præter naturam quod cathartico, & purgante noſtro puluere non euincatur, nihil tam calidum eſt, & febrile quin refrigerante noſtro acido extinguatur, & nihil adeo venenoſum eſt, & prauum ac cacherticum, quin lezoartico puluere noſtro & ſudorifico ſuperetur, tot & tanta ſunt in his tribus medicamentis, vt ſi rationes enarrare vellem vnde proprietates & virtutes tantas expiſcantur, volumen quammaximum hinc exoriretur; ſufficiat ſapientiæ veræ alumnis dicere, ſalem Lunam mercurium & antimonium conſtituere ſimul iuncta hæc tria medicamēta. in quibus ſolis tota virtus & proprietas naturæ animalis vegetabilis & mineralis concluſa eſt, tanquam in arca quadam pretioſa, & arcana, credat qui velit, talentum à Deo ſolo mihi concredi-

Laudes & encomia pulueris hermetici.

tum libenter propter ſalutem & neceſſitatem generis humani, omnibus communicare non erubeſco, gratias agent, qui experientia certiores hac de re, fient. Poſt purgationem hanc pars non couulſa fouenda eſt eſſentia aliqua calida, vt eſſentia roris marini, ſaluiæ thymi cinnamomi & aniſi, hæ enim eſſentiæ calidum natiuum partis illius refocillant & quod illi noxium eſt, facile vincat roboratum & ſic ſpiritus partis conuulſæ redit in priſtinum ſtatum ſpiritu ſenſitiuo partis paralyticæ roborato.

De conuulſione ſeu ſpaſmo.

Capvt XIII.

Spaſmus quid ſit, & vnde.

COnuulſio ſeu ſpaſmus eſt motus præter naturam muſculorum totius corporis, vel ſaltem alicuius partis, ſi ſpaſmus ſit particularis, ab archeo innato ſuſcitatus, maligno aliquo excremento aut dolorificè irruente in archeum, & muſculorum vitæ inſidianti, illud malignum aut dolorificum excrementum in ſpiritum noſtrum irruens, vitæ muſculorum & neruorum inſidiant, eſt materialis cauſa ſpaſmi, ſpiritus vero vitæ noſtræ læſus, ab ipſa materiali cauſa, eſt

Cauſa materialis & efficiens ſpaſmi

cauſa efficiens ſpaſmi ſeu conuulſionis ſeu motus conuulſiui, conuelluntur enim muſculi & nerui, ab ipſorum innato ſpiritu irritato tali maligno aut dolorifico excremento, dum enim tendit ad expulſionem maligni illius excrementi muſculos cōuellit& neruos, vt expellat expulſio enim fortior eſt per conuulſionem illam quā per alium motum& ſæpe ſæpius illud excrementum ſpaſmum operans non eſt malignum, ſed dolorificum, & ratione doloris ſpaſmum facit & conuulſionem vnde oportet neceſſario vt illud excrementum ſpaſmum materialiter faciens, ſit aut maligna aliqua qualitate præditū vel ſit dolorificum ſaltem, malignitas ſiquidem ſola, vel dolor ſolus conuulſionem facere poteſt.

Conuulſionem facit excrementi malignitas.

Miror ego quod galenus & cum ipſo omnes ſcholæ totius orbis, ſpaſmum cōſtituant in ſola repletione vel inatione neruorum & muſculorum quaſi vero nerui aut muſculi repleantur vel inaniantur in corpore vbi ſæpe ſæpius nulla eſt repletionis ſuſpicio; vidi enim ſenes maris lumina confectos conuulſione affligi potius, quam obeſos & carus & ſanguine repletos & qui conulſione tentantur macilenti potius ſunt & omni repletione inuiti, quam obeſi & ſaginati. Quod ſi Hypocrates conuulſionem collocauerit

Spaſmus nō conſiſtit in repletione vel inanitione partium.

Hyppocratis in terpretatio de repletione & inanitione

in repletione & ianitione, male intrpretatur Hypocrates de repletione & curatione neruorum & muſculorum, intelligit enim pergrecationem & nimij cibi copiam & nimiam euacuationem venarũ per ſanguinis miſſionem, ex quibus aliquando generatur maligna aliqua qualitas, qua excrementa alimenti noſtri afficiuntur, quæ dum in neruos & muſculos illabuntur ſpiritus innatus muſculorum & neruorum excitatur & motus ille conuulſiuus excitatur, vt illud excrementum vna cum maligna ſua qualitate expugnetur, & foras eijciatur: pergrecationibus enim nimijſque commeſſationibus non replentur nerui, nec muſculi ſed ſtomachus ſeu ventriculus, qui male coquit ac digerit vinum, & cibos affatim nimis iniectos vnde ex digeſtione praua excrementa multa coaceruantur, & cumulantur quæ facili negotio malignam illam qualitatem induunt, ex putrefactione vnde ſpiritus innatus neruorum & muſculorum irritatur, & irritatione illa excitat in neruis & muſculis motum illum conuulſiuum, vt in venenis apparet, quæ dum corpora noſtra ingrediuntur, maligna ſua qualitate propria & innata, ſpiritum vitæ noſtræ agrediuntur vt ipſum extinguant, vnde irritatur ſpiritus, tanquam ab inimico potenti agre

Motus conuulſionis vnde fiat.

is; & ſic irritatione illa excitat in neruis
& muſculis motus illos conuulſiuos,
quia dum ſe comprimit in vnum vt fortius
agat, in hoſtem partes ſuas quas vitali
ſua aura fouet contrahit & ſic conuellun-
tur partes quia ſpiritus agreſſus contra-
hitur, vt fortius agat in hoſtem & ſic
vere & Phyſice fit ſpaſmus in corpore
noſtro, & non ex repletione vel inanitione
neruorum & muſculorum quam Ioannes
Baptiſta Vam Helmon Doctor inſignis
Medicus & clarus Bruxellenſis quam-
plurimis argumentis refutauit capite IX.
de lithiaſi.

Spaſmus qua via fiat.

Ex dolore ſpaſmus vt fiat.

Sic etiam ex dolore concitatur ſpaſmus
ſeu conuulſio, ſpiritus ſenſitiuus partis
dolore affectæ, ſe contrahit in vnum,
horrore doloris, & dum ſe comprimit,
comprimitur etiam pars illa in qua eſt
ſpiritus ſe contrahens, horrore doloris,
ſic criſpantur & contrahuntur partes om-
nes corporis, arteriæ, venæ, membra-
næ tendines muſculi nerui puncti, &
læſi, quia ex dolore, ſpiritus ſenſitiuus
ſe contrahit in vnum, vt doloris reme-
dium inueniat, hoſtem dolorificum ex-
pellendo, ſi valeat, alioquin augetur do-
lor, quandiu viget ſpiritus illius partis,
qui omnia corporis ad ſe aduocat, vt
hoſtem dolorificum expugnet, vt in
ſpina affixa alicui parti apparet auulſa

ſpina quieſcit ſtatim ſpiritus & ceſſa dolor, & miteſc unt reliqua omnia ſymptomata, quæ dolorem comitantur ſic conuulſio ceſſabit omnis, & ſpaſmus, eiuſque ſpecies omnes euacuatis & euulſis excrementis illis viſcoſis glutinoſis & malignis acribus & dolorificis quæ quidem omnia euacuabuntur cito tuto & iucunde ſequenti methodo.

Curatio ſpaſmi ſeu conuulſionis.

Curatio ſpaſmi ſeu conuulſionis.

AD curationem citam tutam & iucundam ſpaſmi nullo alio opus habemus quam purgatione forti & præpotenti illius maligni excrementi quod ſpaſmum facit in tota autem natura nihil eſt potentius & efficacius ad purganda illa maligna & praua excrementa antimonio noſtro ſuperius præparato de canina cõuulſione: maligna omnia & lethalia quæ in corpore reperiri poſſunt efficaciter euacuat quacumque in parte latitent: ſequenti ergo methodo eſt propinandum ℞ antimonij noſtri ſuperius præparati grana octo, conſeruæ roſarum aut violarum ℥ ſ. miſce fiat bolis detur mane ſeruato regimine & cuſtodia; vel grana illa octo antimonij noſtri infundantur per noctem in vino mero & propinetur

Nihil antimonio eſt fortius ad purganda maligna excrementa.

vinum ſolum delicatulis quibus eſt natura fortis & potens propinetur vinum & puluis infuſus, repetetur hæc purgatio quater per quatuor dies iterata doſi ſeruato regimine. quod quidem conſiſtit vt obſeruent cuſtodiam & poſt tres horas ſumant iuſculum optime ſale conditum & nihil aliud ſumant. toto illo die quo ſumpſerint medicamentum illud, quam iuſcula optime condita, de tribus horis; & deinde tempore cœnæ, cœnare poſſunt optime & opipare ſi appetitus illud concedat, & conſulat, purgatione peracta fortificanda eſt pars, conuulſione affecta, eſſentia ſaluiæ, oleo ceræ permixta, & hac mixtione illinenda eſt pars, bis in die, ſero & mane, & ſi per aliquot dies, non ceſſet affectus, iteranda eſt ſuperior purgatio nam totum arcanum curationis coſiſtit in purgatione illa antimoniali noſtra, nec eſt vllo pacto timendum tale medicamentum innocens enim eſt, ab omni malo, & ab omni veneni ſuſpicione, & qui tali ſuſpicione illud afficiunt, rerum naturalium penitus ſunt ignari. nec violenter purgat ſed cum virtute & potentia euacuat excrementa corporis.

regimen & virtus vinen di in purgatione antimonii

De balbutie & his qui cum difficultate loquuntur.

CAPVT XIIII.

Balbuties vnde ſit & fiat.

ANgygloſſi & mogilali laborantes vocant græci qui difficulter loquuntur & qui in ſermone reſtitantes loquelam præcipitant, & literas L, R, & k, maxima cum difficultate pronunciant hoc ſermonis & loquelæ vitium dependet, ex vitijs muſculis ipſius linguæ & aliquando ex conformitate deprauata ipſius linguæ, vitium autem illud muſculorum dependet & originem habet, ex obſtructione muſculorum horum, qui infarciuntur & replentur excrementis viſcoſis glutinoſis & frigidis quæ impediunt & intercludunt, commercium ſpiritus animalis ad muſculos illos linguæ, quo commercio impedito & intercluſo motus linguæ non expedite fit, vnde difficilis eſt pronuntiatio & loquella non expedita: eſt enim angygloſſis& mogilatis difficilis pronunciatio, & loquela non expedita &balbuties, ex via ſpiritus animalis præpedita ad muſculos linguæ, ab excrementis viſcoſis & frigidis. Confluunt autem illa excrementa ex capite in muſ-

culos linguæ caput enim deponit ſua excrementa in palatum & hinc in muſcula linguæ delabuntur ſi excrementa illa tollantur & copioſe redeant ſpiritus animales ad muſculos linguæ, curatur omnis angygloſſis & balbuties ſi ex conformitate deprauata linguæ dependeat id omne incurabile eſt, ſi vero ex aſtrictione & breuitate membranæ quæ ſub lingua eſt, quæque filum dicitur, id medicamentis & chyrurgia curari poteſt vt in curatione ſequenti videre eſt.

Balbuties curatur copia ſpirituũ animalium.

Balbutiei curatio.

CVratio balbutiei, & omnes loquendi difficultates dependẽt ex ſublatione cauſarum materialium ipſius balbutiei, qui enim tollit has cauſas materiales tollit etiam cauſas efficientes, nam qui tollit excrementa viſcoſa illa & tenacia, animalium ſpirituum commercium impedientia, tollit etiam efficientem cauſam balbutiei, & omnes loquendi difficultates, cum ſtatim adeat ſpiritus animalis copioſus, qui partes loquendi illuſtrat, & admotus loquelæ proprios excitat, cuius animalis ſpiritus defectus eſt cauſa efficiens omnis loquendi difficultatis tolluntur autem excrementa illa viſcoſa &

Curatio balbutiei.

tenacia impedientia aditum ſpirituum animalium, purgatione antimonij noſtri potiſſimum, quod excrementa illa ſua innata virtute, potenter euocet, & ex capite educat, tanquam ex fonte ex quo ſcaturiunt, & in fauces irruunt, purgatio ergo ſic fiet ℞ antimonij noſtri grana octo, vini optimi ℥ j miſceantur & dentur ſummo mane ſeruato regimine & cuſtodia, iteretur potio & detur per tres dies iterata doſi & deinde lauetur os ſæpiſſime ſpiritu ardenti, ex ſucco ceraſorũ nigrorum extracto, ſuccus enim ceraſorum nigrorum in cella depoſitus, ad inſtar vini. ebullit, & deinde per diſtillationem ſimplicem extrahitur ardens ſpiritus, qui ſummopere roborat muſculos linguæ, & ſpiritus innatos & fixos partium illarum loquelæ deſtinatarum, ſi vero membrana ſubſtrata linguæ impediat loquelam propter eius nimiam ſtrictionem, ſeu breuitatem, vaſcellis eſt accipienda, & forcipe tenui incidenda, & ſtatim colluendum eſt os, aqua plantaginis aut roſea vt ſanguis compeſcatur & pars inciſa, ad cicatricem laudatam reducatur, caput etiam eſt roborandum & excalefaciendum lotione ſpiritus vini, per quindecim dies tempore ſomni, ne caput ſua frigiditate & humiditate, mittat in fauces excrementa ſua viſcoſa & tena-

Purgatio propellenda balbutie.

Spiritus ceraſorum nigrorum arcanum balbutiei.

Spiritus vini roborat caput.

cia, & ſic cauſas materiales balbutici, foueat & nutriat & ſic, perfecte curabitur balbuties, & omnis loquendi difficultas.

De epilepſia ſeu caduco.

Capvt XV.

EPilepſia magnus eſt morbus & adeo magnus vt præ magnitudine ſua ipſum non noſcant adhuc medici, nec antiqui nec recentes, varia, & quampluri-ma illi impoſuerunt nomina, quod eius eſſentiam & quidditatem non nouerint, nam quod pueros potiſſimum aggrediatur, puerilem morbum vocarint, quod ſit quædam mentis apprehenſio, & quod mens & animus eo morbo potiſſimum afficiatur, Epilepſiam dictitarunt, quod vero cadant ægroti eo morbo affecti, caducum dixerunt quod vero comitia apud Romanos intermitterentur ſi quis diem comitia celebrarentur morbo illo afficeretur, dixerunt morbum comitialem quod vero vehemens & magnus eſſet morbus, & quod magnis & vehementiſſimis & potentiſſimis egeret remedijs, ad eius curationem herculeum vocarunt, ſacrum etiam appellarunt quod ſacris egeret remedijs, & quod mãgus eſſet, nã

Epilepſia medicis incognita.

Variæ remina epilepſiæ

ſacrum dicunt græci, quod magnum eſt, & ſic ex varietate & multitudine nominum voluerunt antiqui quidditatem & eſſentiam huius morbi putrefacere quod tamen non fecerunt cum eius veram eſſentiam ignorarint quæ vno ſolo nomine poteſt indicari ſi perfectiſſime noſcatur.

Epilepſia quidproprie ſit & vnde fiat.

Epilepſiam ergo nos propriè definiemus ſequentibus verbis: Epilepſia morbus eſt præter naturam à virulento quodam excremento inbriatiuo potus quã ſoporifero cauſatus offendens ſpiritum animalem & vitalem oppugnans adeo vt inebrietur à virutenta illa qualitate vel eſt conuulſio virulenta ab excremento virulento & inebriatiuo cerebrum concutiens & lædens, hæc conuulſio vel eſt per idiopathiam vel denteropathiam quæ idiopathica eſt, fit in cerebro ipſo. dum ipſum excrementum virulentum & inebriatiuum generatur in cauitatibus ipſius cerebri, dum alimentum ipſius cerebri, in hoc virulentum excremẽtum alteratione peculiari conuertitur, lædens peculiares cerebri actiones per deuteropathiam vero fit quando illud excrementum producitur & generatur in inferioribus partibus, ex earum alimento deprauato, & ſurſum petit partes ſuperiores eaſque lædit ſua peculiari virulenta

Epilepſia duplex idiopathica & ſimphatica.

qualitate, vnde vocari poteſt Epilepſia inſultus virulentus cerebri cum inſultet cerebrum & conuellatur, vapore tetro & virulento illo expugnatum: hinc colligitur quam male definiatur hic morbus interpolata totius corporis conuulſio cũ ſenſuum & mentis ablationes in paralyſim non deſinens, cum efficientes & materiales cauſas huius morbi hæc definitio non comprehendat & perinde non eſſẽtiam & quidditatem ipſius morbi ſed tãtum aliquas propietates & virtutes, quæ comitantur hanc eſſentiam, declaret & demonſtret non poteſt lædi & offendi cerebrum quin ſenſus & mens ipſa lædatur & offendatur, cum cerebrum mentis & ſenſus præcipuum organum lædatur vnde etiam fit totius corporis conuulſio non enim nego Epilepſiam eſſe interpolatam totius corporis conuulſionem, cum mentis & ſenſuum ablationes; ſed hanc definitionem mancam & mutilam eſſe aſſero, cum cauſa materialis & efficiens hanc generalem conuulſionem, non cõprehenda tur hac definitione videant viri docti, & indicent ſine fauore, quid enim faciat conuulſionem illam in Epilepſia non narrat, nec pandit hæc definitio, nec qua ratione ſpiritus cerebri læſus & offenſus, ab excremento illo virulento & inebriatiuo faciat illam connulſionem

In epilepſia cur mens lædatur.

& perinde manca eſt valde, & mutila hæc definitio, niſi ab hac noſtra definitione illuſtretur, qua ratione autem fiant illi paroxiſmi & repetant ter in menſe in anno, quater in die bis in hepdomada, & ſic varijs & repetitis paroxiſmis affligerent ægrotos; nobis iam eſt inquirendum: virulentum illud excrementum inebriatiuũ cerebrum feriens ſympathice vel idiopathice, dum ſpiritum animalem aggreditur fit pugna inter ſpiritum & illud excrementum, donec ſpiritus luceat victoria tunc temporis redeunt omnia vitalia ad priſtinum ſtatum quia vitalis ſpiritus, & animalis victor eſt, & triumphat de excremento illo virulento, at quia fomes ſeu fodina illius excrementi virulenti inebriatiui, non omnino exhauſta eſt, ſed remanet ſemper aliquid inuicti, quod per horas aliquando, per menſes, per annos & aliquando per breuiſſimum tẽpus accreſcit, & capax eſt iterum ſpiritũ animalem inſitum & innatum laceſſendi vnde redit paroxiſmus epilepticus breuis & interpolatus, ſecundum virtutem & robur fodinæ excrementi illius virulenti & inebriatiui, qui ſuis vaporibus & exhalationibus ſpiritum noſtrum epileptice lædit, & tali ſpiritu læſo, cum ſit motus omnis & ſenſus organum, neceſſe eſt vt corpus concidat quaſi mortuum, cum or-

Vnde redeãt paroxiſmi in epilepſia.

ganum vitæ præcipuum lædatur præcipuus ergo tanti mali curationis ſcopus eſt vt ſubito tollatur excrementum illud virulentum, & inebriatiuum & roboretur ſpiritus, quod ſequenti methodo fiet manifeſtiſſimum.

Curatio epilepſiæ.

Epilepſiæ cura vera.

Epilepſia difficillis admodum eſt curationis apud vulgares medicos], [quod cauſam eius materialem & efficientem neſciant, & nidum & focum ipſius materiæ penitus ignorent ignoto enim morbo [non datur remedium, perinde incurabilem exiſtimant epilepſiam niſi intra vigeſimum quintum ætatis annum natura ipſa ipſam curet, Quod ſi ipſimet hoc ipſum perpenderent inuenirent epilepſiam curabilem eſſe, cum ab ipſa natura ſæpiſſime curetur, ſi ſcirent eius cauſas materiales & efficientes, natura ſiquidem curat epilepſiam intra vigeſimum quintum annum, quia intra hoc potiſſimum tempus, tres mutationes inſignes totius corporis celebrare ſolet, natura ſeptimo anno decimo quarto, & vigeſimo primo, in quibus mutationibus, & ſanguis vniuerſus, & alimentum vltimum partium, & ſemen ipſum ſolet permutari, & in his

Quare curatur epilepſia intra 25. annum.

ipſius permutationibus valde difficille eſt, quin excrementum illud virulentum inebriatiuum veræ epilepſiæ vera cauſa materialis alteretur & permutetur, & aliam habeat ſubſtantiam ſi eliminare, & foras pelli nequeat ab ipſomet ſpiritu vitali, qui quotidie pugnat cum ipſo excremento virulento & inebriatiuo, & in ipſa pugna & cctamine, ipſos epilepſiæ paroxiſmos excitat, ita vt ipſemet ſpiritus vitalis ſit cauſa efficiens ipſius epilepſiæ, intra ergo tempus iſtud, roboratur valde ſpiritus vitalis, & diminuitur cauſa materialis. Neceſſe eſt ergo vt intra vigeſimum quintum annum vincatur illud excrementum & ſic curetur, quod ſi hunc naturæ motum contemplemur nos citius epilepſiam curabimus, primo virulentum illud excrementum inebriatiuū euacuabimus ſudorificis quibuſdam propinatis, quorum beneficio virulenta omnia, quacumque corporis parte latitare queant, facili negotio per ſudores euacuantur, roborabimus etiam ſpirituum vitalem, vt fortius agat in hoſtem ſuum, quod omne commodè admodum ſequenti modo obtinebimus ℞ antimonij noſtri ſuperius præparati capite de curatione caninæ conulſionis grana octo, annamoni optimi in alchoel redacti grana duodecim ambari & moſchi an

Purgatio pro epilepſia

an grana tria ſacchari parum miſcæ fiat doſis, detur cum pauca aqua lilij conualliorum ſummo mane ſeruato regimine & cuſtodia, iteretur hæc doſis per tres dies ſummo mane ſeruato eodem regimine, purgato ſic corpore ad ſudorifica deueniendum eſt, ℞ ſtanni ſudorifici ſuperius præparati cap. IIII. de curatione aurium doloris, grana decem, ambari & moſchi an grana III. aquæ cinamoni & vlmoriæ an ℥j. miſce fiat potio detur mane & cooperiatur æger optime in lecto & ſudet optime omni arte adhibita per menſem, ſingulis diebus repetita doſi, ſudorificum etiam quod paratur ex argento calcinato, & auro etiam calcinato, cum ſpiritu ſalis tartari optime rectificato eſt potentiſſimum in curatione ipſius epilepſiæ, eſſentia etiam argenti cum ſpiritu mercurij præparata eſt tutiſſimum eius remedium ſal etiam margaritarum ſummopere depuratum, & uolatile factum cum ſpiritu tartari rectificato, eſt etiam tuta cita & iucunda epilepſiæ cura, vt eſt etiam extractum ellebori albi ſuperius præparatum & caput purgium noſtrum etiam ſummopere prodeſt, at omnibus hiſce remedijs antecellit ſal volatile ſanguinis doſis eius eſt ℥j. in aqua lilij conuallium.

Medicamēta optima ad epilepſiã

Curatur etiã oleo ſulphuris & tartari anno 19. libri

De incubo

Capvt XII.

Incubus quid ſit & vnde ſit.

Incubus quem *efrialtin epibolin* & alij *prigalion* dicunt, non eſt Deus nec ſemideus, nec cupido, nec dæmon, nec vetula in ſomno oprimens corpus vt antiquorum nonnulli crediderunt; ſed eſt excrementum aliquod ponderoſum diaphragma noſtrum oprimens: vnde ſpiritus inſitus & innatus diaphragmatis noſtri opreſſus & quodammodo læſus inter dormiendum ſentiens illam oppoſitionē repræſentat animæ vbique præſenti illā opreſſionem anima ſtatim imaginatur aliquod animal, vel monſtrum, vel perſonam aliquam illam oppreſſionem facere, & ſtatim terrore afficitur & clamare & aufugere vult & non poteſt, donec ceſſāte ſomno & vigili facto ſpiritu vigilia roborato, illud excrementum expellit ex diaphragmate quo depulſo excremento, ſtatim perit & euaneſcit phantaſma illud oppreſſionis, fundamentum habens, ex oppreſſione diaphragmatis ab aliquo excremento ſui ipſius alimenti quod facultate expultrice ſpiritus innati diaphragmatis expelli non poteſt, & hoc

Incubus cōſiſtit in oppreſſione diaphragmatis.

potiſſimum in ſomnijs apparet quòd ſpiritus inſitus partium ſopore conſternatus, debilior ſit tunc temporis, quam tempore vigiliarum. vnde vigilia tollitur ſic affectus, ſeu oppreſſio, cum vigilijs roboratur ſpiritus innatus cuiuſcumque partis, & ad actiones vitales excitetur. redit tamen hic affectus, redeunte ſomno, ſi illud excrementum diaphragma noſtum opprimens non abſolute expulſum fuerit læditur vox & reſpiratio in hoc affectu, propter diaphragma oppreſſum vocis & reſpirationis non lene organum, vnde non leuis eſt momenti & ponderis hic affectus, eſt enim epilepſiæ vel apoplexiæ, vel ſubitaneæ mortis ſymbolũ & portentum: vnde non eſt negligendus ſed remedijs ſubito curandus, quod Deo dante ſequenti methodo fiet manifectũ. Incubus quid iudicet

Curatio incubi.

CVm excrementa digeſtionis alimenti diaphragmatis, ſæpe ſæpius conie- Incubi curatio. cantur nimia in quantitate, ſuper diaphragma, vel aliquando à toto thorace, diaphragma proijciatur, præcauendum eſt ne excrementa illa copulentur, præſcripta tenui dieta nam ſæpe ſæpius illa excrementa ex crapula nimia ciborum in

Ingurgitatio ciborum & nimia potatio vitanda in curatione incubi.

ſtomachum iniectione copioſa, proueniunt, fugienda eſt ergo crapula, & ingurgitatio ciborum vt radix huius mali erradicetur penitus, purgandum deinde corpus eſt, antimonio noſtro, vel extracto noſtro elleborino, & vltimo per tres dies expurganda eſt ſaburra illa excrementorum diaphragmatis ſudorifico noſtro ſtanni, vel ſpiritu tartari ſale corallorum vel margaritarum impregnato, & datur ad quantitatem dragmæ vnius, in vino tenui, vel aqua cinnamomi, vel aqua vlmariæ, & datur ſummo mane ieiuno ventriculo & cooperitur corpus ægri perquam optime, & omni arte excitatur ſudor quamcopioſus, & ſic tute & iucunde & quam citiſſime tollitur materialis cauſa, incubi, quæ ſi negligatur, acreſcit nidus & fit ſomnus ingens, & potens epilepſiæ, & ſæpe ſæpius appoplexiæ, & ſubitaneæ mortis, a qua præſeruet nos Deus ſua pia & inexhauſta miſericordia.

Sudorificum ſtanni.

Subitaneæ mortis cauſa

De melancholia ſeu delirio ſine febre.

CAPVT XVII.

SVnt qui diſtingunt melancholiam à mania, quòd maniam aſſerant deliriũ um furore & impetu maximo: melancholiam autem, delirium ſymplex, ſine llo mentis impetu & agitatione, hæc utem differentia minimi eſt momenti ec propria differẽtia eſt; cum non habeat iſtinctam & differentem formam a qua ɔla deſumitur differentia vera, ſi diinguantur ergo mania & melancholia, t tantum ſecundum magis & minus, im cauſa ſit eadem, ſed fortior in vna uam in alia: cauſam ergo melancholiæ maniæ non dicemus eſſe melancholiim humorem, cum non detur in corore melancholicus humor, niſi excreenta retorrida & quaſi calcinata aliienti noſtri, melancholicum humorem cere cogitemus, quæ tamen cum mencholico humore Galenico, non corrdant, hæc enim ſunt calida & retorri, atque prorſus ignea, & melancho:us humor Galenicorum terreſtre quid frigidum & ſiccum: non ergo melanolicus humor, eſt vera cauſa materia-

Mania & melancholia non differũt niſi ſecundũ magis & minus.

Melancholiæ vera cauſa.

lis ipſius maniæ & melancholiæ cum mania & melancholia ſit morbus calidus & igneus à cauſa frigida & ſicca, non prouen iens ſed à contraria calida nempe & ſicca.

Mania quid ſit & vnde fiat.

Definiemus ergo melancholiam & maniam morbum calidum & ſiccum ab excremento retorrido calido & ſicco prouueniens, qui ſpiritum vitæ noſtræ ſua caliditate & ſiccitate inflammat, particulariter in cerebro, vnde actiones animæ peculiari læſione offenduntur vnde perperam ratiocinamur & ridicula loquimur: fomes & focus huiuſce retorridi excrementi, quod maniam cauſat & efficit varijs in locis latere ſolet, nam cum excrementa alimenti noſtri vbique locorum generentur, cum alimentum noſtrum vbique ſit excrementoſum perinde à colore noſtro, excrementa illa quæ vbique producuntur, coquantur & elixantur, donec ſæpiſſime in retorrida & ignea prorſus conuertantur excrementa & potiſſimum in hypocondris in liene, & circa viſcera & ſæpe ſæpius in ipſo cerebro, vbi inflãmatur ſpiritus animalis cerebri, ab ipſo retorrido excremento, vnde fit mania & melancholia: menlancholia quidem ſi excrementum illud non valde excaleſcat, mania vero ſi fortius quam par ſit excaleſcat, ſunt vero chymicorum multi, qui

Fomes maniæ & melãcholiæ vbinam.

maniam deficiunt mercurium in calcē reuerberatum & in aquam fotiſſimum ſolutum, ſpiritum vitæ noſtræ inflammantem, & alterantem: ſed hæc definitio ad veram reduci poteſt; cum mercurius ille in calcem reuerberatus ſit retorridum noſtrum excrementum; alimentum enim noſtrum cum ex tribus radicalibus principijs conſtet, nempe ſale ſulphure & mercurio, cum degenerat & abit in corruptionem ſui, hæc etiam ſua interna principia excrementa illa concomitantur, vnde excrementum illud retorridum habet ſecum mercurium, qui nimia coctione in retorrido illo excremento, reuerberatur in calcem: & perinde excrementum illud retorridum, non immerito dici poteſt, mercurius excrementitius in calcem reuerberatus, vera cauſa maniæ & melancholiæ. *Alia melancholiæ definitio.*

Curatio maniæ & melancholiæ.

CVratio maniæ & melancholiæ duplex eſt, vna quæ refrigerat & alterat materiam peccantem, ſeu retorridum illud & in calcem reuerberatum excrementum; altera vero quæ omnino diſſipat & conſumit illud retorridum excrementum maniam & melancholiam efficiens, reſta- *Curatio maniæ & melancholiæ.*

Oleum Saturni in mania eſt arcanum.

geratio autem & alteratio materiæ peccantis fit eſſentijs refrigerantibus, ſummopere vt ſunt eſſentiæ Saturni Iouis, & martis, & oleum camphoræ hæc in forma ℞ oleum camphoræ ℥ ſ. oleum Saturni guttulæ decem eſſentiæ martis guttulæ miſce cum aqua communi propinentur, ſingulis diebus per decem dies hoc enim medicamentum in cura maniæ eſt potentiſſimum, ſummopere enim refrigerat, & alterat materiam maniæ, & coagulat ſpiritus illos retorridos caput & cerebrum aſcendentes, ac ferientes materiam autem maniæ & melancholię tollunt virtute quadam arcana & ſpecifica, quinta eſſentia argenti: & auri, & mercurij & ſummum anodyum noſtrum, & flores antimonij etiam communiter præparati ad grana decem prpinati cum theriaca, ſummum ſunt maniæ remedium: antimonij quinta eſſentia eſt perfecta cura inſaniæ, item oleum rubrum antimonij baſilij valentini eſt iuſtiſſima & iucundiſſima cura omnis maniæ & inſaniæ eſſentia etiam ellebori eſt certiſſima amētiæ cura, ex quibus ſingulis, & ſimul etiam mixtis poteſt fieri remedium tutiſſimum ad omnis inſaniæ curam.

Melācholiæ cauſam tollens eſt antimonium.

Ellebori eſſentia eſt maniæ cura.

De catharro.

Capvt XVIII.

Catharrum ſeu defluxionem humorum ex capite tanquam ex cœlo quodum microcoſmico, in partes inferiores tanquam in terram redeunt & ſibilo explodunt quam plurimi chymicorum: quaſi vero caput mitteret in partes ſibi inferiores excrementa ſua, cum habeat emunctoria ſatis grandia, & capacia, & omnino idonea tanquam ab ipſa natura deſignata, ad recipienda illa excrementa & foras expellenda, & non in partes ſibi conſociatas deportanda ſine quarum ſanitate perfecte perſiſtere nō poteſt, ita vt ſibi ipſi noceret dum illa excrementa in partes inferiores, per defluxionem & catharrum demitteret, nihil ſibi mortem, deſtructionem ſui ipſius proſequitur imo fugit quantum poteſt, & ad conſeruationem ſui ipſius, totis viribus anhelat, itaque catharrus nihil eſt, nec vllo pacto datur in corpore humano, ſi quid eſt tamen in faucibus in dentibus in gutture ac in cæteris corporis humani membris noxium & morboſum non per defluxionem & catharrum in illas partes decidit,

Non datur catharrus.

Caput cur non mittat ſua excrementa in partes inferiores.

ſed illis ipſis partibus innatum eſt, à proprio eorum alimento corrupto, & degenerato: omnes morbi fiunt per congeſtionem, & accumulationem excrementorum, in ipſis partibus innaſcentium & non aliunde prouenientium: ridiculum enim eſt, & anile commentum, dolorem dentium, Dolores aurium, & reliquorum membrorum dolores & affectus fieri, per catharrum & defluctionem: quis enim eſſet ille miſſor, & per quas vias, & canales in alterabiles mitterentur miſſa, innaturalia, & contra naturam ne nocerent partibus per quas mitterentur, donec ad partes extremas ad quas dirigerentur, perueniũt vbi tunc temporis exerceretur excrementorum miſſorum furor & crudelis hoſtilitas: non datur ergo catharrus & defluxio humorum in partes inferiores, ſed ſi quid guttur, os maxilla, collum, & reliquæ partes inferiores patiantur à ſubitanea aeris iniuria, vel calida vel frigida, id non dependet, ex defluxione & catharro, ſed ab ſpiritu cuſtode harum partium qui laceſſibus & aggreſſus ab aeris iniuria aliqua calida vel frigida, linquit peculiare & proprium coctionis & digeſtionis officium, ſpiritus enim eſt cuiuſcumque partes coquere & digerere alimentum ſibi demandatum vt partes ſingulæ nutriantur & conſeruentur dige-

Omnes morbi fiunt per congeſtionem & multi per defluxionem.

ſtione & coctione alimenti ſui ab ſpiritu cuſtode particulari cuiuſcumque partis præparati, ſpiritus ergo particularis cuiuſcumque partis laceſſitus & aggreſſus, ab aliqua aeris iniuria relinquit ſuum peculiare digeſtionis & coctionis officium vt ſe deffendat peculiariter contra vim & iniuriam aeris, vnde alimentum relictum & incoctum redactum amandatur foras tanquam excrementum per poros partium & ſic prodeũt & ſcaturiginem habent fluxus excrementorum variorum quæ non ex capite ortum habent ſed ex partibus ipſis, in quibus inſunt & ex in quibus ſolis fluunt, & non aliunde, vnaquæque enim corporis pars ſuarum ſatagit rerum ni aliunde à cauſis præter naturam externis auocetur. Itaque fluxus excrementorum variorum quæ ex gutture ververbi gratia laringe, faucibus & ſimilibus partibus ortum habent, non ex fluxu & catharro, ex cerebro proueniente, originem ducunt, ſed ex ipſis partibus ſcaturiunt, dum ſpiritus cuſtos ipſarum partium, qui alias ſpiritus innatus & inſitus dicitur agreſſus & laceſſitus à cauſis externis, linquit coctionis & digeſtionis proprium ſuum officium, vnde per poros partium decidit. Alimentum crudum & incoctum, & fluit tanquam excrementum, & non datur alius catharrus, cui ſuccurrendum eſt ſola refocillatione &

Fluxus excrementorũ variorum vnde depẽdeat cũ non à capite deſcendat.

Fluxui partium quare ſuccurrendū & quibus remedijs.

reſtauratione ſpiritus innati & inſiti, hoc autem fit calore adaucto partis cuius ſpiritus dibilitatur, & ſic non dabitur alia curatio catharri, quia cum non detur catharrus ſed ſit morbus peculiaris cuiuſcumque partis, dum ſingularum partium morbos pertractabimus, earum etiam curam particularem, medicamentis peculiaribus agitabimus.

De morbis occulorum.

CAPVT XXIX.

MOrbos omnes occulorum tam externos quam internos referunt galenici ad catharrum & aſſerunt dependere ex fonte ipſius cerebri, quod quidem cum nullis excrementis ſcadeat. Solet ipſa deponere in ipſos oculos quod ridiculum eſt, nam in rei veritates, etſi cerebrum habeat multa excrementa ſeroſa & aquatica, non deponit ipſa in oculos ſed in ſua emunctoria à natura illi data, vt ſe purget ab innatis ſuis excrementis: oculi autem ſi quid patiantur, patiuntur ab excrementis innatis ſuis & non aliunde ſcaturientibus, vt ſupra diximus capite de catharro, & vt iam infra clarius manifeſtabimus.

Oculorum ergo affectus omnes vel interiores ſunt vel exteriores, interiores dicimus qui intra corneam menbranam fieri ſolent & condi quorum origo, ab intimis oculi partibus dependet, ſiue ab earum excrementis, quæ dum ab ſpiritu cuſtode, ſeu innato & inſito, foras demandantur per poros partium oculo inſeruientium, ſæpe ſæpius nocent ipſis partibus & varios faciunt morbos, ſecundum varietatem excrementorum quę ſolent expelli, exteriores vero dicuntur quę extra corneam vel in ipſa cornea fieri ſolent Galenici accuſant caput & cerebrũ, & afferunt hoc fieri per defluxionem, quod quam ridiculum ſit, ſingulis capitibus de morbis oculorum clariſſime demonſtrabimus, & cura tandem certa, & iucunda nulla habita ratione defluxionis, & catharri, veriſſimum eſſe declarabimus.

De glaucomate.

Capvt. XXX.

Glaucoma quid ſit & vnde ſit.

GLaucoma eſt vitium cryſtalloidis aut vitrei humoris, dum glauco aut fuſco quodam humore excrementitio inficitur ſeu tingitur, & qui tali morbo affecti ſunt per fumum aut nebulam ſe videre arbitrantur quia vitreus humor oculi inficitur excremento quodam fuſco vel albido, vnde fuſca & obſcura valde eſt viſio: hoc vitium dependet & originem habet ex vitreo ipſo humore, ſeu cryſtalloide qui cum ſit pars naturalis ipſius oculi, nutritur alimento peculiari, quod ex communi promptuario, nempe ſanguine per venulas cryſtalloidi demandatur, vt ab ſpiritu innato ipſius partis coquatur & digeratur in alimentum proprium & aptum cryſtalloidi quod quidem alimentum ſæpe ſæpius vitiatur, & excrementa illius copioſa nimis ſunt, vnde cum remaneant in ipſa parte, tingunt & inficiunt ſua qualitate praua vitreum humorem, qui ex natura ſua nitidus & clarus eſſe debet, vt clarum & nitidum viſum faciat, ſi tingatur aliquo prauo calore, viſus deprava-

tur, & glaucoma dicitur hic affectus, qui non à cerebri defluxione in humorem vitreum ortum habet ſed ab ipſo humore vitreo, qui vitiatur ab excrementis ſui ipſius alimenti, vnde depurato ipſo alimento, & euacuato ipſo excremento ipſius partis, curatur affectus, vt patet ex ipſius affectus curatione.

Curatio glaucomatis.

PVluis hæmeticus eſt tutiſſima cura glaucomatis depurat enim ſummopere ſanguinem in toto corpore vnde alimenta cuiuſcumque partis etiam depurantur datur ſequenti methodo pulueris hæmetici ſuperius præparati grana decem, conſeruæ violarum ʒ. j. miſe fiat bolus, detur mane cum cuſtodia artis, & regimine iteretur ter hæc purgatio per tres auroras, deinde foueatur oculus ſpiritu vini rectificato, calore enim adaucto, ipſius oculi, per potum ſpiritus vini, tolluntur illa excrementa, nebuloſa, & abſcura, glauca, vel fuſca, vel alterius coloris quæ inficiunt cryſtalloidem humorem & ſic annihilatur glaucoma extrahitur etiam. Tinctura florum tugloſæ cum ſpiritu vini quæ quidē tinctura ad miraculum ſolo fotu glauco- Glaucomatis cura.

mo curat, & perfecte ſanat, caput purgium etiam noſtrum ſuperius præparatũ ex elleboro alborum & parte orientali ſummum eſt etiam glaucomatis remedum.

De *ſuffusione ſeu cataracta.*

Capvt. XXXI.

SVffuſio fit quæ & cataracta vulgo dicitur dum pupilla, vel inter chagridẽ tunicam & cryſtallinum humorem pellicula quædam excrementitia concreſcit quæ ortum ducit, ab excremento aqueo & humido, quodibi ex alimento oculi adnaſcitur, & calore ipſius oculi cõcreſcit in pelliculam albam tenuem quæ pupillæ occuli opponitur, & viſum impedit, & lædit. Illud autem excrementũ ex quo ſuffuſio fit, non excerebro per opticum neruum prolabitur ſed ex ipſis partibus adnaſcitur partes oculi ſiquidem ſufficientia habent excrementa quorum ope ſuffuſio generari poſſit, non eſt neceſſe vt ex cerebro prolabantur, ſed aquoſus lignorum concreſcit inpelliculam qua fit cataructa ſeu ſuffuſio.

Curatio

Curatio ſuffuſionis.

Curatur ſuffuſio vel chyrurgia & manu, tollendo ipſam acu ad hoc apta & idonea. perforando oculum cum ipſa acu ad angulum magnum ipſius oculi & perueniendo cum ipſa acu ad pupillam ipſius oculi, ad locum ſuffuſionis ibique deprimitur infra pupillam non ſupra, & deinde purgatione & fotu medicamentorum peculiarum conſumitur pellicula ipſa, curatur etiam in principio dum incipit adnaſci & produci, ſale euphragiæ in ſpiritu vini diſſoluto, vel ſale vitri, ſeu alchali, in aqua quadam optalmica diſſoluto & in oculum inſtillato. Cura alia cataractæ.

Purgandum tamen prius eſt, antimonio noſtro, quia partes ipſius oculi, & totum vniuerſale alimentum totius corporis depuratur eo ipſo medicamento, ita vt non tantis ſcateat excrementis quibus morbi, particulares partium & generales ſolent fieri.

De vitijs & affectibus pupillæ.

Capvt XXXII.

pupillæ affectus vnde fiant.

PVpillæ affectus & vitia omnia manifeſte ſenſibus patent eaque ſunt dilatatio, diminutio, diuulſio, & ruptio dilatatio ſiue ab ortu fiat & ipſa origin natali, ſiue à morbo aliquo ſolet fieri ab aliquo excremento in vuea tunica concluſo, quod ibi ex alimento alterato producitur, copia ſua pupillam diſtendit illiuſque quoque foramen quod & pupill eſt, amplificat & valde dilatat, vnd ſæpe ſæpius oculi prominentiam & ſchyrrum phegmonem & abceſſum comitatur pupillæ dilatatio.

Diminutio pupillæ vnde fiat.

Diminutio autem pupillæ ſi ſit naturalis acuit viſum & ſubtiliorem efficit, ſi vero ſit morboſa debiliorem reddit vt contingit in atropha & phtyſi ipſius oculi quoties enim vitreus humor ab aliqua cauſa præter naturam abſumitur tunc quoque contracta ruptaque vuea, & in ſeſe quaſi concidens, foramen pupillæ coarctat, & diminuit hiſdem fere cauſis internis & externarum vi vt iniuria fiunt pupillæ diuulſio atque ruptio, & hæ ſunt incurabiles, cum pupilla ſit pars ſper-

matica, & perinde dum læditur ruptione aut diuulſione, non poteſt iterum ad cicatricem laudatam reduci cum conſeruatione viſus oportet neceſſario vt diſperdatur viſus cum pupilla, ad primum ſtatum reduci nequeat, quod vero attinet ad dilatationem pupillæ & eius diminutionem curari quidem poſſunt ſequenti methodo, imprimis fouendus eſt oculus, ſpiritu vini impregnato tinctura florum buglosſi hic enim ſpiritus ſummopere recreat oculum & interim purgabimus corpus antimonio noſtro, vel extracto ellebori noſtri ſuperius præparati, tunc demum dabimus ægrotanti noſtro, oleum ſeu eſſentiam argenti, hæc enim eſſentia ſummopere prodeſt oculis læſis, & dabitur ad guttulas x. aut xx. in aqua euphrasiæ vel freniculi, ſummo mane vel tempore ſomni. Tuſſis etiam præparata calcinata & cum aceto ſtillatitio in ſalem reducta, & cum ſpiritu vini dulcificata oculos ad deſperationem læſos reſtituit in priſtinam ſanitatem, ſed oportet illum ſalem tuſſis aceto ſtillatitio ſeparatum acrem & modacem, tandiu cum ſpiritu vini rectificato circulare, donec dulcis fiat & ab omni modicitate liber tunc tẽporis ſeparato ſpiritu per balneum, remanet oleum dulce in fundo alembici, quod eſt arcanum curandorum oculorum

Tuſſis in ſalem dulcẽ conuerſa eſt arcanum oculorum læſorum.

ſi guttula vna infundatur in oculos læ ſos, bis in die.

De affectibus oculorum externis.

Capvt XXXIII.

Oculorum affectus externi quales ſint & vnde fiant

VItia externa quæ ſolent oculos infe ſtare ſunt potiſſimum caligo, nube cula albugo allucinatio Rhexis, confuſi vnguis Epiphora, ophtalmia, inuerſi palpebrarum grando & hordeolum, d quibus iam dicemus ſingulis breuiſſim quo poterimus eloquio & primũ de cali gine, caligo ergo eſt tenebroſa viſio e craſſiore denſioreque facta tunica corne ab excremento craſſo & denſo ipſius tuni cæ corneæ, dum enim tunica cornea ali tur alimento proprio ſuo quod illi de mandatur per venas, ſpiritus inſitus & innatus ipſius corneæ coquendo & dige rendo illud alimentum vt ſibi ipſum ap propriet, non optime ſeparat excremen ta ſeparando, aut ſi ſeparet, non pote ſua facultate expultrice foras amandare & tunc temporis tunica illa cornea, obſ curatur & obtenebratur à ſuo excremen titio alimento craſſo & denſo, & ſic ob tenebratur viſus & fit caligo. Oculi qua

proprię vitium eſt tunicæ corneę ab excrenēto craſſo & denſo ipſius alimenti, productum & generatum: quod quidem vitium curari poteſt purgatione antimonij ſtitri, & ellebori, & fotu tincturæ florum bugloſſi, & ſale Tutiæ ſuperius præparato, hæc enim omnia medicamenta oculum expurgant ab omnibus ſuis excretis, & ſummopere ipſum refocillant, & eius ſpiritum innatum & cuſtodem reſtaurant, in cuius ſolius ſpiritus reſtauratione conſiſtit tota oculorum cura, iam de nubecula dicendum Nubecula eſt tenue aliquod excrementum corneæ tunicæ adhærens & impactum cuius adhæſit laborans putat ſe videre ea quæ videt, per nebulam quandam aut per vaporem aut fumum, hoc autem tenue excrementum ſucceſſu temporis craſſeſcit à calore ipſius oculi, & tandem fit albugo: eſt enim albugo, craſſum illud excrementum factum quod in cornea tunica adhærebat tenue & ſubtile, iam vero craſſius & cō-pertius factum albuginem facit quod tamen antea nubeculam tantum faciebat: ſenſim enim hæc vitia ſuccreſcunt ac ſæpe ex ophtalmia & epiphora exitum habent cum in his affectibus, excrementa tenui quæ ophtalmiam & epiphoram facere ſolent incraſſeſcere ſoleant & hæc vitia ſolent curari hiſdem remedijs quæ

Nubecula quid ſit & vnde ſit.

Albugo quid ſit & vnde ſit.

quibus ſolet curari caligo nempe purgatione antimoniali & elleborina noſtra, & fotu refocillante oculum,

Allucinatio vero eſt, cum omnia quæ videmus foris tincta ſunt & infecta aliquo colore, vt in ictero ſolet fieri & inflammatione rubra, hoc vitium dependet & originem habet, ex cornea tunica quæ inficitur aliquo excremento colorato, & cuius caloris eſt excrementum, tali colore delibuta videntur externa vnde allucinatio dicitur hic affectus, cum vere allucinemur ex viſione illa nam externa quæ vidētur, non ſunt tali colore delibuta, purgatione forti antimonij noſtri tollitur hic affectus & fotu tincturæ ſuperius allatæ. Si ex ictero proueniat affectus, curandus eſt icterus omnino, vt tollaur hæc allucinatio. Similis eſt hic affectus glaucomati, ex vitio ipſius viſus, diſſimilis tamen in parte affecta, hic enim læditur cornea tunica in glaucomate vero læditur vitreus humor, non differunt tamen curatione, hiſdem enim medicamētis tolluntur & curantur hi duo affectus glaucoma & allucinatio, Rexis autem eſt eiuſdem corneæ tunicæ ruptio, ſectio vel euerſio, è qua primum humor albugineus difluit, oculumque multo minorem relinquit, deinde Rhagoides tunica cadit, oculi procidentia producitur quæ a græ-

Curatio allucinationis

Rexis corneæ tunicæ quid ſit & vnde ſit.

cis dici ſolet *proptoſis* ab hac fit oculi cõfuſio, in qua humores ex ictu commixti reperiuntur, & hi omnes affectus curari non poſſunt vllis medicamentis naturalibus. amiſſus enim eſt omnino viſus, & partes oculi ſummopere læſæ, ita vt reſtitui nequeant, cum a priuatione ad habitum non detur regreſſus.

Datur etiam in cornea membrana alius illi adhærens affectus, qui vnguis vel vngula dicitur, quæ nihil aliud eſt, quã dura neruoſa & albicans membranula, ex angulo ſeſe extendens plerumque vtque ad pupillam, illamque ſæpe ſæpius contegens, oritur ex adhærente membrana cenſim & pedetentim increſcente & obdureſcente ſi permittatur, eius excrementum, nihil enim aliud eſt vngula in oculo, quam excrementum tunicæ corneæ illic pedetentim induratum, euaneſcit & curatur autem vngula ſale vitri in aqua euphragiæ; diſſoluto, & ſæpe ſæpius in oculum inſtillato, crocus etiam metallorum in alchool redactus & aqua fœniculi dilatus, eſt ſummum vngulæ remedium admixto pauco ſale vitri, hoc eſt ſale quod in fornace vitrariorum ſeparatur ab ipſo vitro. *Vngula in oculo quid ſit & vnde fiat.*

Epiphora autem eſt alius oculi morbus infeſtans oculos ſummopere, & fit à tenui & liquido excremento, lachryma- *Epiphora quid ſit & vnde fiat.*

rum imitans impetum, aliquando eſt tenue illud excrementum acre, & ſalſum, & tunc eſt cum dolore calore, & rubore hic affectus, cum vero eſt dulce & ſine vlla acrimonia, nullus eſt dolor, nec calor nec rubor in oculo, palpebris eius, tenue autem illud excrementum à toto oculo lachrymarum inſtar exſurgit, alimentum autem oculi quod in partes oculi faceſſere nequit in ſubſtantiam earum ſe traſmutando, faceſſit in excrementum illud tenue & liquidum, quod lacrymarum inſtar ex oculo defluit & epiphoram conſtituit, curatur autem epiphora ſi moleſta ſit, & ab acri & ſalſo excremento producta, ita vt palpebras excoriet, & exulceret purgatione antimonij noſtri vel purgatione mercurij dulcis mitigantur enim excrementa hiſce medicamentis, vel cum foras eijciantur, non amplius nocent vel fotu tutiæ præparatæ in aqua fœniculi dilutiæ, & in oculos inſtillatæ.

Curatio epiphoræ

Ophtalmia vero eſt frequens oculi aſſertus, eſtque potiſſimum oculi phlegmone, ex oculorum angulis in totam adhærentem membranam infuſa: in hac oculorum affectione, venæ tenues oculorum ita turgent; vt quæ in albo oculi obſcuræ & inuiſibiles erant fiant viſibiles & conſpicuæ, plerumque quicquid

Ophtalmia quid ſit & vnde fiat.

album eſt in oculo, rubeſcit, ſummus dolor & ardor ineſt, qui lachrymas acres & mordaces accerſit & tunc epiphoræ æquiparatur, quamuis toto cœlo differāt ophtalmia & epiphora quod in ophtalmia albū oculi, in epiphora vero, palpebrę & cilia rubeſcant, & inflamentur, curatur ophtalmia ab hiſdem excrementis & cauſis dependet, ac epiphora, hiſdem & ſimilibus medicamentis: itaque in ophtalmia purgandum eſt corpus, antimonio noſtro, vel extracto, elleborino noſtro purgato deinde corpore, alterandus eſt, & refrigerandus ſanguis totius corporis, ne inde mittatur in occulos alimentum acre & mordax ſcilicet aliquo excremento acri & mordaci contaminatum, alteratur & tefrigeratur ſanguis, & fons ipſius ſauguinis, vna cum toto corpore, eſſentia ſeu oleo vitrioli, vel ſpiritu & oleo ſulphuris. ad ℈ ſ. vel vnum in aqua enduciæ vel lactucæ, vel roſaceæ ſufficienti quantitate propinatum ſcabies & pruritus palpebrarum. Palpebræ etiam oculorum inficiuntur ſcabie pruritu inuerſione grandine, & hordeolo: cabies fit potiſſimum ab excrementis mordacibus & acribus, quæ ex ipſarum palpebrarum alimento acri & mordaci ortum ducunt & pruritus hiſdem dependet

cauſis, hiſdem ſimiliter medicamentis curantur purgatione ſcilicet ſuperiori, & refrigeratione, & alteratione etiam ſuperiori inuerſio. Inuerſio vero palpebrarum quæ à græcis *etropion* dicitur, qua pars eius interior prominet, & ſic inuertitur palpebra, & eius internum rubrum oſtenditur. Hoc fit & cauſatur ex excrementis alimentis palpebrarum, quæ dum turgent palpebras inuertunt purgatione ſola curatur hic affectus, & refrigeratione etiam inter & externa ipſarum palpebrarum qua calor internus antiperiſtaſim fouetur & augetur, & ſic fortius expelluntur excrementa illa, ab ſpiritu cuſtode refocillato.

Inuerſio palpebrarũ Quid ſit & vnde fiat.

Grando vero eſt tuberculum calidum durum palpebræ ſuperiori innaſcens, ab excremento ipſius palpebræ quod indurecit tuberculum, hæc tubercula ſolent curari ſi tingantur ſuperficialiter cum palea oleo vitrioli, vel mercurij vel aqua forti delibuta, & ſic ſæpe in die tangantur donec ſicceſcant & decidant perſe; illa enim excrementa pauca ſunt in quantitate, & ideo ſolo externo medicamento adhibito cauſticante, abeunt & ſiccantur.

Grando quid ſit & vnde ſit.

Hordeolum autem eſt tuberculum calidum in abſceſſum fere deſinens quod ex palpebræ margine, & cilio prorumpit,

Hordeolum quid ſit & qua ratione curetur.

ab excrementis etiam præter naturam ipſius palpebræ, & curatur etiam ſimilibus medicamentis externis ac grando ſuperius curata eſt, hi enim omnes affectus palpabrarum dependent, ab excrementis alimenti ipſarum palpebrarum, & ciliorum, quæ in intimis receſſibus ipſarum partium reconduntur, quæque dum ab ſpiritu cuſtode foras amandantur, tubercula illa pariunt, vel ſcabiem vel pruritum ſecundum excrementorum corruptionem & alterationem: hi autem omnes affectus curantur cito, tuto & iucunde, purgatione ſupradicta, & refrigerio etiam ſupradicto.

De *aurium morbis eorumque cauſis.*

Capvt XXXIV.

Varij affectus ſolent aures occupare ſecundum varietatem & diuerſitatem excrementorum quæ inibi ſolēt amandari, tum ex intimis receſſibus ipſius auris, vel externarum partium excrementis quæ ſolent aures exterius affligere, ad rectum autem quendam numerum hi omnes affectus ſolent reduci, nēpe ad paroſides ad ſibilum tinnitum ſonitum, ſtrepitum & tandem ad ſurditatem & Aurium affectus quales & vnde fiant. parotis quid ſit & vnde fiat.

grauem auditum de quibus omnibus iam nobis erit dicendum.

Parotides ſolent fieri his potiſſimum partibus, quæ pone aures & earum radices conſiſtunt, & ſunt potiſſimum indices inflammationes harum partium, & ſequuntur omnes notas phlegmonis, tumorem pùta oculorum calorem pulſantemque dolorem: hæ potiſſimum inflammationes ſolent fieri in febribus peſtilentialibus, & purpureis, quæ praua aliqua qualitate & venenoſitate ſolent infici, ita vt ſpiritus quidam arſenicalis & venenatus, ſoleat ab ipſo febrili foco in has partes amandari ibique tumorem illum parotidem dictum excitare vbi putrefieri ſolet, ille ſpiritus arcenicalis ſeu aura tenuis, quæ ſolet ex foco febrili per metaſtaſim in has partes tranſferri, & parotides operari. Solent autem curari parotides vt reliquæ phlegmones, quæ in alijs corporis partibus enaſci ſolent nihilominus tamen in parotidibus curandis eſt ſemper conſiderandum venenum illud arcenicale quo turgent ipſæ parotides, nunquam enim eſt repercutiendum ſed foras euocandum attrahentibus, & ſemper aliquid alexiterij eſt admiſcendum, vt oppugnemus venenum illud, febri autem malignæ cui ſemper conuertitur parotis eſt ſemper adhibenda ratio, & remedium: nam ea

Curatio parotidum.

ratione, & parotis curatur, purgatio antimonij & mercurij dulcis, eſt ſummopere neceſſaria, & bezoarticum minerale ſummopere etiam eſt neceſſarium: nam eo ſolo ſudoribus excitatis & febris maligna, & parotis curatur, datur autem minerale bezoarticum, ad quantitatem granorum decem aut viginti in aqua cardui bendicti, vel tuſculis ſingulis diebus mane, vſque ad perfectam curationem emplaſtrum quo ſolo vti debemus, ad curationem parotidum eſt ex balſamo ſulphuris cera noua admixta cum pauco mercurio crudo admixto, vt retundatur malignitas tumoris iſtius beneficio mercurij crudi dum autem maturus eſt tumor apperiendus eſt, & ſemper emplaſtrum, ex balſamo ſulphuris ſuperponendum ad cicatricem laudatam vſque, & hæc de parotide dicta ſufficiant.

Sudore curatur parotis.

Emplaſtrum ad parotides curandas.

Quod autem ad ſibilum, tinnitum, ſonitum, &. ſtrepitum attinet ſunt hi affectus omnes ex flatibus orientes qui differunt tantum ſecundum magis & minus. Vt enim flatus motu & agitatione varia impelluntur & ita varios ſonitus edunt: ſibillus enim ex flatu tenui & leui ortum habet exiliter elabente, tinnitus autem ex illius curſu interrupto, ſonitus ex craſſiore plenius erumpente, ſtrepitus ex impuſu validο, & hi omnes flatus

Quid ſit ſibilus tinnitus, ſonitus, & ſtrepitus in auribus

ex excrementis aqueis & liquidis aures occupantibus originem ducunt, calor enim naturalis, ſeu ſpiritus cuſtos auriũ pellit excrementa vt aures liberet ab inimicis ſuis, & pellendo ipſa excrementa cum aquea ſunt & liquida conuertit ſubtiliorem partem in flatus & ventos qui exeundo illos ſonitus & ſtrepitus efficiunt. Eorum omnium cura conſiſtit in purgatione noſtra antimoniali, & elleborina, deinde fouendæ ſunt aures ſpiritu therebentinæ vt roboretur ſpiritus innatus aurium, & validius & fortius expellat ſua excrementa & ſic vincat horum ſonituum focos & fodinas nitrum etiam in aceto forti diſſolutum, & in aures ſæpe inſtillatum curat cito omnes aurium ſtrepitus.

Curatio tinnitus

Surditas vnde & grauis auditio.

Grauis auditio atque ſurditas hinc ſæpe oritur, cum horum ſonituum fons & fodina, ſoleat auditus organum ledere impartis excrementis in ipſo audiendi organo, hæc autem ſuditas facile curatur prædicta methodo, ſi vero ab ortu, & à natali die contracta ſit, conformationis vitio & audiendi inſtrumenti defectu aut aliqua alia vitioſa figura hæc incurabilis eſt, & ſoli creatori noſtro reſeruato.

De narium morbis & eorum cauſis.

CAPVT. XXXV.

NAres ſunt emunctoria cerebri & eo emungendo ſunt deſtinctæ, & ab his excrementis ſæpe ſæpius patiuntur, nihilominus tamen habent nares, ſua peculiaria excrementa à quibus proprie patiuntur potius quam ab excrementis cerebri, nam illa excrementa dum foras emittuntur per nares à facultate expultrice, victa ſunt nec nocere poſſunt in emiſſione ſua, quia nares habent ex natura ſua reſiſtendi virtutem & proprietatem: poſſunt tamen aliqua ratione pati ab ipſis cerebri excrementis, dum foras pelluntur, ſi aliqua qualitate præter naturam acri vel mordaci afficiantur: quicquid ſit ſiue morbi narium dependeant ab excrementis cerebri ab intimis & intrinſecis ſuiſmet excrementis, ſunt omnes narium morbi vel vlcera, vel ſunt excreſcentia carnis, vlcera autem non dependent ex excrementis cerebri, quia potius vlcerarent cerebrum ipſum quam partes externas per quas tranſeunt, quibus data eſt virtus innata reſiſtendi, ſed dependet vere ex venis narium, quæ cõ-

Excrementa narium faciunt morbos narium.

tinent ſanguinem, elimentum proprium narium ex quo ſolo alimento poſſunt ſeparari excrementa acria & modacia, ex quibus fiunt vlcera peculiaria narium: ſal enim excrementoſum corroſiuum acetoſum, acutum vel acerbum, deliteſcens in ſanguine, ex quo fit peculiare cuiuſuis partis alimentum, ſequitur alimentum illud, vſque ad vltimam partium conuerſionem & tandem ſeparatur & manifeſtatur in partibus, vere fiunt vlcera quæuis, ſecundum varietatem & diſtinctionem excrementorum ſalitorum: huic autem ſali excrementoſo quod in naribus ſæpe ſæpius ſeparatur, ineſt arcenicale virus corrodens & ſepticum ex quo in naribus potiſſimum fit vlcus putridum in quo cruſtula quædam ſordidior, atque graueolens mucus exoritur & ſubcreſcit

Ozæna nariũ quid fit.

Ozæna vocatur hoc vlcus, quod nares corrodit, & partes eius, alas puta, & earum inteſtinum & earum tenella oſa, exedunt & magna cum deformitate & graueolentia putrefaciunt, & ipſum aliquando palatum perforant, hæc inde fiunt ſarcomata vlcera dicta, in his caro excreſcit ſpongioſa, in intimis narium penetralibus, excreſcit etiam longitudine temporis caro quædam, è nare foras exiens atque è nare pendens polipuſque vocatur, à ſimilitudine illius piſciæ, qui à mul-

Polypus narium quid.

à multitudine pedum polipus nominatur, hinc fiunt abolitiones & diminutiones odoratus, perit enim odoratus, aut ſaltē diminuitur, impedito narium meatu, oſſiſque ethmoidis foramine impedito, & ſuffecto, ab aliquo excremento, ſic enim impediuntur ſpiritus rerum odor quid odorē emittentiũ qui nihil aliud eſt quam tenuis aura ſpirituoſa, ex ſubſtantia fixa efluens & emanans cerebrum feriens, vnde anima cerebrum occupans iudicat odores cum in illam ferantur patenti narium via & itinere circa narium partes internas fiunt tumores & abceſſus & quibus ruptis, pus interdum per nares copioſe effluit & profunditur, idque multo ſanitatis incommedo.

Grauedo etiam in naribus ſit & eſt oſſis ethmoidis eiuſque membranas incidens exiens & delabens & ab ipſis naribus excrementum liquidum & muſcoſum vnde caput ingraueſcit & reſpiratio difficilior redditur voxque fit rauca, & non vt antea ſonora & clara quod guttur & larinx his excrementis pariter afficiantur, non, ex naribus porro ſanguis erumpit maximo propter diſtillationem ſed propter eius excrementi redundantiam cum impetu, ex aperta rupta vel exeſa vena, hæmorohagia dicitur græius, & ſic ſanguis qui hinc effluit non ex venis cerebri, Grauedo nariũ quid.

ortum ducit, ſed ex venis oris palatiqu in nares excurrit ſalis quidem defecta hæ venæ ſunt & patulæ, vt quaſi emiſſa rium ſint ſuperflui ſanguinis expellen di.

Curatio morborum narium.

Hi omnes morbi curantur purgato priu corpore purgatione noſtra mercuriali, & antimoniali, deinde ſi quæ ſint vlcer quæ nares occupent curantur oleo dulc mercurij, Saturni, & oleo rubro antimo nij vel oleo & balſamo martis, & ole arcenici permixtis, cum oleo ceræ, po lypus autem curatur oleo vitrioli cun aqua ceræ, vel ſi renuet hæc medicamen ta & reſiſtat illis, curatur tutiſſime oleo mercurij dulci & Saturni ſimul permixti: hæmorrhagiam vero curat aqua burſa paſtoriæ, permixta oleo martis vncia enim vnica aquæ burſæ paſtoris cum guttulis decem olei martis curat perfe ctiſſime omnem ſanguinis per nares ef fluxum: eſſentia item corallorum ſis ſi certiſſime ſanguinem ex naribus efflu entem.

Hæmorrhagiæ cura.

De faciei oriſque vitijs eorumque cauſis.

CAPVT. XXXVI.

FAcies & os quamplurimis tentantur morbis cæterum corporis partibus inſuetis propter cutem peculiarem qua obtegitur facies, quæ cum ſit valde ſicca & aridia, peculiaribus afficitur morbis, propter talem ſiccitarem & ariditatem, in quorum nunero potiſſimum reperiuntur ardentes puſtulæ, quæ in naſo, tum in reliqua facie, magna cum freditate ſolent excreſcere, quarum puſtularum genera omnia producuntur, ex excremētis aqueis mecurialibus, ex quibus originem ducunt lepra rubrea, alopecia condibolata morphæa quæ omnia faciei vitia exoriuntur ex excrementis ipſius mercurij radicalis, conſtat enim ſanguinis, ex mercurij ſale & ſulphure aqua & terra quæ quinque elementa vnum conſtituant homogeneum alimentum & dum excrementa illius ſeparantur à facultate expultrice noſtra, quæ nihil aliud eſt, quam ſpiritus cuſtos, ſeu inſitus & innatus cuiuſcumque partis, cui demandatum eſt, ab ipſa natura, partes cuſtodire & perinde omnia illis partibus inimica, & contra- Morbi facie & oris.

ria foras propellere, hæc excrementa c
foras amandantur vel ſepiunt mercu
naturam, & ſunt ſpirituoſa vel ſapiu
eſſentiam ſalis radicalis, & acria ſunt
mordacia, vel redolent naturam & indo
ſulphuris, & ignea ſunt & calida vel aqu
omnes morbi ab his quinque generib
excrementorum ſolent exoriri vnde pu
ſtulæ omnes quæ faciem deturpare ſole
ad excrementa hæc radicalis referri ſole
& vlcera omnia ſiue ſunt venera ſiue a
lia, quæ faciem deturpant ex ſolis prin
cipij excrementis & aliorum principio
rum exoriuntur.

Sunt & terrea & ſic

Huius quoque ordinis eſt, rubor fa
ciei, vniuerſus præter modum ſiue pu
ſtulus in facie efflorefcens à medicis gu
ta roſacea nuncupatus: color etiam citr
num liuidus albicans aut alius fredus
turpis vt ita loquar color mercurio ex
excrementitio aſcribendus eſt, & no
intẽperei heparis, nam qualis eſt mercur
excremẽtitij color, talis ſtatim in facie e
floreſcit color enim faciei nihil aliud e
nec aliũde dependet, quã ex flore mercur
microcoſmici, qui quidem colores cu
ſanitatem non interturbent inter morbo
recenſeri non merentur ſed potius int
ſymplomata præter naturam in oue au
tem clauduntur dentes, in quibus vit
multa ſolent exoriri, modo enim aut exe

aut longiores prominent modo alterun-
ir & carie afficiuntur nigreſcunt, & fœdo
ntore obducuntur, detergendi incuria,
alcium & calidorum vſu, expiratione
uditatis, & crupulæ vacillant mobilia-
ie fiunt externaui & cauſa concuſſi, vel
m eorum radix multo humore madet,
xiorque fit eorum alueolus dolore etiam
auiſſimo afficiuntur de quo cum dictum
t capite tertio huiuſce operis, gingiuæ
æter modum etiam in ore luxuriam &
crefcunt ita vt dentes obtegant, quia
ro gingiuatum mollis &, ſpongioſa fit,
excremento nimio molli, & viſcoſo;
od ex alimento ſolet educi, his potiſſi-
um qui in locis vdis & humidioribus
tam degunt vt ſunt nantæ, & his qui
ope mare, & flumina magna habitant.
Aphtæ etiam vlcera ſunt quæ os &
rtes eius inffeſtare ſolent & in palatum
ngiuas, & linguam ſerpere ſolent infau-
bus hæc ſunt fauciliaria & frequentia
ultas etiam ſolent afficere qui febre a-
ta tentantur, & mulieribus etiam con-
gere ſolent ſi menſtrua earum ſupri-
antur, ſolent enim excrementa mer-
urij radicalis in mulieribus per menſtru-
expurgari, quod ſi ſupprimantur, aſ-
ndit hoc excrementum curiale ad os,
in ore ſua vitia deponit & aphitas pro-
ucit.

Cura morborum faciei & oris.

Curatio morborum faciei.

CVM vitia omnia faciei & oris aſſeruerimus dependere ex excrementis mercurij radicalis, quæ in ſanguine latent, curam etiam eorum omnium dependere affirmamus ex mercurio ſolo, ex chymicorum enim doctrina ſimilis ſimilibus curantur perinde cum vitia hæc ex mercurio macrocoſmico, qui etſi ſit ex genere minerali & metallico, nihilominus præparatus, & in quintum ſuam eſſentiã reductus, animalis mercurij ſubſtantiam penetrat, eamque depurat & ab excrementis ſuis & vitijs liberat & vindicat hæc eſſentia mercurialis, in nullo metallo tam manifeſta eſt, quam in mercurio ſeu argento viuo communi & vulgari, in nullo minerali, tam præſtans ac excellens, quam in Antimonio, in nullo vegetabili, lingno potentior, quam in ebeno fraxino gaiaco, iuipere, & in herbis nullus efficatior eſt, quam in bruſſatella perſicuria, & ſerpentaria, ex his etiam rebus potentior educitur eſſentia mercurialis, ad curandos faciei & oris morbos, quam ex alijs omnibus ſed oleum mercurij & oleum antimonij præſtant omnibus, ſunt qui lacte Virginis vtantur ad

Mercurij poteſtas vbi nam eliceſcat.

facici maculas, & guttam roſaceam tollendas quod quidem ego probo, hoc autem lac Virginis parat ex ceruſſa vel lythargirio in aceto ſtilentio fortiſſimo diſſoluto, diſſolutioni additur aliquid ſatis tartari & aqua pluuialis in magna ſatis quantitate donec albeſcatur aqua; quo dicitur lac Virginis: oleum etiam & eſſentia vera mercurij, dicitur lac Virginis & ex hoc lacte veriſſime curantur omnes maculæ faciei & oris vitia cuncta ſolo litu.

Cura autem colorum fœdorum faciei, conſiſtit in reſtauratione, & renouatione humidi radicalis noſtri, & ſanguinis oleum autem ſucriui curat putrilaginem oris aphtas, gyngiuas corruptas, & nigros dentes reddit albos, & ſic habetur perfectiſſima cura morborum omnium faciei & oris, modo purgetur corpus prius antimonio noſtro, & extracto elebori noſtri ſuperius præparati primis in capitalis huius operis, hæc enim medicamenta renouant & reſtaurant totum ſanguinem, & humidum radicale noſtrum expurgant.

De linguæ & gutturis & vitijs & cauſis.

Capvt XXXVII.

LIngua nihil nobilius in toto corpore nihilque deterius reperiri poteſt ex Steſopi ſententia cum enermia & laudes præclaras&opropria & conrumeliæ. Hinc inde efficiatur vnde laudes & vituperia ex hoc vnico fonte originem ducunt. Suos etiam patitur manes & morbis afficitur quamplurimis vt & reliqua corporis mẽbra. Afficitur imprimis lingua blæſitate & balbutie quæ quidem vitia incurabilia ſunt niſi medicamento quod habeat potentiam & virtutem roborandi calidum innatum noſtrum, & fortitudinem eius ac robur ita rȩſtituere, vt vitia cũcta corporis humani reſtituantur, quod ſolo elixire aribico impetrari poteſt.

Batrachus autem dictius ſolet innaſci radicibus linguæ in ea oris parte molli & laxa, quæ ſub lingua eſt & cur ea incuba phlegmones ſpeciem habet, & aliquando oedematis laxi & multis rudimẽtum imitatur, ex quo apperto nucus ſeu pus prodit albamini oui ſimile: infantibus & pueris hoc vlcus eſt familiare & frequens, & ranula dicitur apud Aui-

cenam, quod græcis *Batracon* nuncupatur & eſt ſpecies tumoris &ͨ excremento calido & humidido ortum ducens & tunc refertur ad pglegmonem, aliquando autem ex excremento frigido & humido originem trahens & tunc refertur, ad oematis ſpeciem: & curatur hic affectus cuiuſcumque generis, ſit oleo vitrioli permixto cum decima parte aquæ fontis, & inde fiat gargariſans quo ter aut quater in die colluatur. Oris hinc tandem rumpetur vlcus, & tunc temporis melle roſato, aut diampro colluendum eſt os, ad cicatricem & curationem abſolutam ſi vero hac ſola collutione non cito rumpatur & apperiatur vlcus apperiendum eſt ſcalpello tenui. & deinde melle roſato & diamoco vtendum ad os colluendum Touſillæ ſeu Amygdalæ ſæpe tument & inflammantur ab excrementis innatis ſuis quæ ex ſuper fluo alimento ac reduntanti ortum ducunt & non ex cerebri defluxione, quicquid clament Galenici, in hiſce tumoribus truſillarum fruſtulum quoddam carnis faucibus inhærere videtur, mole ſua premens, & guttur abſtruens, & impediens ne cibus & potus facili via deſcendant in ventriculum idque ſine ſiti & ardore, cum excrementum tumorem faciens, ſit frigidum & humidum: interdũ inflammantur & vniuntur tonſillæ cum

Raulæ cura vera.

ſiti ſumma & ardore ſummo, & inibi procreatur vlcus ſordidum, quod calidas & molles ac laxas totiſillas corrodit & graueolentem reſpirationes & ſpiritum parit & id omne ex excremento acri & mordaci originem ducit & curatur etiam omne genus tumoris & vlceris tonſillarium gargariſmo ſupracitato, ex oleo vitrioli, & aqua fontis ſimul permixtis, nam ex ſolo illo gargariſmate temperantur excrementa illa acria & mordacia & mutantur in alienam ſubſtantiam vel ſi frigida ſint & humida euaneſcunt roborato ſpiritu harum partium cuſtode, qui roboratus, ſuo innato balſamo hæc omnia curat, & ad priſtinam ſanitatem reducit.

Curatio morborum tuſillarum.

Columella etiam ex palati extremo propendes plerumque inflammatione & tumore moleſta eſt, laxiorque facta & longior quam par ſit perpetuo humore madens in fauces & oeſophagi caput illabitur, & hac ratione moleſta fit, & qui tali modo afficiuntur, columellam perpetuo vorare contendant ſed fruſtra, mentumque ne eius impetu ſtrangulentur, hoc vitij genus oritur ex redundanti excremento humido & aqueo, vnulæ quo perpetuo madet vnde exſiccatione ſola curatur. expipere vel oleo vitrioli, vel fumo ſucciui, in ipſum os per infundibulum tranſmiſſo.

Inflammatur etiam vnula ab ipſiſmet ſuis excrementis acribus & mordacibus quorum ope, pars eius ima cruſſa fit, ſumma vero eius pars, tenuis & nigricans apparent, & ab Hyppocrate *Staphylij* id eſt vna appellari ſolet, quod colore & magnitudine venæ acinum imitetur curatur hæc vnulæ inflammatio & tumor, ſolo litu olei vitrioli ſpiritu vini per mixti cum pauca puncta camphora admixta ſequenti methodo ℞ diamoronis ℥ j j. apuæ ſaluiæ & prunellæ an. ℥ j j j. olei vitrioli ʒ j. camphoræ ſpiritu vini diſſolutæ ʒ ß. miſce fiat gargariſma. Quo ſæpe colluant os ſi abuundet ſanguis, & turgeat mittendus eſt ſecundum vires & temporis & regionis ſtatum, & conditionem,

Inflamatio vuulæ quid & cura.

Guttur etiam & fauces ipſæ, id eſt ſummæ gutturis & gulæ ipſius partes, quarum via cibus & potus introitus eſt tumore cum inflamatione ſumma, afficiuntur & dicitur græcis *Sonagcij* latinis augina ab augendo dicta quod guttur & fauces auget, viamque ſpiritui intercludat: eſt genus morbi acutiſſimi & exitioſiſſimi, multos enim è medio tollit in eoque tumore, eſt ſumma malignitas excrementi ex quo fit non enim ſimplex eſt excrementum calidum & humidum, ſed arcenicali veneno præditum & ſemper malig-

nam & fere peſtilentem febrem ſequitur augina etſi ſint Galenici, qui aſſerant ſe vidiſſe anginam ſine febre, at allucinantur erat quædam columelle inflammatio vel touſillarum tumor, at angina fit in muſculos internis ipſius laringis & gutturis ab excrementis calidis & humidis cum maligna qualitate & fere peſtilenti delibutis, & eſt acutiſſimus morbus, qui ſemper comitem febrem habet, & tumor ille anginoſius ad ſcarram vergit & antracem & carbunculo afficiuntur partes laringis & gutturis vnde malignitas & venenoſitas illius tumoris eſt valde apparens, ibi eſt ſummus ardor & dolor idcirco ad guttur ipſum & partem affectam conuocantur humores excrementitij, & malum & tumorem augent vnde via reſpirationis omnino intercluditur, niſi citiſſime remedia adſetantur.

Curatur autem hic affectus ſequentibus remedijs. Primo mittendus eſt ſanguis vt fiat reuulſio humorum confluentium ad partem affectam, propter ardorem & dolorem & mittendus eſt ſanguis, ex cephalica ad magnam ſatis quantitatem deinde ſtatim purgandum eſt corpus purgatione noſtra ordinaria antimoniali mercuriali vel elleborina, purgato corpore ad ſudorifica deueniendum eſt, ſudores ſummopere ſunt proliciendi vt fa-

bris abeat & malignitas humoris & venenum foras erumpat, tumor interim ſi fieri poteſt digitto in guttur immiſſo eſt rũpendus, & ſympio timibino vel violaceo cum pauco oleo vitrioli admixto eſt os colluendumr Solis autem elicitis ſudoribus curatur abſolute hic affectus, quia & malignitas tollitur tumoris, & febris ipſa: his etiam ſolis poteſt confidere medicus practicus, & rupto & aperto tumore

Lingua etiam pariter adhuc alio tentatur morbo maligno, quip r unella dicitur eo quod lingua pranorum nigredinẽ & colorem imitetur: hæc nigra ſuperuenit linguæ, ex febribus malignis & peſtilentibus: vapores enim atri & maligni qui aſcendunt ex foco febrili, palatum & linguam potiſſimum nigredine afficiunt & ſunt excrementa quæ putreſcunt in foco & fodina febrili.

Curatur hic affectus curata febre à qua dependet purgatione pura noſtra, & ſudoribus elicitis ſudorifico noſtro bezoartico minerali, quod antimonio perles & corallo, ſimul mixtis, & ſale nitriter aut quiter calcinatis conſtat, deinde poſtquam hæc tria calcinata ſuntſimul, (ad miſcendum autem eſt triplum antimonij, reſpectu coralli & perlarum) optime eluenda ſunt aqua communi, ad Prunellę vera cura.

tollendum ſalem nitri, & deinde exſicanda ſunt, & reſeruanda in vaſe vitreo optime clauſo, doſis eius pulueris bezeoartici eſt dragma ſeruis in varia vna aquæ cardui benedicti aut vlmariæ: colluendum interim eſt os, vt lingua deponat ſuam nigritiem, intro combuſſo cum ſulphure & ſoluto in aqua communi, & hic ſal ſicpræparatus dicitur, ſal prunellæ quod curet perfectiſſime morbum hunc linguæ, qui prunella dicitur & ſic habes curatos omnes morbos, capitis & partium illi annexarum, & vndenam dependeant, & originem habeant ſecundum doctrinam chymicorum, qui ex libro ipſius naturæ & experientiam ex ipſa & hypocrate & Galeno, tamen doctrinam didicerunt.

De morbis thoracis & partium illi annexarum.

CAPVT I.

THorace quamplurimæ clauduntur partes diſtinctæ & omnino differentes, quæ ſolent varijs etiam ac diſtinctis tentari morbis. Eſt enim in thorare pulmo cor mediaſtimum pleura, aſpera arteria, quæ omnes partes, varijs ac diſtinctis tentantur morbis, de quibus ſingulis cum nobis eſt inquirendum vt opus hoc abſoluatur, & primo pulmonum morbos inueſtigabimus deinde alios manifeſtabimus,

De morbis pulmonum ſymptomatis cauſis, & ſignis.

CAPVT II.

PVlmonum voce comprehendimus vaſa omnia quæ in pulmone ſunt etiam aſperam arteriam, in quibus potiſſimum vaſis fiunt, obſtructio perinenpmonia vomica, abceſſus, & tabes: obſtructionis cauſæ in pulmonibus, ſunt excremen- Pulmonum morbi.

torum copia, quæ ex alimento pulmonũ ſeparantur, vnde fiunt grando lapis ſeu tartarus coagulatus & liquidus, ex quibus excrementis fiunt tuſſes, aſthmata ſuffocantes catarrhi & tuſſeres tuſſis enim prima fit ex obſtructione pulmonum quidum obſtruntur excremento aliquo liquido, vel vaporoſo, ſpiritus cuſtos pulmonis ſeu facultas eius explutrix emittit foras illud excrementum ſiue fit liquidum ſiue vaporoſum, & per tuſſim illud foras expellit aut expellere nititur quicquid enim in pulmone eſt præter naturam aut in aſpero ipſa arteria tuſſi expellit ipſe ſpiritus cuſtos pulmonis, & ſi expellere nequeat, manet in ipſis fiſtulis pulmonum, & craſſeſcit in dies magis ac magis & tandem lapilleſcit, vnde ſæpe ſæpius in ſubſtantia ipſa pulmonum fit grando lapis & calculus, aut ſi omnino non lapilleſcat ſaltem in lentum viſcoſum vitreum & gypſoſum mutatur excrementum cuius copia fit & producitur verum aſthma cui ſubijciuntur ſenes & omnes qui viſcidis, ac lentis ſcatent excrementis quibus pulmones ſuffarciuntur, ab ipſorummet alimento proprio & innato, dum excrementa eius ſeparantur imperfecta ſeparatione, nam quamuis ſeparentur ab alimento tamen remanet in ipſius ſubſtantiæ poris, ibique craſſeſcunt in dies

Aſthma quid fit & vnde fiat.

n dies, calore naturali, vnde tartarus producitur, qui nihil aliud eſt quam excrementum aqueum, viſcidum & lentum factum & ſæpe induratum ac in gypſoſam materiam conuerſum vnde lapides & grandines & calculi generantur in ipſa pulmonis ſubſtantia, vnde crudele admodum aſthma generatur, quod doctiſſimus Fernelius ipſe cognouit, & fieri aſſeruit, hinc generatur & producitur orthopuoea ſpecies aſthmatis: in qua ægri reſpirare non poſſunt niſi recta ceruice, & difficultate cum maxime ſpirant ac ſpiritum ducant, & hæc aſthmatis ſpecies, vna cum ipſo aſthmate, & reliquæ aliæ reſpirandi difficultates curantur hæc omnia cum purgatione noſtra elleborina & antimoniali vel mercuriali, purgato corpore, ter aut quater vtentur ægroti per octo dies aqua peti communis & noſtralis, & ſumant huius aquæ ℥iiij. ſingulis matutinis horis ieiuno ventriculo, addantur huic aquæ guttulæ octo aut decem olei vitrioli, vel ſpiritus nitri, ſic pulmones infracti, ſaburra viſcidi ac lēti excrementi liberabuntur & purgatione noſtra antimoniali tolletur cauſa antecedens aſthmatis, & omnis reſpirandi difficultatis perempcomia etiam affligitur pulmo eſtque eius inflammatio & aliquādo producitur in ipſo mediaſtino, quæ

Ortgopuea quid ſit & vnde fiat.

eſt membrana ſeparans partes dextras ab ipſis ſiniſtris partibus ipſius pulmonis vnde dicitur mediaſtinum in ipſo inquã mediaſtino producitur phlegmone tumor calidus & humidus ab excrementis calidis & humidis ortum ducens, vnde & totus pulmo inflammatur & hic tumor, perinempmoniæ titulo & nomine etiam comprehenditur, & rumpitur ſæpe ſæpius, vnde pus & ſanguis maxima in quantitate excreatione & ſputatione eijcitur, hæc excrementa quibus perinempmonia fit, non ſolum excrementitia qualitate ſimplici peccant; ſed & maligna qualitate & peſtilenti inficiuntur, vnde paracelſus occaſionem ſumpſit aſſerere, hæc excrementa eſſe arcenicalia, & auripigmentalia quamuis arcenicum & auripigmentum vere & realiter numquam in corpore humano reperiantur ſed ſunt hæc, excrementa quædam ex alterato alimento producta maligna qualitate & venenata prædita quæ arcenici & auripigmenti naturam imitantur, vnde non admodum inconcinne paracelſus, hæc arcenicalia & auripigmentalia dixit: hinc percipitur quantum ſit periculi his omnibus qui perinẽpmonia afficiuntur, niſi citiſſimis & aptis remedijs, illis proſpiciatur, quod tutiſſime hac methodo fieri poteſt perinenpmonia ergo ſiue ſit ſimplex inflammatio

An in corpore arcenicum & auripimentum realiter producatur.

ſiue ſit tumor plegmone mediaſtini, curatur, miſſione ſanguinis non enim ego miſſionem ſanguinis in curationibus morborum floccipendo & noxiam eſſe exiſtimo, quamuis ſit vitæ theſaurus, nam ſæpe peccat & quantitate, & qualitate vnde & eius quantitas tolli & qualitas corrigi meretur, ſecundum naturæ leges & normas, quæ ſanguinem quantitate peccantem tum venis narium per hæmorrhagiam, tum venis anis per fluxum emittere ſolet, vnde naturam ſequendo, errare non poteſt Medicus therapentes, quocirca ergo in perinenpmonia cum in ea ſæpe ſæpius ſanguis ſoleat & quantitate & qualitate peccare, mittere ſanguinem audacter debemus ſatis in magna quantitate ſecundum vires & robur ipſius ægrotantis, & ipſius ætatem, & temporis & regionis conſtitutionem, plus enim in meridionalibus & temperatis regionibus ſanguinis mittere & effundere debemus quam frigidis & ſeptemtrionalibus terræ plagis, miſſo ſanguine, ſtatim alterantibus refrigerantibus vtendum eſt vt alteretur feruor ſpiritus noſtri qui æſtuat in perinenpmopia: itaque inlapi;s refrigerantibus oleo potiſſimum vitrioli alteratis, & tinctura violarum eſt vtendum: ſequenti interim die antimoniali noſtra purgatione eſt vtēdum, vt motu vomitus rumpatur tumor

Miſſio ſanguinis in perinenpmonia valde conuenit.

ſi qui ſit in pectore, & ſemper inlapijs cura præcipua & ali ſoluta perinenpmoniæ eſt in ſanguine hyrci vel in puluere virgæ cerui aut tauri ſupra dictus eſt vtēdum, & ptiſama alberata oleo vitrioli & ſale prunellæ, his enim ſolis medicamētis pulmo ita roboratur vt ſe extricet, ab omnibus quæ illi præter naturam ſunt, flores etiam ſulphuris maxime proſunt in perinenpmonia curanda, ex colthotare ſublimati, & ſumuntur ad ℥ b. cum ℥ b. conſeruæ violarum & guttis decem olei vitrioli admixtis & ſic perfectiſſime curatur pulmo alteratus & perinenpmonia affectus: ſpiritus enim therementinæ & oleum vitrioli pus ex pectore copioſe educunt, & abſtergunt vlcus & cicatricem perfectam obducunt & obſtructiones omnes reliquarum partium omnino tollunt: vnde ſequitur perfectiſſima & abſolutiſſima & perinenpmoniæ cura. Iam perſeſequendi ſunt alij pulmonum morbi & potiſſimum vomica, qua multi hominum in orcum & ad ſepulchrum detruſi ſunt & adhuc detrudentur, quia male omnino & peruerſe aggreditur eius cura.

Et ſpiritus therementinæ.

De vomica.

CAPVT. III.

VOmica eſt pulmonis abſceſſus ſeu tumor paruulus & exiguus ab excre mētis virulētis& malignis ipſius pulmonis ortum ducens, quæ ad partem aliquam pulmonis detruduntur & ſeparantur ibique ne cordi, & vitæ ſpiritui noceant membranula tenui obducuutur ſub cuius tegumento putreſcunt & virulentiam adeo magnam & malignam qualitatem acquirunt vt tandem rumpatur membranulla, virulentum illud pus & malignum per totum pectoris ſpacium diffūdatur, & cor petat, & inficiat vitamque ſuam & calorem inſitum obruat & extingat, vnde ſequitur repentina mors occultum ſane & abſtruſum vitium, quod nec ægrotanti ipſi nec medico patet, nec ægrotantes munia ſua,& vitæ functiones vllo pacto inter mittunt. ſed ſani occluſam mortem ſub pectore gerunt ſunt tamen ſigna quædam, ſed leuiſſima quibus deprehendi poteſt hic morbus qui enim vomica laborant ſubliuido colore in facie tinguntur eamque lingua lectore quodam eſt delibuta, maxime cum longe è

Vomica quid ſit & vnde fiat.

Vomica quibus ſignis internoſcatur.

cibo abſunt & diu ieiunarunt : vapores enim lenti ac viſcidi, ad fauces aſcendunt & linguam inficiunt, & eſt ſpiritus grauis ac foetidus, corporis grauitas pectoris oppreſſio leuis & ſpiritus difficultas quædã & raro tabes comes eſt, non enim tale venenum diu ſub pectore latere poteſt, quin ſigna quædam ſuæ malignitatis oſtentet, quibus apparentibus ſic ſuccurrendum eſt.

Curatio vomicæ

Purgandum in primis eſt corpus noſtra purgatione antimoniali nec exiſtimo meliori & tutiori medicamento poſſe vti aduerſus crudelem & tantum hoſtem quam ſolo hoc medicamento, quo ter aut quater eſt vtendum per tres aut quatuor dies ſummo mane ieiuno ventriculo danda ſunt grana ſex aut octo antimonij noſtri præparati cum vino pauco, & poſt tres horas propinandum eſt iuſculum optimũ butyro alteratum vt melius fluat aluus, purgato deinde corpore vtendum eſt, oleo vitrioli, vel oleo ſulphuris, cũ pauco ſpiritu therebentinæ, ad guttulas decem aut duodecim vnius cuiuſque propinatis & cum ſympo violaceo permixtis, & ſic curatur vomica, vel enim euaneſcit vel rumpitur ſine læſione, quia malignitas maiori ex parte purgatione noſtra euacuatur, quæ nullo alio medicamento euacuari poteſt niſi ſolo antimonio purgati-

no vel ſudorifico, quo ſudoribus elicitis in tuto eſt æger oleum etiam rubrum antimonij mirum eſt, in curatione vomicæ, & eſt tutiſſimum & iucundiſſimũ eius remediũ & mirũ omnio ſed contẽnitur quia ex antimonio educitur tantum eſt timoris in ipſum antimonium vt quicquid ex eo eliciatur contemnatur etſi ſit optimum.

De *tabe & phthiſi.*

CAPVT IIII.

TAbes ſeu phthiſis in pulmone fit ex excremento lento, viſcido, ac viſcoſo, ſulphuris balſamici quod calore continuo, ſalis, calcis & tartari, naturam acquirit, pulmoneſques deſiccat, & conſumit. hinc ex particulari pulmonis tabe, & phthiſi cor deſiccatur & areſcit, & deinde totum corpus, pulmo interim ſic arefactus & deſiccatus vlcus contrahit, vnde ſpiritus pulmonis cuſtos excandeſcit & inflammatur, hinc febris hectica & lenta tabem & phtiſim ſequitur, ſpiritus enim noſter excandefactus, & inflammatus, ab excrementis illis, præter naturam viſcidis, ac lentis, quod ipſa domare nequeat, & foras propellere, ſtatim donum ſuum, ac ſedem cor puta inflam-

Tabes quid ſit & vnde fiat.

muat, hinc ſequitur febris per totum corpus, cum totum corpus ſpiritus inflãmatus permeat, & penetret: ratio autem cur ſpiritus inflammetur & ſcandeſcat, eſt potiſſimum cum excrementa hæc qualiacumque ſint expellere, & foras protrudere, tamquam illi noxia contendat, & cum inueniat difficultatem propter eorum copiam & lentorem, tunc temporis neceſſe eſt irritetur & ſcandeſcat, quia ratione coloris, id ſolum agere poteſt, & cum calor natiuus & inſitus, id facere nequeat auget calorem inſitum ſuum, vt id agere poſſit vnde eſt eius excandeſcentia, & inflammatio, & ſic generatur febris ſecundum rationem excrementorum, quæ foris ab ſpiritu propellenda ſunt, vnde die critico ante cryſim augetur febris vt expulſio excrementorum, potentior & fortior fiat donec propulſa ſint, tunc miteſcit, & quieſcit calor accerſitus ipſius ſpiritus, quod clarius nullo oſtendemus tractatu de febribus quam in preſenti tabe & phthiſi, in quibus quãuis ſit febris, ſemper comes, non ſolum ratione excrementorum quæ irritant ſpiritum noſtrum, & accendunt ſed & ratione vlceris, & ſolutione continui, quæ inibi reperitur, quæque etiam inflammat & accendit ſpiritum cuſtodem pulmonis, vbi eſt vlcus & ſolutio vnitatis: quæ

quidem ſolutio virtutis ſic pedetentim ortum habet, alimentum pulmonis, quod demandatur ab ipſa natura, ſeu ſpiritu, ad pulmonem vt eo nutriatur & conſeruetur, non eſt totùm & purum alimentum, ſed habet excrementa quædam quæ niſi ſeparentur & foras à pulmone amandentur, tunc temporis excreſcunt, & calore continuo, ita acria & mordacia redduntur, vt tandem longitudine temporis calcis naturam & ſalis cuiuſdam indolem imitentur, & ſic vlcerant & ſoluunt partem cui inhærent, & ſic fit vlcus in pulmonibus, quia autem illa excrementa ſicca valde ſunt, & arida, ideo ſiccant & exurunt pulmones, propter ariditatem & ſiccitatem eorum, vnde proprie fit tabes & phthyſis, quæ proprie aridura dicitur a paracelſo, quod vere ab aridis & ſiccis proueniat, cauſis, & quod ſiccet & adurat totum corpus & ipſum pulmonem nam ab ipſo pulmone cor etiam tandem patitur, & a corde totum corpus, communicatis & auctis inde ſimilibus excrementis, per totum corpus, nam quali alimento nutritur pulmo, tali ſimili prorſus nutritur alimento totum corpus. vnde ab hiſdem & ſimilibus excrementis aridis & ſiccis, ſiccatur & aduritur totum corpus, vnde fit tabes & conſumptio & aridura totius corporis, quæ quidem poteſt

Vlcus pulmonis & ſolutio continui in pulmones vnde fiat.

curari quicquid clament galenici, in quocumque ſit gradu. Imprimis euacuanda ſunt illa excrementa ſicca & arida quæ tabem & phthiſim conſtituunt, non autẽ euacuantur omnibus & quibuſuis medicamentis catharticis & purgantibus, ſed ſolum peculiaribus, & proprijs, quæ humectant corpus, & reſtaurant & hæc potiſſimum deſumuntur ex mercurio vulgi & communi, ex quo miris modis fit aqua & oleum, quæ rectificata, & ad dulcedinem perducta, verum & tutiſſimum ac certiſſimum ſunt, tabis & phthiſeos omnis remedium: hæc enim medicamenta, illa excrementa ſicca & arida foras expellant, non ſolum per aluum, ſed & per vrinas, & per ſudores, ſic totum ſanguinem expurgant & emundant ab omnibus excrementis & perinde partes omnes reſtaurant & reficiunt cum alimentum earum, in quo ſolo robur, & reſtauratio cõſiſtat, renouetur & reficiatur, Margaritæ etiã in eſſentia illa mercuriali diſſolutæ, & in butyrum conuerſæ, & beneficio ſpiritus vini rectificati in verum oleum dulce conerſæ, ſunt etiam tutiſſimum & certiſſimum phthiſeos remedium: ſunt quamplurimi qui hanc mercurialem eſſentiam conficere norunt, & perinde, non eſt opus vt hæc doceatur, & omnibus communis & vulgaris fiat, etſi vulgaris eſſe merere-

Sal margaritarũ dulce & phthyſeos verum remedium.

tur propter neceſſitatẽ nihilominus cũ hæc ſit margarita totius alchymiæ, hæc proſtitui non poteſt, nec indignis communicari, ſed qui eam ſcire cupit ſtudeat chymiæ & operibus eius.

De pleuritide & empieumate.

Capvt V.

A Cutam febrim cum tuſſi, & dolore lateris pungente à phlegmone membrenam coſtas ſuccigentem occupantem pleuritidem dicunt galenici quam aſſerunt ex bilioſo & tenui ſanguine, qui ex vena caua cordi aſſidente per venam azygres, ac deinde per tenues coſtarum venas impetu quodam incurrit, ortum habere: hanc nos improbamus ſententiam cum ſciamus ex libro ipſius naturæ & experientia ipſa nullum dari in corpore bilioſum humorem, ſed ſanguinem purũ homogeneum alimentum vnicum partiũ omniũ, ex cuius excremento, acido quod in mẽbrana illa, coſtas ſuccingente pleura dicta reperitur, per ſeparationẽ & putrefactione ipſius fit pleuritis, ſeu phlegmone illa pleurã occupans quæ veriſſime non fit à ſanguine bilioſo, ſed ab excrementis ipſius pleuræ acidis, quæ quidem excre-

Pleuritis quid ſit & vnde ſit.

menta biliosa dici nequeunt cum ipſius bilis factæ indolem, & naturam redolere nequeant, nam dum ſeparantur per ſpiritum noſtrum, & parti adhuc adhærent corrumpuntur & per corruptionem abeũt aliquando, in maligniſſima excrementa, venenata prorſus, & peſtifera vnde danrur ſæpe ſæpius, pleuritides peſtilentes, & contagioſæ, & mortiferæ, aliquando autem in benigniora trãſeunt excrementa vnde leniores, & non ita mortifieræ fiunt pleuritides, hoc contemplanti relinquo iudicandum cum corrumpendum non poſſit in certam & determinantam corruptionẽ abire, cum agentia determinata non reperiantur in actione corruptionis faciendæ, quod tamen contingeret, ſi plenitudinis natura ſemper produceretur ex bilioſo ſanguine, ſed cum varia ſit, & multiplex pleuris, variæ etiam ſunt neceſſe eſt, eius cauſæ effectrices: ſunt ergo excrementa pleuræ, quæ cum varia ſint ſecundum eorum varietatẽ vanas & diſtinctas producunt pleuritides malignas & peſtiferas aliquando, aliquando, autem miliores & nullo pacto peſtilentes. ſed ſimplices, aliquando tãtum flatus vnde fiunt dolores pungentes ſine tumore vllo, at quæ fiunt cum tumore veræ pleuritides ſunt, & neceſſe eſt vt rumpatur tumor, & ex puro illo per totũ

thoracem diffuſo fit empyemma, quod expurgatur & expuitione & aliquando per vrinas & expurgatio illa durat per quadraginta dies & plus, quod quidem empienma cum ſequatur ſemper pleurides ſuperatas & ruptas, non eſt, quod de eo caput particulare faciamus, nihil enim aliud eſt, quam pus pleuridis vel perinenmoniæ vel auginæ in thoracis capacitatem effuſſum, quod arte & natura ipſa iuuante expellere poſſumus, & expuitione & per vrinas ipſas curatio autem plenritidis ſequenti methodo optime fiet.

Pleuritis ergo cum ſit inflammatio pleuræ ab excrementis ſui ipſius alimenti quæ non poſſunt vrite ab ipſa pleura ſeparari corrumpuntur & abeunt in abſceſſum, ſanguinis miſſio erit potiſſimum curandæ pleuritidis arcanum mittendus ergo erit ſanguis maxima ſalis in copia ſecundum vires ægrotantis, & temporis conſtitutionem, & regionis & clymatis temperiem, ex lateris ipſius vbi latilicina fit dolor pugens deindeque ſi perſiſtat dolor & febris ex oppoſito bracchio mittendus erit iterum ſanguis ſequenti die, deinde ad ſudores eliciendos erit deueniendum dabitur potio ex aqua vlmariæ ad ℥iiij. cũ ℥ij. ſyrupi papaueris rheas, & grauis duodecim bezoartici mineralis, & ter erit

Curatio pleuritid[illegible]

Miſſio ſanginis in pleuritide.

hæc potio per tres dies iteranda, & ſummo mane propinanda, & æger erit cooperiendus rite in lecto ſuo, & parti dolenti erit vngentum ſequens applicandum ℞ mellis optimi ℥ iiij. calcis viuæ in puluerem redactæ ℥ j. miſce fiat liuimentum vnguatur linteolum, & peruncto linteo ſuperponenda eſt papyrius, & ſic erit parti dolenti applicandum hoc liuimentum, oportet enim vt papyrus intermediet ne liuimentum immediate carnē tangat, ſed interponatur papyrus ne liuimentum cutem vlceret ſi non curetur pleuritis hiſce medicamentis deueniendū erit ad arcana alia, quæ per inſenſibilem tranſpirationem tumorem hunc diſcutiun inter quæ ſunt potiſſimum ſtercus equ diſſolutum in vino tenui & albo, & percolatum & propinatum ſummo mane, cooperto ægro vt ſedet ſi ſit vir ægrotan ſtercus erit equi ſi ſit mulier aut puella, ſtercus erit equæ. Magna enim eſt vis diſcuſiua in fimo & ſtercore equi propter eius ſulphur & ſal fixum & volatile quod in his ſtercoribus reperitur copioſus. Imo & oleum rubrum quod per diſtillationem elicitur ex ſtercoribus humanis & vrinis eſt potentiſſimum curanda pleuritidis arcanum exterius applicatum & interius ſumptum ad guttulas ſex aut ſeptem, ſed notandum eſt quod illud oleum eſt freti-

Stercus equi eſt arcanum pleuritidi curaudæ.

diſſimum niſi rectificetur cum ſpiritu viui qui corrigit illius fœtorem, & poſt correptum fœtorem, eſt potentiſſimum arcanum empyematis curandæ, & ſola empyematis tuta & certa cura conſiſtit, in balſamo illo rectificato & balſamo ſulphuris cum ſpiritu therebentinæ elicito, & cum eſſentia & oleo auiſi rectificato donec nihil habeat fœtoris tunc temporis eo vti debemus, ad curam pleuritidis, & empyematis abſolutam ſi vero ſint flatus tantum qui dolores laterum efficiant aqua cardui benedicti ad ℥ij. cum ʒj. cornu cerui vſticedat & propellit diſcuſſis flatibus hos omnes dolores, & pleuritides vothas & ſpurias ſanguis etiam hyrci ex teſticulis eius extracti eſt certiſſimum pleuritidis remedium & aſſumptum; extrinſece perunctus, & ad ʒj. aſſumptum.

De Palpitatione cordis.

Capvt VI.

Cor ipſum vitæ principium & fundamentum cum ſpiritus vitæ in ipſo potiſſimum radicetur & implantetur morbis afficitur qui ex opilatione & obſtructione ac coruptione inde ſuborta ortum habent & potiſſimum palpitatio, quæ ori- Palpitatio cordis quid ſit & vnde ſit.

ginem ducit, ex tartaro, ſeu excremento viſcido, & viſcoſo, ex eius alimento, & in capſula ipſius cordis detruditur, tunc meatus & pori capſulæ ipſius cordis obſtruuntur, & ſpiritus vitæ aditus præcluditur, hinc cor palpitat, cum eius ſpiritus vitalis non libere permeare & penetrare totam cordis ſubſtantiam queat, vnde motus ordinarius & aſſuetus interrumpitur & fit tremulus & palpitans; & non ſolum hoc fit ab ipſo corde obſtructo, ſed ex vaporibus malignis quæ ſæpe ex ventriculo, ex liene, & meſſenterio, ac hepate oriuntur qui ſurſum aſcendentes cor directe petunt & propter eorum vaporum malignitatem, cordi palpitationem inducunt.

Curatio palpitationis.

Curatur hæc autem palpitatio, medicamentis chymicis, facili via, ac methodo, purgandum imprimis eſt corpus palpitatione affectum antimonio noſtro, & debet dari ad grana ſex aut octo in corporibus robuſtis conſerua roſarum aut violorum, vel cum vino, tenui aut albo vel cum butyro, & repellenda eſt doſis, ter aut quater per tres aut quatuor dies deinde roborandum eſt cor, eſſentia corallorum, vel margaritarum vel tinctura auri ad guttulas ſex aut octo in vino aut in potu vini vel in ſpritu melliſſæ: ſpiritu etiam melliſſæ ſolus curat cordis palpita-

alpitationem, purgato corpore, ſi non
ſſet affectus poſt tres aut quatuor dies
oſt purgationem antimonialẽ & confor-
ationem cordis, eſſentijs prædictis de-
ieniendum erit ad ſudorifica noſtra &
otiſſimum ad lizoarticum noſtrum ge-
ierale quod ſequenti methodo fit, & præ-
aratur.

Spiritus mèliſſæ curat palpitationem.

℞. Reguli antimonij ℥ij. auri optimi
ʒij liquentur ſimul in tigillo, poſtquam
b igne ſeparata ſunt & in puluerem re-
lacta, adde coralli rubei & margarita-
um optimarum an ʒij miſceantur ſimul
er triturationem & huic pulueri tenui
ddatur tantum decem ponderis nitri op-
imi, & comburantur omnia ſimul per
nixta mortario æneo, & deinde iterum
ulueriſentur addatur adhuc tantumdem
itri optimi, & in tigillo forti admodum
omburantur, & igniatur per tres horas
ortiſſimo igne, deinde in alchooltenuiſ-
ſimum reducantur, & lauentur aqua
dulci, & ſiccentur & retortæ vitreæ im-
ponantur cum ſpiritu viui optimi, &
diſtillentur ſpiritus ter aut quater coho-
lando ſuper ipſum puluerem, qui ita
præparatus ſic conſeruandus pro bezoar-
tico puluere, inſigni, qui virtute & ener-
gia bezoarticum lapidem orientalem &
occidentalem antecellit vſus enim pul-
ueris eſt dragma ſemis cum aqua cordui

benedicti, aut vlmariæ aut aqua melliſſæ in palpitationibus curandis & in febribus omnibus malignis, & in variollis foras propellendis & roboranda natura, quantum poſſibile eſt aurum enim coralla & margaritæ apperta ſunt ope & auxilio nitri, & combuſtione reguli ipſius antimonij ſunt enim calcinata, & perinde apperta.

De ſyncope & lypothymia.

Capvt VII.

Syncope & lypothymia vnum & idem ſunt & vnum & idem ſonant apud græcos nimirum animi deliquium & defectum eſt autem animi defectus præceps virium lapſus, cum intermiſſione quadam commercij ipſius ſpiritus vitalis cum animali, in hac intermiſſione pulſus ante nullus eſt, aut extreme rarus & obſcurus corporis ſumma frigent, tempora ceruix & thorax frigido ſudore madent facies pallet totumque corpus quaſi eneruatum iacet, mens omniſque ſenſus deficit: lypothymiam autem inferunt cordis pathemata omnia, vt timor grauis voluptas maxima, moeſtitia grauis, dolor atrox, inedia, labor euacuatio im-

modica, & quæcumque calorem natium & ſpiritus vitales diſſoluunt, vt ſunt venus immodica, febres magnæ & ardentes atque malignæ, & variolæ & morbilli dum enim foras erumpere volunt & foras protrudi vapores huic exſurgentes cor petunt & motus cordis interturbant vnde lypothymia, & ſyncope ſolet exoriri: malignum enim omne, & venenatum vitæ noſtræ & ſpiritui vitali noxium eſt, & inimicum, ideo ſpiritus noſter vitæ noſtræ fundamentum, & vnica columna, dum ab ipſo inimico & hoſte naturali agreditur ſiſtit ſuos naturales motus, vt ſe deffendat, & interruptione illius mortus, fit ſyncope, cui ſic ſuccurendum eſt: euacuandum eſt quicquid malignum & noxium in corpore noſtro latitare poteſt, ſiue in meſſenterio ſiue in epate liene ventriculo, & alijs quibuſcumque corporis noſtri partibus inhærere poteſt euacuandum inquam eſt, purgatione noſtra antimoniali, vel mercuriali vel elleborina, ſunt enim hæc ſola medicamenta propria & apta (quicquid clament galenici) ad euacuanda omnia quæ maligna ſunt & noxia in corpore noſtro, ſiue in profundo corporis centro latitent ſiue in corporis habitu, & ſuperficis inhæreant purgato corpore, ſpiritus viui

rectificatus, cum ambaro & moſco aromalizatus & ſacharo dulcificatus eſt ſummum & tutiſſimum curandæ ſincopes & lypothymiæ remedium, & qui malignis illis excrementis turgent, ſolo illo viui ſpiritus ſingulis diebus mane ieiuno vētriculo aſſumpto, ſe ab illis vindicare poſſunt, & quicquid palpitationi, & tremori cordis proprium eſt ſyncope & lypothymiæ etiam ſummopere prodeſt vnde eſſentia auri, & cororallorum & margaritarum & eſſentia meliſſæ, & oleum ſuccui albi rectificati, eſt certiſſimum & iucundiſſimum curandæ lypothymiæ remedium, & hæc ſunt quæ de cordis & thoracis morbis & partium illis annexarum morbis dicenda erant quæ quamuis Galenicam& Græcorum non ſapiant doctrinā nihilominus tamen ab ipſis galenicis, non contempnenda erunt eſt enim vtilitas quam maxima in his, ad experientiam euocandis ſunt enim morborum omnium tutiſſimæ curæ. Vt ipſamet experientia ſatis clare demonſtrabit. Pilulæ etiam polychreſtæ ſunt etiam ad curandam ſyncopem ſummoin vſu, fiunt autem ſequenti methodo ℞. aloes epaticæ, & ſcamoneæ an ʒj diſſoluantur ſpiritu viu. & perrūpantur vt à foſtucis ſeparentur, ſeparetur ſpiritus viui calore lento ar ſolis, materiæ viſcidæ remanenti add

guttæ gamba ſucci roſarum ℥j. pul-
ueris cinnamomi & caryo Phillorum an
ʒj. pulueris talap & turbi an magyſte-
ij margaritarum & corallorum an miſ-
eatur & reducantur in pillularum maſ-
ſam cuius doſis eſt pillula vna grano-
um XII.

De morbis ventriculi cauſis & ſignis.

Capvt I.

Ventriculus cum ſit coquus totius corporis coquit enim & præparat limenta omnia etſi varia ſint, ac omnio diſtincta conuertit in vnam & ſimplicem ſubſtantiam quæ chylus dicitur vnde ex ſimplici illa ſubſtantia hepatis beneficio fit ſanguis qui iterum ſimplex, & homogenea eſt ſubſtantia vnde partes omnes nutriuntur, ſed prima alimenti præparatio fit in ventriculo, qui cum ab ipſa natura & à Deo creatore deſtinatus ſit, vt conuertat omnia alimenta etſi varia ac diſtincta in chylum homogeneum & ſimplicem : non eſt in dubio, quin inter coquendū & alterandum illa varia alimenta, multum patiatur ab excrementis quæ ſeparantur ab ipſo chylo, & præſertim ſi ventriculus non admodum fortis Ventriculi morbi.

Imbecillitas ventriculi. & robuſtus ſit vnde exoritur imbecillitas ventriculi bradypepſia vitiata concoctio & cruditas, quæ omnia ex vnico fonte habent originem ex imbecillitate natiua, ſeu ſemine parentum, quod quidem etſi corrigi queat benigno ſyderum aſpectu & optimo victus regimine nihilominus tamen ſeminis interna virtus & energia elucet ſemper in partibus quæ inde generantur.

Imbecillitas ventriculi, apepſia & cruditas generat ac producit ventriculi dolores, eroſiones ardores flatus inflammationes fluxiones & tabes, quia ex imbecillitate apepſia, & cruditate, generantur & producuntur in ventriculo ex alimentis male coctis, ac digeſtis excrementa tartarea viſcida acria & mordacia, quæ adhærent parietibus ventriculi & membranam ipſius ventriculi ſua acrimonia laucinant ac errodunt, vnde dolores granes & attroces eroſiones ardores flatus & inflammationes ingentes ex excrementis enim quæ ex deprauata coctione ventriculi in ventriculo remanent hæc omnia ſolent exoriri, & febres etiam omnis generis vt tractatu de febribus Deo dante clarum & manifeſtum faciemus. Vt autem imbecillitatem natiuam ventriculi corrigere valeamus & omnino curare, nihil eſt in tota natura fortius & poren-

tius oleo vitrioli ueneris, eſt enim hoc oleum eſarinum quod ventriculum humanum ita roborat ac reſtaurat, vt ferrũ quaſi velut ſtruthochametus, alterare queat, ſumitur cum conſerua violarum ad gratam aciditatem vel cum ſympo violaceo ad gratam etiam acetoſitatem purgatur etiam bis in anno, vere & autumno antimonio noſtro & ſic tollitur ſaburra excrementorum ſiccantium, quæ in ſtomacho reſtaurantur ex vitiata illius coctione, & deinde corroboratur oleo prædicto vitrioli, veneris non docetur ibi uitriolum ex venere parari quia hoc nimis triuiale eſt, & lypis & tonſoribus notum. Aqua etiam cinnamomi ventriculum ſummopere roborat ſingulis diebus mane ieiuno ventriculo ſumpta ad ℥ j. ſic ſpiritus innatus & incitus ventriculi ſanitatis & coctionis ventriculi verus œconomus, ſummopere roboratur ſpiritu cinnamomi, & ſpiritu viui, qui ſimul ſunt iuncti in aqua cinnamomi, modo tartarea viſcida & viſçoſa excrementa antimoniali purgatione foras expellantur, ſpiritus deinde cinnamomi ſpiritum ventriculi ſuo vitali nectare & calore refocillat & omnino reſtaurat vnde facili negotio ab omnibus tartaris morbis ſe vindicat.

De eroſioue tabe & pthyſi ventriculi.

Caput II.

De eroſione ventriculi & tabe.

EXcrementa illa tartarea viſcida & lenta, quæ ex reliquijs chyloſeos ſeu coctionis ventriculi in ventriculo relinquuntur, non ſolum cruditates & imbecillitates generantur, ſed & ſæpe ſæpius eroſiones tabes & phthyſes in ipſo ventriculo producuntur : excrementa enim illa tartarea quo longiori tempore reſident in ſtomacho, eo fortius coquuntur & coctione fortiori, in acriora tranſeuntexcrementa . adeo vt tandem tranſeant in cauſtica potentialia excrementa, quæ ipſum ventriculum ſoluunt & cauſticant vnde vlcera fiunt ſummo cum dolore, & ſic perſentitur erroſio & ardor ſummus in ventriculo, & febris lenta, hinc exoritur, & hectica vnde tabes & phthyſis: non enim aliud eſt erroſio tabes & phthyſis ventriculi, quam vlcus errodens in ipſo uentriculo ab excrementis tartareis mordacibus & acribus productum, inflãmatur enim ventriculus ab vlcere, hinc marceſcit cum eius alimentum deprauetur, deprauata & vitiata eius coctione, hunc etiam pedetentim marceſcit totum

corpus cum illi deficiat verum alimentũ nam ſi ventriculus deficiat in præparando chylo, hepar etiam deficit in præparando ſanguine, hepar enim talem deprauatam coctionem corrigere non poteſt, cum nimis magna ſit, ſi eſſet leuis aliqua deprauata coctio, corrigere quidem poſſet, at cum ſit adeo magna, vt in calore omnino deficiat ſanguis inde laudatus fieri non poteſt, hinc deficit alimentum verum, omnibus corporis partibus: hinc etiam tabes & conſumptio omnium partium ſubſequitur, quæ quidem tabes & conſumptio, non omnibus medicis adhuc cognoſcitur: referunt enim cordi conſumptionis cuiuſcumque exordium, quod tamen falſiſſimum eſt, & longe à veritate alienum, nam ex ventriculo ſæpiſſime ortum habet vnde à coctione & digeſtione ventriculi, habet exacerbationem: quod non fieret ſi in corde eſſet eius conſumptionis & tabes fundamentum: vt clarius fiet tractatu de febribus.

Tabes ventriculi medicis ignota

Sufficit enim nobis demonſtrare dari tabem & phthyſim ventriculi, quæ ſedem habet in ventriculo omni exparte, ex excrementis tartareis viſcidis. & lentis quæ coctione pertenuià calore ipſius ventriculi, acriora & mordaciora quam par ſit efficiuntur, adeo vt calcis, & cauſtici potentialis naturam acquirant, ac tandem

vlcerent & cauſticent ventriculum vnde fit tabes ,& phthyſis ipſius ventriculi, & tandem totius corporis conſumptio ſuboritur defectu veri alimenti cum hepar deprauatam illam inſignem ventriculi coctionem corrigere nequeat.

Curatio tabis ventriculi.

Curatio erroſionis tabis & phthyſeos ventriculi dependet ex ſublatione excrementorum tartareorum quæ ex reliquijs coctionis ventriculi ortum habent & ex robore confortatione virtutis ipſius ventriculi hæc omnia reſident in antimonio, antimonium ſolum eſt quod ventriculum purgat, & liberat ab omnibus hiſce tartareis excrementis, & deinde expurgato ventriculo, oleum rubeum ipſius antimonij roborat & confortat omnino ventriculum, & eius virtutem, & coctricem facultatem, & reſtituit ipſum in priſtinam ſanitatem ita vt non alijs egeat medicamentis ad curationem abſolutam ipſius ventriculi erroſi, & tabe affecti, butyrum quidem margaritarum ſummmopere prodeſt, ad tabem & phthyſim ventriculi omnino reficiendam: ſed qui oleo dulci & rubeo antimonij vti poteſt, non eget alijs medicamentis ad curationem abſolutam ipſius ventriculi, imo & reliquarum partium male affecturum in eo enim ſolo oleo, ſunt omnia quæ requiruntur ad perfectam morborum omnium curatio-

nem præſertim ſi auri virtutibus impregnetur.

De cardialgia ſeu dolore ventriculi.

Capvt. III,

Dolor ventriculi dicitur græce *cardialgiæ* eo quod os ſuperius ventriculi *cardia* dicatur propter ſympathiam, quam habet cum ipſo corde, vnde etiam *cardiagmòs* cordis morſus dicitur dependet autem hic morbus ab ipſis & hiſdem excrementis tartareis & viſcoſis, dum enim hæc excrementa ſtomachum occupant ſeu os ſuperius ventriculi, orexes ardones, laucinationes, & immanes dolores, in ipſo fiunt, propter acrimoniam horum excrementorum, quæ ipſum ſtomachum adurunt & vehementiſſime pungunt ac laucinant, os enim ipſum ventriculi ſenſibile admodum eſt, propter neruos multos eo pertingentes & ſpiritum animalem quo turget: ſpiritus enim animalis eſt ſenſationis organum verum, & non nerui, & quia per neruos deſertur hæc ſpiritalis facultas, ideo datur neruis aliqua ratione ſenſationis fundamentum, ſed improprie valde, cum ergo & ſuperius ventriculi animali ſpiritu turgeat,

ſenſu exquiſito turget, & abundat vnde perſentit noxia, cum potentia, vnde fiunt hic, dolores immanes, & atroces valde, ad quos curandos ſolum ſufficit purgatio noſtra antimonialis, vt ſupra, & purgato deinde ventriculo à cauſis illis præter naturam, tunc temporis roborandus eſt ventriculus, oleo auiſi, oleo cinamomi, vel aqua cinnamoni, vel ſequenti electuario.

Electuariũ roborans ventriculũ.

Corticis citri conditi contuſi, & aqua cinnamomi diſſoluti olei auiſi ʒj. olei cinnamomi ʒß. moſchi & amburi añ grana ſex, miſce fiat conditum ſeu electuarium, quo poſt purgationem vtatur æger ad quantitatem ʒß. ſummo mane ieiuno ventriculo.

De ſinguttu ventriculi.

CAPVT IV,

SIngultus eſt motus præter naturam ipſius ventriculi quo in vanum nititur expellere quæ illi nocent cum ſonitu quodam, quia motu illo, aer ventriculo incluſus, cum violentia pellitur, & in palato tanquam in concamerato loco ſonitum illum effundit. Singultus ventriculi quid ſit & vnde fiat.

Hyppocrates ad repletionis cauſas & inanitionis refert ſingultus cauſas omnes, ab inanitione quidem vt ab immodico ſanguinis profluuio, & ab immodica purgatione à repletione autem vt in pueris qui edaces cùm ſint multo ſe cibo & alimento replent & in his qui crapulæ indulgent & ſe cibo & potu ſummo Ingurgitant & infarciunt: nihilominus tamen pace Hypocratis ipſius dixerim, dantur & aliæ grauiores multo ipſius ſingultus cauſæ, ſpiritus enim ſeu vapor malignus & venenatus, in os ventriculi effuſus, deteriorem & grauiorem multo ſingultũ facit & infligit, videmus in venenatis quibusdam, & incaulamento affectis, & etiã in febribus malignis, & peſtilentibus, & in ipſa iecoris inflammatione, in quibus

omnibus, non datur neque repletio nec inanitio vlla ſed maligna quædā qualitas atque venenata, quæ os ventriculi afficit & totum ipſum uentriculum, vnde vt ſe vindicet à maligna illa qualitate motum illum conuulſiuum excitat, quo nititur foras expellere, ea omnia quæ illi nocent curatio ſingultus dependet ex ſublatione cauſæ materialis & efficientis ipſum ſingultum tollitur autem ex ſola purgatione antimoniali, & deinde roboratur ventriculus, eſſentia ſeu oleo vero aniſi iungitur exterius oleo aniſi ventriculus, & interius aſſumitur ad vel ad in iuſculo optimo vel aſſumitur per ſe oleum aniſi ad in aqua cinnomami diſtillatur etiā aqua pro ventriculo roborando ex gulanga inaſtiche & ſpiritu viui alchoo-liſato cuius cocleari vno tollitur ſedatur omnio ſingultus.

Curatio ſingultus.

De flatibus & ructibus ventriculi

Capvt V.

Flatus & ructus in ventriculo naſcuntur & producuntur ex imbecilltate caloris ipſius ventriculi : natiuus enim calor ipſius ventriculi ,dum coquit ac digerit alimenta ventriculo ingeſta , partem ſubtiliorem ipſorum alimentorum ſursũ pellit, & flatus & ructus inde fiunt : ex vaporibus & exhalationibus quæ ſurſum ferantur ex digeſtione , que ſi laudata ſit vapores inde etiam eleuati benigni ſunt & ſonum gratum & paratum efficiunt, quod ſi deprauata ſit ventriculi digeſtio nidoroſi & male olentis inde fiunt ructus & flatus, id omne corrigitur roborato ventriculo , aqua cinnamomi ſummo mane epota , vel aqua imperiali vel eſſẽtia aniſi , vel oleo vitrioli veneris cum ſpiritu viui permixto , & ad vna cum ſpiritu viui in iuſculo optimo epoto , idque ſummo mane ieiuno ventriculo , & ſic flatus & ructus euaneſcunt,

Flatus & ructus ventriculi vnde ſit & quid ſint.

De vomitu violento ventriculi quem alij chòleram morbum dicunt.

Capvt VI.

VEntriculus ſæpe ſæpius tot & tanta congerit excrementa, ex reliquijs deprauatæ coctionis vt ad vomitum prouocetur violentum admodum, cum dolore ſummo ipſius ventriculi & animi fere deliquio ſaltem cum proſtratione viriũ eo quod excrementa illa virulenta ſunt & maligna aliqua qualitate prædita vnde cor afficiunt propter proximitatem quam habet ventriculus cum ipſo corde vapores enim maligni & virulenti, facili via huc vſque penetrant, vnde vires proſternuntur, ac ſummopere deficiunt quia ſpiritus vitalis ſanitatis & roboris columna, & fundamentum ab ipſis virulentis vaporibus conſternitus: hæc excrementa quæ ventriculum ipſum interturbant & inteſtina tanto cum impetu, flaua ſæpiſſime ſunt ac viridia, & amara valde aliquando nigra & coloris ipſius fecis & tartari ipſius viui, & non aliunde proueniunt cuiusuis coloris ſint, & qualitatis quam ex deprauata coctione ventriculi

Excrementa ventriculi ex deprauata eius coctione

ventriculi in ipſo enim ventriculo formantur & producuntur, ex male digeſtis, & concoctis alimentis, non enim aliunde deferuntur: non ex chyſti fellea vt ſomniant nonnulli, non enim ſunt canales apparentes & ductus, nec occulli, qui huc tendant vt fellea illa ſubſtantia, ad ventriculum deferatur ibique morbum ab illius choleram dictum efficiat: improprie & inſulſe valet hic affectus cholera morbus dicitur non enim cholera eſt, quæ vomitu eijcitur ſed excrementum purum, ex deprauato alimento quod ex deprauata ventriculi coctione in ventriculo ipſo progignitur, & laceſſit ventriculum, & vellicat iuſum vnde conuellitur, & vomitu tendit ad euacuationem illius excrementi quod & defectus ad inteſtina vnde etiam vellicantur inteſtina & albi fluxus violentus admodum excitetur, cum torminibus atrocibus valde & intollerabilibus: ſic affectns hic, & ventriculum & inteſtina afficit & affligit vnde morbum hunc definire poſſimus. Ventriculi & inteſtinorum tormentum ab excremento acri & mordaci valde, ex deprauata ventriculi coctione exorto, quo ventriculus ad vomitum, & inteſtina ad alui fluxum excitantur cum dolore ſummo & virium ſumma proſtractione: hoc in affectu tanto impetu fertur ventricu- Cholera morbus quid proprie ſit.

lus ad vomitum & ita conuellitur, vt ipſa excrementa vultus ex ipſis craſſioribu: inteſtinis ad ſe attrahat & vomitu eijcia periculoſus eſt hic affectus, & acutiſſimus, & intra duos aut ſaltem quatuor die: hominem è medio tollit & ad ſepulchrum trahit, ſummo cum dolore, & virium naturalium proſtractione, vnde miſerere mei dicitur quod ægroti peculiari diuina miſericordia egeant ad curationem huiuſce affectus: naturalibus tamen medicamentis poteſt curari, quibus ſi benedicat Deus fortius agunt, & potentius ægrotum à faucibus orci educunt ſequenti methodo. In primis compeſcencus eſt vomitus poſca antiquorum hoc eſt aceto roſaceo & aqua fontana ſimul permixtis, ſequenti doſi ℞ aceti roſacei ℥j. aquæ laudati fontis lib. 1. miſce fiat potio quam ſumet vno hauſtu, ſtatim à vomitu hæc doſis iteranda eſt ter au quater in die donec ceſſet affectus vomendi ceſſato vomitu deueniendum eſt ad purgationem noſtram mercurialem, qua ſola purgatione tollitur cauſa materialis ipſius morbi, & temperatur calor eximius ventriculi, & temperantur etiam excrementa nimis calida & acria, peracta hac purgatione quæ ʒj. mercurij dulcis fieri habet, permixta cum ʒj. conſeruæ roſarum roborandus eſt ventriculus

Curatio choleræ morbi.

c totum corpus excitato ſomno ; ex-
itatur autem ſomnus , & reficiuntur
ires , data vna pillula landattij para-
elſi ſeu ſummi auodyni noſtri primis
n capitulis huius operis deſcripti , &
um demum ad talapia alexandrina de-
ieniendum eſt talapia autem hæc ſunt
c componuntur ſequenti modo ℞ a-
quæ laudati fontis lib. vi. tincturæ
iolarum oleo vitrioli extractæ ʒ iiij.
yrupi violacei ℥ vi. miſce fiat tu-
ep pro ſex doſibus ſero , & mane
umendis , & his tulapijs aſſumptis
oſt purgationem noſtram mercuria-
em perfectiſſime curatur hic affectus
rudelis admodum , & acutiſſimus.

Curatio ſymcopes.

De bulimo ſeu canino appetitu.

CAPVT VII.

Bulimos quid ſit.

BVlimos & canina appetentia ſatis indicant ſuo ipſo nomine eſſentiam & huius, *bou* enim eſt apud quoſdam authores Græcos quaſi *Polo* nullum vnde *Boulomos* quaſi *Polomos* nulla & ingens fames in eo enim affectu, & morbo nullo appetuntur & in ventriculo ingeruntur ſine coctione & digeſtione vlla ſed vt ingeruntur ita euomuntur, quia ventriculus opreſſus, copia & quantitate alimenti, cogitur ad vomitum. Nec ceſſat illa appetentia & fames canina, aſſumpto ad nauſeam alimento, & cibo, ſed accreſcit & augmentatur, qui per niues & glaciem deambulant tempore hyemis ſolent, ſi debili ſint ventriculo, hoc affectu tentari, quia nimo frigore ventriculus, in ſe ipſo corrugatur, & fibras ſuas contrahit, ita vt quicquid in ventriculo reſiduum reperitur; poſt coctionem ſuam, aceſcat, à quo deinde acido excremento, fit canina appetentia, ſeu bulimos quod os ventriculi tali excremento acido imbuatur & ſic ſemper appetit; quod ſemper, & aſſidua, tali acido excremento

imbuatur, donec omnino tolletur à medicamentis purgantibus. vel hunc acetoſum liquorem alterantibus morbus ergo hic poteſt difiniri affectus præter naturam ab excrementis acidis vel ex digeſtione deprauata ventriculi relictis vel ex ſimplici frigida & ſicca intemperie in ipſo ventriculo cauſali, quibus cauſis corrugatur nimis os ventriculi ſuperius, vbi naturalis appetitus ſedes eſt, vnde nimis & præter naturam fit appetitus, cum hic fiat vellicatione acidi excrementi, naturalis vero appetitus ſoleat fueri ſuctione & defectu veri alimenti, quo obtento ceſſat hic appetitus, alius vero innaturalis & morboſus accreſcit & augmẽtatur etſi alimentum copioſum ſit in ipſo ventticulo,

Curatio bõlymi ſeu caninæ faucis

Curatut hic morbus ſublatis cauſis quę ipſum efficiunt ſi ergo à ſimplici intemperis frigida & ſicca, ortum hebeat, vt ſolet contingere, in quibuſdam debili ventriculo tempore hyemis, ſi per niues & glaciem diu deambulte in his ſolet curari hic affectus meri potione merum enim ſeu purum vinum & optimum calidum & humidum eſt, cauſa autem frigida & ſicca, contraria ergo contrarijs rite appoſitis curari ſolent, ſi vero dependeat hic affectus, ab excrementis acidis ex digeſtione deprauata in ventri-

culo cauſatis, ac relictis poſſunt euacuari hæc excrementa radicitus noſtra purgatione antimoniali: vel extracto noſtr elleborino ſuperius præparato primis ir capitulis huius operis oportet autem te aut quater repetere hanc noſtram purgationem repetitis doſibus, deinde ventriculum roborare vino puro vel aqu cinnamomi. Vel pane toſto & vino delibuto cui ſaccharum dilutum ſit, & cinnamonum, ſuperaſperſum vel vinc hyppocratico, ad ℥ iiij. epoto, idque ſummo mane ieiuno ventriculo.

DE MORBIS IECORIS cauſis & ſignis.

De iecoris inflammatione.

CAPVT I.

Iecur quib⁹ affligatur morbis.

IECVR, inter omnes corporis partes, infinitis fere tentatur morbis, & præcipue inflammatione, quæ nihil aliud eſt, quam excandeſcentia ſpiritus vitæ ipſius iecoris, ab excremētis ex reliquijs coctionis ipſius iecr is productis ipſo iecore, quæ copia ſua negotium faceſſunt ſpiritui vitali ipſius iecoris, quod

a vincere nequeat , & foras propellere unc enim temporis excrementa illa, quæ x reliquijs coctionis hepaticæ produ- untur , ſi non omnino vincantur & foras rotrudantur ab ipſo , ſpiritu , hepatis uſtode , augentur in dies maxima in co- ia, & obſtructiones varias producunt in pſo hepate , vnde prohibetur ventilatio c ventilatione prohibita , ſpiritus vitæ pſius iecoris excandeſcit, & inflammatur, dde quod cum ipſe ſpiritus , excremen- a illa vincere nequeat actione ſua in ip- a excrementa , calorem ſuum natura- em augeat in dies , donec vicerit illa xcrementa ; quod ſi diu duret illa actio, ranſit in habitum, & fit hectica con- itutio , in hæpate , & febris , vnde olliquatur hepar, & hinc totum corpus t macilentum & hecticum, vnde cla- um eſt febres hecticum non ſolum radi- em habere in corde, ſed etiam in hepate, n ventriculo , & in liene , ex quibus mnibus conſtitutionibus , fit conſtitu- o hectica in corpore humano , ex qui- us corpus marceſcit & tabeſcit.

Signa inflamationis iecoris ſunt febris rdens ſed lenta , ſitis perpetua , & in- xauſta linguæ ſcabrities & huic lentor nhæreſcens flauus primo , deinde tan- em nigricans , nauſea & cibi faſtidium , nterdum ſingultus , corporis color ecte-

ritius ; vrinæ craſſæ , rubicundæ, ac turbidæ, vomitio flaua & amara , non ex bile ſed ex excremento flauo. Ex reliquijs coctione ventriculi , in ventriculo relicto, quod acre eſt & mordax , vnde delabens vna cum chylo in iecur , excalfacit hepar , & inteſtina prorritatque ea ad alui fluxum : ab epate inflammato tranſeunt ſemina ac germina inflammationis , & fomenta ac *flaſigmatæ* vt cum hypocrate loquar , in ſanguinem vnde vitia multa , in cutem & carnem ſolent ſcaturire quibus ſolet ſuccurri , ſuccurrendo hepati inflammmato quod fiet ſequenti mehodo & via.

Curatur hepar inflammatum & omne id, quod ex illa inflammatione ſequitur eſſentia mercurij & iouis , ad miraculum enim , hæ eſſentiæ hepar reficiunt, & ad ſuam conſtitutionem naturalem reducũt idque paucis diebus niſi hæpar omnino corruptum ſit , & ſua naturali conſtitutione alimentatum : vt in hydropicis cõfirmatis contingere ſolet, in quibus hæpar eſt ita à ſua natura alienatum vt hæpar non videatur ſed quid ſchycroſum & maſſa informis prædura & prægrandis , ponderis aliquando duodecim librarum cætera viſcera præmens& quaſi ſuffocans paratur autem eſſentia mercurij vel per ſe, vel cum adiunctis per ſe diſtillatur

eſſentia mercurij in vaſis vitreis & retortis lulo munelis ſe ipſa recipientibus in ſe ipſas vt mercuris igne agitatus tandem in aquam conuertatur dum in aerem & in ſuum cahos igne conuertitur vel mercurius ſublimatus, æquato cum pondere, coniungitur cum amalganate iouis, & mercurij, & ſimul putrefiunt ambo in calore fumi, vel exponuntur aeri frigido donec ſoluantur, vel diſtillantur omnia ſimul, & per cohobationem redditur aqua, ſeu ſpiritus igneus diſtillatus feci ſuæ, & capiti mortuo, & putreſcunt ambo, & deinde diſtillantur: hoc diſtillatum cuſtoditur, & guttulæ ſex aut octo propinantur in aqua cachorij, aut ſympo florum cichorij, ſingulis diebus donec perfecte curetur æger: & vel capitis mortui, quod in fundo remanet purificatur multis ſolutionibus & filtrationibus, & tandem clarum & nitidum propinatur ad quantitem granorum ſex aut quatuor, & in aqua cichorij diſolutum propinatur & hæc eſt ſumma & tutiſſima cura iecoris vitiati & potiſſimum infla-

Aqua mercurij vt fiat

De atrophia & cachexia ab hepate.

Capvt II.

ATrophia & cachexia totius corporis non ſolum à ventriculo, ſed etiã ab ipſo hepate originem trahere ſolent eſtque atrophia ab hepate proueniens, dum hepar male coquit & digerit chyloſam ſubſtantiam à ventriculo illi demandatam, vt ſanguis laudatus hinc fiat eſt ergo atrophia vitiata hepatis coctio, vnde nutritionis error fit, in partibus omnibus, illaudato ſanguine & alimento illius ab hepate per venas demandato vnde deficiente alimento excreſcit pedetentim corpus & conſumitur, atque tabeſcit quia deperditur naturalis & inſitus partium ſpiritus ex cuius potiſſimum deperditione fit atrophia, vnde ex febre hectica pulmonum exulceratione ventriculi & hepatis vitio, generari ſolet atrophia, quæ nihil aliud eſt, quam defectus ſpiritus naturalis, & inſiti partium naturalium, & defectus veri & laudati alimenti.

Cachexia quid ſit & vnde ſit.

Cachexia autem eſt malus ac deprauatus corporis habitus ex deprauato ac vitioſo alimento, ex illaudato ſanguine, & chylo proueniente, vnde exoriri ſolet ca-

chexia ex deprauata ventriculi & hepatis coctione inquinatis ea coctione ſpiritibus mechanicis quia illaudato alimento fouentur ac reparantur vnde tartarea viſcoſa & tenacia admodum exoriuntur excrementa quæ corporis molem quidem augent ſed tum ſubſtantia & colore vitioſam non viuido colore floreſcentem ſed pallido liuido aut citrino colore ſqualidam, & deturpatam vnde cachexia nihil proprie aliud eſt quam principium & initium hydropis, niſi enim tempeſtiue, illud malum corrigatur hydrops radices altiſſimas ac profundiſſimas: agere ſolet.

Quibus malis cachexiæ & atrophiæ ſucurrere ſolent chymici & adepti medici eſſentijs prædictis mercurij & ſtanni ſeu Iouis & purgatione antimoniali noſtra & mercurio laxatiuo ex aqua ſtillatitia aluaminus onorum inde cohobatione facta, & cum aqua aluminis paratum medicamentum laxatiuum, ſummopere efficatrix eſt ad ſaburram humorum ex deprauata coctione ventriculi & hepatis ortorum, vnde cachexia & atrophia perfectiſſime curari ſolent & principia hydropis profligantur & exterminantur radicitus.

Cachexiæ & atrphiæ cura in aqua mercurij.

De *hydrophe & eius ſpeciebus.*

Capvt. III.

Hyidropes qud ſit & vnde ſit.

CApite ſuperiori vidimus originem hydropis ex cachexia & atrophia hepatis iam vero peculiariter tractandum eſt de hydrope: vt autem rite cognoſcatur hydrops dicemus ipſum eſſe tumorem præter naturam, vel particularem vel vniuerſalem omnium membrorum à vitio nutritionis ortum ducentem quod quidem vitium nutritionis dependet ex illaudato ſanguine & male in hepate cocto coquitur autem deprauatus ſanguis in hepate ex eius obſtructiones & eius debili calore natiuo & ſpiritu. Vnde vitium hepatis ex obſtructione illius ſemper expectatur ex hydrope dum enim male coquit hepar chylum à ventriculo per venas mezaraicas illi demandatum ſeroſitates & viſcoſitates quammultæ producuntur vna cum pauco ſanguine, quod eſt laudati ſanguinis aſſumitur in alimentum à partibus, vnde nutriuntur aliquatenus quod uero ſeroſum eſtui viſcoſum reijcitur, & à facultate expultrice ſeu ab ſpiritu impetum faciente ſanitatis œconomo, demandatur per poros & inſenſiles cana-

les tiotius corporis, in ab dominis capacitatem tanquam in partem minus nobiliorem vt hinc per poros tranſeat, in inteſtina, & veſicam & ſic foras propellatur ſed cum ſæpe ſæpius pori ſeroſitatibus & viſcoſitatibus illis occludantur, nihil inde eijcitur & ſic tumeſcit venter, & à ventre tumefacto ex debilibus renibus ſuſpicor etiam prouenire hydropem dum non attrahant aquam ſuperfluam ſanguinis tumeſcit ſcortum crura & tibiæ & deinde thorax & bracchia, & manus & ſic totum & vniuerſale corpus tumeſcit extra naturam ſeroſitatibus illis & viſcoſitatibus cõglomeratis, digeſtione non peracta ſanguinis illaudati, qui cum omni ex parte digeri coqui & in partem cui demandatur conuerti nequeat, ibi relinquitur tanquã excrementum & ſic ab excremento illo ſeroſo & viſcoſo tumeſcunt partes corporis, cum ab ipſo nutriri nequeant, nec à facultate expultrice forti, & robuſta, foras amandari queant per inſenſibiles poros, & cum excrementa hæc varia ſint, quæ ex nutritione partium ex illaudato ſanguine ſeparantur, ſecundum varietatem horum excrementorum, producuntur in corpore humano, & fiunt variæ ac diuerſæ hydropis ſpecies: nam ſi excrementa illa ſeroſa ſint, & aquoſa hinc fit hydropes aſcytes vbi plurimum aquæ

Variæ hydropis ſpecies vnde fiãt aſcyteæ vnde.

coaceruatur: at ſi illi aquoſæ materiæ adſit flatus & ventus copioſus, nam calor naturalis & ſpiritus æthereus ſanitatis humanæ miniſter, & Aachæus flatus & vẽtos excitat ex tenui illa aquoſa materia: illam reſoluere tentans & cogitans, & ſic fit & generatur Tympanites ſecunda hydropis ſpecies: dum vero excrementa illa viſcoſa ſunt & tenacia multum, & aquoſam omnio, & ſimplicem non redolent materiam, ſed craſſionem & viſcoſiorem tunc fit amaſarca, tertia hydropis ſpecies. ſunt & inter chymicos & ſpagyricos medicos qui alias duas hydropis ſpecies conſtituunt non ex diuerſitate alia excremẽtorum, quæ ex illaudato ſanguine produci poſſunt, ſed ex diuerſitate loci vbi hæc excrementa coaceruari poſſunt, & tumorem illum aquoſum & uentoſum producere valent, vt in capite, quod quidem ab excrementis illis tumeſcere poteſt, & hydrocephalos vocari poteſt tumor ille, ſic pectus tumefieri poteſt & pectoris hydrope conſtitui: ſed omnes hæ ſpecies hydropis, & aliæ quæ ex vitiato liene exoriri poſſunt, ad tres illas ſuperiores aſcytem tympanitem & amaſarcam reduci poſſunt, & ſimilibus & hiſdem remedijs etiã curari valent & ſic de his nihil aliud dicemus, niſi remedia enumerabimus quibus hydropis omnes ſpecies cura-

i putarunt curatur ergo hydrops omnis primo roborando hepar & eius obſtru-ctiones omnes tollendo, roboratur au-em hepar ſummopere, & eius obſtru-ctiones omnes tolluntur, eſſentia mer-curiali, mercurius enim in centro ſuo continet aquam, quæ cætera elementa continet, cuius ope reficitur hepar om-ni ex parte, nec opus eſt habita hac aqua mercuriali, alio medicamento. Si autem hac careas, difficilis enim admodum factu eſt, potes vti antimonio noſtro purgatiuo ſuperius præparato, & pur-gandum eſt corpus, ter aut quater, re-peritis doſibus & purgationibus huius antimonij: eſſentia etiam iouis ſeu ſtanni valet ad eoſdem vſus, & oleum martis ſeu ferri, appetit enim omnes obſtru-ctiones & deſiccat aquas hydropicorum in aqua communi laudati fontis aſſump-ta oleum vitrioli etiam ſummopere pro-deſt hæpati roborando, & reficiendo, au-rum etiam ſudorificum multum valet, quin & mercurius laxatiuus, educit aquas hydropicorum & exſiccat eas, & refi-cit hepar.

Hydropis omnis cura in mercurio

Sal abſynthij ſal corallorum & tinctu-ra eorũ & omnes eſſentiæ metallicæ, ſum-mopere proſunt curando hepati læſo, & perinde hydropis omnes ſpecies his eſſen-tijs metallicis curari ſolent, habent enim

baſim & fundamentum mercurial
cuius ſolius virtute & energia reſtauratu
omnino hepar, & lien eſt enim eſſenti
merculialis fundamentum vitæ noſtræ.

De morbis ex cyſti fellis.

CAPVT I.

Felliculi felles nobilitasr

QVi folliculum fellis eximarunt cyſtum ſeu theam excrementi cuiuſdam ex hepate, vi excretrice ab ſpiritu cuſtode hepatis huc demandato, toto cœlo errarunt & omnino allucinati ſun fel enim non eſt excrementum ſed veru vitæ theſaurus ac legitimum ſanguinis & vitalis liquoris balſamum Deus enim & natura non fecit vaſa propria in corpore humano, ad recipienda excrementa quod ſi veſicam admittamus, ad vrinam & lolium recipiendum reſpondemus vrinam & lopium non eſſe merum omnio excrementum, niſi poſtquam omnio ſeparatum fierit, à ſanguine cui inſeruit, vt deferatur teuuitate ſua, per omnes corporis partes, deinde vltimo tranſmittetur in veſicam vt ibi vltimam præparationem & ſeparationem recipiat & adhuc ibi inſeruiut naturæ, vt ſuis ſpiritibus ſatis volatilis ſpermaticis partibus inſeruiat ad

d irritandas eas, ad ſperma ſuſcitandum
& coitum generationi neceſſarium: ideo
eſicca in medijs partibus ſpermaticis
ſt collocata, vt ſpiritibus vrinæ conten-
æ partes ſpermaticas ad orgaſnum ſemi-
ıis excitet, vnde inter orgaſnum illum
& voluptatis thyrſum, vrina nunquam
xcitatur ad excrementionem ſui ipſius,
ıiſi ſtatim à critu & poſt orgaſmum par-
ium ſpermaticarum: adde quod aues
mnes & piſces etſi potent & mera viuant
qua, non habent veſicam vt excremen-
um potius & cibi deponant in ipſam quod
gnum euidens eſt, vrinam omnino ſeu
eroſum humorem qui ex ſanguine ſe-
aratur non eſſe merum excrementum,
um in auibus omnibus & piſcibus, tranſ-
eratur omnino aliud ad enutriendas auiũ
& piſcium partes, non ergo fecit Deus &
atura receptacula propria, ad excipien-
a excrementa corporis humani, ſed tu-
nediate reijciuntur ipſa poſtquam ſepa-
ata ſunt ab humore alimentitio & niſi
eparentur, morbi inde fiunt, error ergo
umma eſt felleum humorem qui in folli-
ulo ſeu cyſti fellis continetur, eſſe ex-
rementitium humorem, & reietaneum
mo eſt vitali liquori omnino neceſſariũ
& naturæ humanæ valde inſeruiens: vnde
epati ſubſternitur & vt hepati morbi
uamplurimi exſurgere ſolent: ex excre-

Aues & piſ-
ces non ha-
bent veſica.

mentis quæ in eo detineri ſolent ex ſuis vitijs, ſic & cyſti fellis permulti exoriuntur morbi, ex ſuis excrementis que in ipſo exoriri ſolent liquor ergo felleus non eſt bilis flauæ excrementum etſi ſit amarum, ſed eſt aliud omnino diuerſum & à bilis natura alienum: & folliculus fellis eſt viſcus naturale, quod proprio & innato ſuo calore natiuo, & ſpiritu inſito fabricat felleum ſuum liquorem vitæ noſtræ omnino neceſſarium, ſine quo nullum animal viuere poteſt eſt enim omnibus animalibus datum fel præter aſinis, vnde eorum tarditas & ſtupor quod eorum ſanguis & membra non feruent ſpiritu felleo, qui tenuitatem & ſubtilitatem in ſanguine & membris producit ex vitijs ergo liquoris fellei, qui in eius cyſti continetur producuntur morbi varij & potiſſimum calculus, de quo iam nobis eſt dicendum.

Fel non datur aſinis & ratio.

De calculo qui producitur in cyſtis fellis.

CAPVT II.

CAlculus qui producitur in cyſti fellis non ex diuerſis & diſtinctis cauſis prouenit quam ex hiſdem & ſimilibus ex quibus calculus veſicæ & renum aliarumque partium producitur, eſtque productus calculus in cyſti fellis ab hiſdem cauſis materialibus & efficientibus a quibus producitur in veſica in renibus & in alijs corporis partibus, quales autem ſunt hæ cauſæ materiales & efficientes certe difficilimum eſt indagatu & ſcitu, cum cauſæ iam relatæ & in ſcholis Galenicorum notiſſimæ ſint ridiculæ, & prorſus inanes, & vanæ pituita enim non datur in corpore, nec frigus actu in corpore viuente, quorum benificio ſuccreſcat calculus, in corpore humano, calor enim vitalis vbique vigens & florens, frigus actuale ex omnibus partibus prorſus eliminat, nec pituita etiam calore ſuo poteſt ſi eſſet in corpore coagulari in calculum: indagandæ ergo & inueſtigandæ ſunt aliæ cauſæ in corpore humano calculi, quacumque in parte producatur, ſi ergo calculus reperiatur in veſica fellis, oportet vt in

De calculo fellis quid ſit & vnde fiat.

tali vtero, & loco ſuæ natiuitatis reperiatur & materia calculi, & coagulato ipſius materiæ in calculum materia autem calculi liquor eſt terreus ſeu aqua quædam craſſa & viſcoſa quæ ſpiritu quodam volatili ſalis, & ſpiritu quodam igneo tanquam eius coagulatore poſſit coagulari in lapidem, & calculum, vbicumque locorum hæc materia & ſpiritus h reperirj poſſunt inter ſe agentes & penetrantes: in veſicca autem fellea reperitu hæc aqua craſſa & viſcoſa valde, vna cum ſpiritu ſalis & ſpiritu mercurij balſami naturalis vbique reperto qui ex ſpiritũ mercuriali & ſatis alimentorum omnium ortum habet, ſic ex hac materia & agentibus rite diſpoſitis generatur calculus in veſicca fellea, in quibuſdam hominibus, non enim in omnibus talis diſpoſitio huius materiæ & agentium reperitur, & perinde in omnibus non generatur calculus in veſicca fellis, etſi generetur in renibus & in veſicca vrinæ, vt videbimu infra capitibus proprijs de renum calculo & veſicæ vt ergo impediatur generatio calculi in folliculo fellis humectandus eſt ſpiritus ſalis balſamici ne ſiccitate & caliditate ſua terram volatilem & diſſolutam in centro linquores fellei coagule & in lapidem conuertat non enim omn ex parte auferri poteſt hic ſpiritus, eſ

nim vitæ noſtræ neceſſarius , & ſpiritus
itæ noſtræ hoc ſpiritu balſamico ali-
ientorum enutritur & fouetur , immiſ-
etur enim vitæ noſtræ ex alimentis quæ
vitam noſtram reſtaurandam aſſumun-
ır , at ſæpe ſæpius in quibuſdam naturis
imis copioſus eſt abundat , & copia ſua
calore & ſiccitate innata ſua cum non
oſſit mutari omnino in ſpiritum noſtrũ
itæ noſtræ & ſanitatis œconomum , co-
ia ſua & calore ledit & coagulat terras
olatiles & inutiles liquorum balſami-
orum , quæ lapides & præſertim in
enibus & veſicca vbi copioſus in eſt ille
piritus & terra illa volatilis : quocirca
ion cogitandum eſt de auferendo omni-
io illo ſpiritu quia ſingulis diebus cum
limentis noſtris in naturam irrepit no-
tram ſed cogitandum eſt de humectando
& in ſolutione ſua ipſum continendo, &
oercendo , ſic enim ſi maneat humidus ;
& ſolutus , ita vt ſiccitas ſua naturalis &
alor , non præualeat , nullo pacto non
& at potius iuuat & prodeſt , & ſoluit ma-
terias illas terreas coagulabiles & ſic im-
pedit ne fiat calculus & lapis in homine ,
& hæc eſt vera & tuta via calcali impe-
diendi , in omnibus corporis partibus ita-
que aqua mercurialis & ſpiritus mercurij
ſolutus cum ex natura ſua & humiditate
radicali ſua , omnia ſoleat humectare &

ex repagulis coagulationis vindicare eſt ſummum arcanum curandi calculi facti, & impediendi ne fiat, vnde ex cogitarunt patres Alchymiæ ſoluere calculum humanum tum veſicæ tum renum, aqua illa ſeu ſpiritu mercurij, & ita in primā ſuam materiam reſoluere, ſic enim reſolutus calculus humanus imo & lapides alij, qui in macrocoſmo reperiuntur ſoluti & in materiam primam ſuam redacti illo ſolo ſpiritu, ſunt arcanum veriſſimū curandi calculi ſunt alia in rerum natura quæ hanc miram habent ex natura proprietatem vt eſt liquor betulæ arboris qui ex natura ſua ſpiritum balſamicum noſtrum calculi coagulatorem mirifice humectet radicali ſuo humore, & ſic impedit ne ſiccitate ſua & calore, inutiles & volatiles liquorum noſtrorum ſordes coagulet eſt etiam tinctura panis ſecatiui, ſpiritu viui rectificati extracta, poſt panis ſecatiui putrefactionem in fimo per quadraginta dies, hæc tinctura ad conſiſtentiam mellis reducta poſt vini ſpiritus ſeparationem, mira eſt ad humectationē ſpiritus calculi coagulatoris tinctura etiā vrinæ humanæ eſt ſummum curandi calculi arcanum diſtillatur vrinæ humanæ lentiſſimo igne ad ſiccitatem vſque, ſecibus his ſiccis & non combuſtis aſſu-

mitur ſpiritus viui rectificatur, & extrahitur eius tinctura, quæ cohobijs multus & rediſtillationibus quamplurimis, eſt rectificanda, & à nidore ſuo expolienda, & tunc propinanda eſt ad ʒ j. cum aquas aproprietatis & conuenientibus calculo diſſoluendo. Vrina etiam quæ reperitur in fœtu recentiſſime nato in hœdis & vitulis ſtatim epota, eſt ſummum remedium calculo diſſoluendo in omnibus corporis partibus, & tollit aptitudinem gignendi calculi tum in renibus veſicca, & in alijs partibus.

De ictero & omnibus eius ſpeciebus.

CAPVT. III,

Icterus vnde ſit.

SVnt qui icterum & omnes eius ſpecies in munero morborum fellis reponunt nihilominus toto aberrant cœlo, icterus enim nec vlla eius ſpecies à fellis chyſti nec ab eius ſubſtantia originem habet, non enim ſubſtantia vnquam regurgitat, in hepar, & ab hepate in venas vt hinc fel per totum corpus ſparſum ſua tinctura inficiat ſanguinem, & ſanguine infecto inficiatur tota ſuperficies corporis amaricaret enim ſanguis in ipſis venis & vrinæ etiam amaricarent ſi tingerentur tinctura fellea in ictere aliunde eſt illa linctura, & ex fonte protinus diuerſo ſcaturit illa tinctura, in ventriculo ſiquidem fundamentum habet & in ipſis inteſtinis : producitur in ventriculo, ex praua eius coctione & digeſtione excrementum flauum viride & ſubnigrum quod ſæpiſſime vomitu reijcitur & ſi vomitu non reijciatur pellitur in inteſtina, & foras amandatur cum excrementis ex chylo in inteſtinis relictis ſumunt enim & ſugunt venæ meſſeraicæ

ex inteſtinis tenuioribus quod purum eſt, ex chylo, reliquum remanet in ipſis inteſtinis, excremēti liquidi inſtar diuerſi coloris, rubei, flaui, viridis &n igri, & ſæpæ ſæpius illud excrementum liquidum vehementi atractione, & ſuctione venarũ meſſaraicarum defertur in hepar, & tingit ſanguinem ſuo prauo colore, hinc defertur per venas & totum corpus ſuo colore tingit: hinc excrementa albi ſunt ſunt coloris & cimeritis, quod excrementum illud liquidum alliunde colore flauo & turgenti excrementa tingens lio deferatur, & ad hepar tranſportetur vnde ſi forti & violenta purgatione antimonij purgetur æger, ictero affectus cum tali purgatione transferatur illud excrementum liquidum ad inteſtina tanquam ad locum ſuum naturale & natiuum, ſtatim curatur icterus, & depuratur ſanguis totus; & euaneſcit color ille deprauatus ex ſuperficie corporis cum non amplius hepar inficiatur & ſanguis illo liquido excremento, excrementa enim corporis ſi præter modum in corpore detineantur & amandentur in partes in quas demandari non debent, pariunt morbos, & non ſubſtantiæ & humores neceſſarij ad vitam ſubſtantia autem fellea, ſeu liquor ille, & humor qui in chyſti fellea,

ſolet contineri, eſt omnio vitæ noſtr
neceſſarius& perinde non grauat, nec m
leſtus eſt vnquam vitæ noſtræ & perin
nullos efficit morbos nec hinc icterus or
ginem habet, ſed ex liquido illo excr
mento quod primo in ventriculo ex pra
ua eius digeſtione producitur & vna cum
chylo ad inteſtina demandatur, & ſæp
ſæpius vna etiam cum chylo, per vena
meſſaraicas ad hepar defertur, & hinc in
ficitur hepar & totus ſanguis defertur au
tem ad hepar vitio attractionis venarum
meſſaraicarum quæ inflammatione ſua &
calore nimio attrahunt & ſugunt quic
quid eſt in inteſtinis nullo delecta facto
puri ab impuro.

Icterus ergo eſt, liquidi excrementi ex praua ventriculi digeſtione parati, & vna cum chylo ad inteſtina demandati attractio fortis & potens per venas meſaraicas facta, illius excrementi & chyli, calore nimio & inflammatione, venarum meſſaraicarum & cum illud exerementum ſit diuerſi coloris nunc flaui nunc viridis nunc nigri, ideo ex diuerſis illis coloribus, exſurgunt ſpecies icteri flaui viridis & nigri, quæ ex hiſdem & ſimilibus medicamentis ſolent curari.

Curatur perfectiſſime icterus omnis cuiuſuis ſit ſpeciei, ſale vitrioli per calcinationem multoties iteratam ad albedinē

& puritatem conducto, do ſis eius eſt ʒb n aqua comuni diſſuluto, & propinato ummo mane cum regimine & cuſtodia.

Curatur etiam antimonio noſtro ſuperius præparato & datur ter in hepdonada ad quantitatem granorum octo vel ex in vino tenui, deinde præſcribantur ulæpia cum aqua comuni laudati fontis & oleo vitrioli ad guttulas decem in ℥vj. quæ laudati fontis & ſyrupi violacei ℥ij. inc fieri debet potio per ſex aut octo ies propinanda ieiuno ventriculo ſummo mane hæc potio roborat ventriculum, & obſtructiones meſenterij tollit, & inflammationes & calores præter naturam n hepate tollit, & temperat, vnde liquidi illius excrementi in hepar ſit altractio.

De morbis lienis de tumore illius.

Capvt I.

Lien quid Sit quale & eius morbi.

Lien ſeu ſplen, nobile viſcus, & admodum naturæ animalis neceſſarium vicarius eſt hepatis, & quid in hepate præpari non poteſt, & omnino perfici & abſolui demandatur in lienem vt ibi ſanguis perfectionem abſolutam obtineat calore vitali lienis, arterijs enim plenum eſt & totum quaſi corpus ipſius lienis, arterijs conſtituitur, vt calore arteriali & ſpiritu focus vitalis in ipſo liene augeatur, vt perinde ſanguis, qui vltimam & abſolutam perfectionem in hepate obtinere non potuit, tandem obtineat in liene foco illo vitali, qui lienem faciunt excrementi ſanguinei ciſtim & receptaculum aberrant toto cœlo, non enim excrementum eſt, ſed imperfectus ſanguis, qui vltimam elaborationem non obtinuit & vitali ſpiritu non ſufficienter adhuc delibutus eſt perinde demandatur in lienem vt ibi copia ſpiritum impleatur & ſic attenuatur & ad vitam vtilis & proficuus reddatur & ſic nobile viſcus eſt lien & vicarius eſt hepatis: multi etiam illi ubueniunt morbi & hepati, inter quos

otiſſimū ſunt tumores varij obſtructiones ſcyrrhi inflammationes de quibus am nobis dicendum eſt, primum de tunoribus qui lienem infeſtare ſolent: tumeſcit ſæpe ſæpius lien ob cruditates & pexias ſanguinis qui illi ab hepate demandatur vt coquatur & attenuetur ſanguis qui non potuit perfecte & abſolute ogi & digeri in hepate tumeſcit etiam x parte ſui ipſius, quod calore natiuo non turgeat, vnde ſanguine crudo, & ncocto illi demandato magis ac magis efrigeſcit, vnde etiam & tumeſcit magis ac magis quod refrigerato liene cauſa materialis tumoris accreſcat. Cauſa autem materialis tumorum omnium in liene ſunt excrementa ſanguinis ſeu liquoris illius qui ad lienem demandatur ſi ſpiritus cuſtos lienis qui eſt eius calor natiuus, non ſufficiat ad expellenda ſua excrementa ſed deficiat quod relinquitur expellēdum putreſcit tandem& fit tumor calidus vel frigidus. Secundum naturam & eſſentiam excrementi quod relinquitur in liene expellendi, & ſepæ ſæpius frigiditatem & ſiccitatem excrementi illius non putreſcit, ſed in calculum craceſcit & dureſcit fiunt in lapidem vnde in quibusdam in liene fiunt calculi & lapides qui eadem methodo ſunt expellendi ac illi qui enaſci ſolent in cyſti fel-

lis.

Tumores autem qualeſcumque ſint curari poſſunt purgatione primum mercuriali noſtra datur mercurius dulcis, ſpagyrice præparatus (ad grana 20. aut 30. & cum ſaccharo propinatur, ſuperbibendo aliquid viui idque per octo, aut decē dies vt materia antecedens imo, & conſequens tumorum diſperdatur & euaneſcat, mercurius enim ſubtilis admodum eſt, & penetrans omnes corporis partes, & vna cum ſpiritu vitrioli, & ſalis nitri, quibus coniungitur diſſoluit & perdit excrementias illas materias quæ in partibus corporis reperiutur, vbicumque reperiantur ſpiritus etiam mercurij idem operatur & potentius hæc excrementa diſſoluit & diſſipat ita vt omnes obſtructiones reſeret, vnde tumores omnes lienis diſperdit ac diſſipat, & ſic lien vindicatur ab omnibus excrementis præter naturam.

De ſcirrho lienis.

Capvt II.

Lien cum turgeat ſanguine craſſo & fœculento qui hac amandatur vt attenuetur calore natiuo lienis in ſcirrhũ ſæpiſſime incurrit, cum excrementa illa frigida & ſicca quibus turget ſanguis lienoſus, coagulentur in ſcirrhum, eſt itaque ſcirrhus lienis tumor præter naturam frigidus & ſiccus, ab excrementis frigidis & ſiccis ſanguinis lienoſi productus & generatus, eſt enim in ipſis excrementis frigidis & ſiccis vis quædam coagulatiua at excrementa illa coagulantur in ſcirrhum: vis autem illa coagulatiua & lapidificatiua dependet ex natura terreſtri & ſale qnodam terreſtri qui ineſt excrementis illis, qua virtute coagulantur ipſa excrementa in ſcirrhum qui in dies magis ac magis accreſcit niſi medicamentis proprijs & ſpecificis ſuccurratur: difficilis admodum eſt curatu hic tumor, Galenico methodo, cum hæc non habeat medicamenta quæ ſcirrhum diſſoluere & attenuare poſſint, at chymico methodo facili negotio, diſperdiſur hic tumor, quamuis reniteat quammaxime, nihilo-

Scirrhus lienis vnde fiat & quid ſit

minus tandem euaneſcit ſpiritus mercu
rij eſt potiſſimum & præcipuum arcanun
curandi huiuſce tumoris, aſſumitur inte
rius ad quantitatem guttularum x. aut xi
cu cum aqua appropriata aut cum ſpirit
viui, ſpiritus etiam tartari coniunctu
cum ſpiritu ſalis armonicaci maxime pro
deſt, ad curationem tumoris ſcirrhoſi lie-
nis, tum aſſumptus tum exterius admo-
tus & foris, applicatur ſuper lienem.

Purgatur corpus ſæpe in menſe ter au
quater mercurio dulci ſpagyrice præpa-
rato & datur ad ℥ b. cum conſerua roſa-
cea aut violarum idque ter aut quater ir
menſe eſſentia etiam ferri ſummoper
prodeſt curando lieni ſcirrhoſo, ferrun
igne conuertitur in crocum, crocus diſ-
ſoluitur aqua mercurij, & per rectifica-
tionem & diſſolutionem ſæpius iteratan
conuertitur in veram eſſentiam rubi cun-
diſſimam acetoſi ſaporis, quæ mira præ-
ſtat in ſcirrhoſos tumores lienis & hepa-
tis diſſoluendos, & ſumitur ad ℈ b. aut
ad guttulas xii. in iuſculis ſcolopendrio
aut ceterac alteratis.

De

De inflammatione lienis.

CAPVT III.

INflammatur lien ab obſtructionibus & tumoribus præter naturam qui illi ſuperueniunt, excandeſcit enim ſpiritus in[n]atus & proprius ipſius lienis ab excre[m]entis illis præter naturam, quæ cum [i]pſa domare, & foris propellere nequeat [a] ſe ipſo excadeſci t vt calore ſuo natiuo [a]aucto ipſa excrementa expellere queat, [d]eſcit enim ſpiritus ſanitatis cuſtos, alia [v]ia foras propellere, quod illi noxium [e]t quam per calorem ſuum qui cum non [ſ]ufficiat gradu ſuo naturali ad auget ip[ſu]m gradum & ad gradum præter natu[r]alem peruenit, donec hoſtem debellarit [t]unc ſublata cauſa ſuæ irritationis quieſ[c]it & redit ad locum ſuum naturalem ſeu [t]emperiem natiuam nec eſt quod potu [a]quæ frigidæ, & inlapijs attenuantibus [e]t refrigerantibus, temperatur hæc in[fl]ammatio donec tollatur omnino cauſa [m]aterialis iſtius inflammationis, quæ eſt [o]mnino neceſſaria ad curationem lienis [i]nflammati tollitur autem materia iſtius [i]nflammationis purgatione noſtra anti[m]oniali ſuperius ad nauſeam recitata, qua

Inflãmatio lienis quid ſit & quales ſit.

purgatione ter aut quater repetita, rad
citus tollantur excrementa omnia quæ
liene expullulare ſolent quibus ſubla
roboratur ſpiritus innatus lienis ſanita
ſuæ cuſtos, quo roborato ſtatim lien
ſuam craſſam & naturalem temperiem r
ducitur, ſpiritus etiam mercurij prode
ſummopere ad hanc inflammationem r
dicitus expellendam & extinguenda
quia diſſipat & extenuat materias craſſ
& obſtruenda facientes & extinguit c
lorem præter naturam ex irritatione ſp
ritus productam & ſic perfecte & abſolu
curatur lienis inflammatio ſpiritu merc
rij, & purgatione antimoniali, ſpirit
etiam ſalis armoniaci & tartari ſimul i
acti miranda præſtant in curatione mo
borum omnium lienis qui ſic paratur.
ſalis tartari diſſoluti & clarificati in aq
communi, ſalis armoniaci tantumde
miſceantur & in retorta ponantur & ig
ſalis violenta diſtillentur quod ſtillat, e
ſpiritus ſatis armoniaci & tartari, qui
mul coniunguntur, & ſummæ ſunt p
netrationis ad diſſoluendas obſtruction
omnes partium omnium.

Spiritus ſalis armoniaci vt fiat.

...e morbis meſenterij & pancreatis.

Capvt I.

... meſenterio & pancreate cum inibi ...nt venæ tenuiſſimæ quæ tanquam ſan...que chylum ex inteſtinis ſugunt in ea ...entriculo demandatum, venæ illæ ...pter tenuitatem ſolent obſtrui à viſco...e & craſſitie ipſius chyli & ab obſtru...ne harum venarum hepar & totum ...bus ſuo peculiari de fraudatur alimen... ...nde ſiccceſcit & in naraſmum incidũt ...es omnes & ſic ab obſtructione me...erij naraſmus ſolet oriri, præcipue ...nfaucibus & pueris qui cum voraces ... excrementa multa congerant & me...irij & pancreatij oſtructio inde ortum ...et & perinde naraſmus, & tabes ...us corporis hinc febres etiam quam...ltæ erreticæ & ſine lypo peculiari ſo...le: exoriri & morborũ aliorum valentiũ ...cus & minera ibi latet, qua ex hauſta ...ent hi omnes morbi curari: perinde ...dici omnes debent omni arte, tentare ...nc morborum mineram & focum ex...haurire: pereunt enim & euaneſcunt, ...rbi omnes, qui ab hoc fonte ſolent ...turiri euacuato & exhauſto hoc fonte:

exhauritur enim hic fons præcipue, pu
gatione antimoniali & ſpiritu merc
ſupracitato mercurio dulci ſpagirice pr
paratato, frequenti eius vſu, ſpiritu eti
ſalis armoniaci, & tartari ſupra pra
cripti præcedenti capite, & oleo vitric
in aquis ſtillatilis cichorij & acetoſæ pr
cripto, & permixto ad gutulas decei
tartarus enim, & excrementa omnia cr
ſa, & tenacia, quæ tartarum conſtituu
tenuitate olei vitrioi, & diſſoluendi ei
energia, diſſoluuntur & attenuantur &
pereunt & euaneſcunt, & ſic curantur f
bres & omnes alij morbi qui ex obſtr
ctione meſenterij & pancreatis origin
habent, ſudorifica etiam ſummopere pr
ſunt poſt purgationem antimonialem n
ſtram, & mercurialem ſupra præſcripta
& præcipue aurum ſudorificum, & me
curius ſudorificus, qui frequenti ſub
matione ſæpius iterata, ex ſimplici pu
gante medicamento tranſit in ſudorific
nullo pacto purgans medicamentum
ſic ſudoribus elicitis tolluntur radices o
nes tartari diſſoluendi & perinde radic
etiam omnes radicitus euelluntur qui
tartaro, & viſcoſis & tenacibus excr
mentis originem habent.

De obſtructione inteſtinorum.

Capvt I.

Iteſtina cum in centro corporis con-ſtituantur, vbi excrementa craſſiora & ...iora congeruntur tanquam ad ſenti-na corporis grauiſſimis tentatur morbis potiſſimum obſtructione, inflamma-...e dolore & alui influxu abſceſſu & vl-...e, & aliquando calculo, de quibus ...nibus iam nobis eſt dicendum & primo obſtructione, qui nihil aliud eſt quam ...ſſi & viſcoſi excrementi congeſtio, in ...ietibus ipſorum inteſtinorum, quam ...tari cumulationem non nulli chymico-...n vocant, excrementa enim craſſa ...acia & viſcoſa tartarum vocant, ab ... ſolis excrementis tartareis, fit obſtru-...o inteſtinorum qua inter pellatur fun-...o inteſtinorum: hæcque: materia diu-...us & longius coercita cellubis, coli, in-...ſtinis & coercita dureſcit vt tandem la-...lleſcat & concreſcat in calculum qui ...eadem cauſa materiali & efficienti de-...ndet in ipſis inteſtinis, ac in veſicca, vt ...actatu de morbis veſicæ fuſius declara-...imus iam vero curationem obſtructionis ...ſorum inteſtinorum aggrediemur quæ

Morbi inte-ſti norum qui & qua-les ſint.

ſolet fieri potiſſimum purgatione no
antimoniali & mercuriali cætera ei
medicamenta purgantia floccipende
ſunt, nullius ſunt virtutis & efficaciæ l
diunt ſolum & palpant morborum cau
ſed nullo pacto radicitus euellunt eor
radices vt experientia longua didici, l
autem noſtra medicamenta, etſi cor
exagitent & perturbent in nonnullis d
catæ texturæ hominibus, nihilomi
tamen poſt nubila phoebus, & poſt te
peſtates quies & tranquillitas, ac ſecu
& tutus portus acquiritur, ſanitas p
tuta & tranquilla exoritur & eluceſc.
clamant enim Medici galenici, hæc m
dicamenta, etſi ſunt perquamopti
præparata, violentiſſima eſt, & mo
violentos naturam pati non poſſe, al
que læſione manifeſta, quod philoſop
ridiculum eſſe videtur, nam natura fac
negotio & via violentos patitur motu
vt mortem ipſam euitet, vt ſe ab ipſa tu
tur maris enim omniuu motuum viole
tiſſima eſt natura vt hanc effugiat cæter
quoſcumque mauult ſequi & pati motu
& hi lædatur aliqua ratione facili via,
læſione vlla ſubleuatur qua circa non t
menda eſt illa læſio, cum plus vtilitat
hinc exſurgat quam nocumenti.

De dolore inteſtinorum.

Capvt II.

Obſtructus inteſtinis ab excrementis ſupracitatis viſcoſis & tenacibus, & idi, fiunt dolores ingentes & atroces lde, qui colici dicuntur, quod ſolum teſtinum occupent & exagitent & ali-iando iliaci quod ileum in eſtinum in-ſtent fiunt hi omnes dolores à craſſis illis idis & viſcoſis excrementis quæ cum rietibus inteſtinorum adhæreant, diu rnitate temporis acrimoniam, & pur-indi facultatem acquirunt & tandem cerant ipſum inteſtinum vnde ſpiritus inatus ipſorum inteſtinorum patitur & ſam vlcerationem perſentit, ſi tollan-ır hæc excrementa ceſſat ſtatim dolor, um materia, dolorem excitans foras pro-ellatur, ſi ſit autem vlcus factum in ip-s inteſtinis, non ceſſat dolor niſi cura-o vlcere, ſed ſæpe ſæpius non eſt adhuc ıctum vlcus, ſed eſt materia vlceris, & ungens atque vellicans inteſtina, & do-orem inducens ſpiritui innato & natiuo pſorum inteſtinorum, tunc temporis e-acuata materia pungenti, & vlceranti, cer & mordax curatur dolor, & ceſſat,

Dolores inteſtinorum vnde fiant.

aliquando hæc excrementa craſſa & vi-
coſa acria non ſunt nec pungentia , ſi
cum obſtruent vias inteſtinorum ſpiritu
inteſtinorum ſanitatis cuſtos & œcono-
mus, hæc excrementa foras propelle
conatur , & ſic ipſa cum craſſa ſunt &
viſcoſa , ipſa attenuare tentat , vnde i
attenuatione ipſorum excrementoru
maior pars ipſorum id flatus conuertitu
vnde diſtenduntur ſupra capacitatem ipſ
inteſtina & videntur dilacerari ac dirum
pi & ſic ſpiritus ipſorum inteſtinorum qu
eſt ſolus ſenſationis capax perſentit ill
diſtentionem , & quaſi dilacerationem
vnde illi dolor ineſt ſummus , & ſic co
lica flatuoſa generatur , quæ curatu faci
lior eſt , quam ab vlcere , cum materi
flatulenta ſit iam ab , ſpiritu præparata
ad eiectionem , materia autem vlceris &
acris nullo pacto ad eiectionem præpara
ta ſit , ſed maneat fixa & permanens &
acrior in dies & mordacior reddatur.

Flatus inteſtinis vnde ſint.

Sed ex quacumque materia fiat colicu
dolor, ſu9 in colico inteſtino ſiue in ileo cu
rabitur ſeqenti methodo ℞ antimonij no-
ſtri ſpagyrice præparati grana octo con-
ſeruæ violarum ℥j. moſci grana tria miſ-
ce fiat bolus detur mane cum regimine &
cuſtodia iteretur hæc bolus & detur te
aut quater , per tres aut quatuor horas
purgato ſic corpore , euacuata materia

olicum dolorem facille ad auogyna deenienduméſt præſcribendum eſt auodyum ſummum ad quantitatem granorum o. aut 12. & facta pillula deuoranda eſt empore ſomni ſic ſopietur dolor prouoato ſomno.

De *inflammatione inteſtinorum.*

Capvt III.

Nflamnantur inteſtina ac abſceſſus ab vlcere & cauſis horum affectuum quæ um ſint excrementa digeſtionis ventriuli acria & mordacia ſua acredine & nordacitate ſpiritum inſitum inteſtinoum vellicare ſolent & ipſum irritare vne inflammatur, & æſtum in ſe ipſo conitat vnde etiam & ſubiectum cui ineſt nflammatur, itaque vt hæc inflammatio ollatur & tepeſcat, oportet vt excremena illa quæ ſolent ip ſum ſpiritum irritare, & inflammare, foras eijciantur. Eijcintur autem foras purgatione mercuriali, præſcripto mercurio dulci ad ʒj. cum ℥j. conſeruæ violarum & propinato ſummo mane ter aut quater fiat iterata doſi vel præſcribatur aqua mercuriali ad quãtitatem guttarum decem aut duodecim in aqua laudati fontis & fiat potio gratiſſi-

Inflãmatio inteſtinorũ vnde ſit.

ma quæ ſiue dolore nauſea & torſione vlla ſolet excrementa omnia foras eijcere, & inflammationes quaſcumque temperare, & corroborare partes ipſas & ſpiritũ inſitum partium omnium nec remedium eſt à penetratione & ſubtilitate ſumma aquæ mercurialis, cum ſit ſoluentis proprietatis, & naturæ. nam hæc naturæ noſtræ humanæ non contrariatur, nec diſſoluit carnes & partes quas tangit ſed roborat, & viuificat & ſpiritum ignauum & torpentem excitat ad ſui functionem vnde ſanitati noſtræ nihil eſt conuenientius ſpiritus etiam nitri, vitrioli, & ſalis communis & ſulphuris loco aquæ mercurij depurata & ſepties diſtillatæ ſolent exhiberi vicarias enim poſſident aquæ mercurialis virtutes, ſed temperantur aqua communi aut iuſculis.

De inteſtinorum fluxu.

Capvt. IV.

INteſtina fluxu tentantur & afligun-tur ab excrementis digeſtionis ventriculi, ſi digeſtio praua fiat in ventriculo, & cruda ſit & incocta eius coctio, inteſtina lienteria affligutur quæ eſt alui & inteſtinorum fluxus à cruditate digeſtionis uentriculi, vnde cruda & incocta, & fœtida valde eijciuntur excrementa & fit terſio grauis & potens, in ipſis inteſtinis & dolor, quia flatus ingentes inde generantur vnde fit diſtentio inteſtinorū fortis & potens, vnde dolor, tentantur inteſtina, & alio fluxu quæ dicitur diarrhes ſimplex quæ eſt inteſtinorum fluxus à cruditate ventriculi & intemperie ipſorum inteſtinorum productus, & differunt inter ſe diarrhæa & licenteria quod in lienteria cibi crudi & incocti cum fœtore ſūmo eijciantur in diarrhoea vero praui ſoli humores & excrementa acria & mordacia eijciantur datur & alius, inteſtinorum fluxus dyſenteria dictus qui ab alijs differtur affectibus ſolis cauſis & materijs fluxum excitātibus, nam acria & mordacia & fere cauſtica ibi ſunt excrementa quæ hunc

Diarrhoea ſimplex quid ſit.

inteſtinorum fluxum exitant, eſſentialiter tamen non differunt inter ſe hi affectus inteſtinorum niſi accidentaliter & qualitate tantum, excrementorum quæ ipſos inteſtinorum fluxus excitare ſolent ratione etiam curationis non differunt vno enim & eodem ac ſimili medicamento ſolent curari roboratione pura ventriculi & inteſtinorum, & purgatione excrementorum eorum, quæ actu facta ſunt, & præſentia ſua ſolent imitare ſpiritum inſitum inteſtinorum ad excretionem eorũ quæ illi nocent vnde ad curationem horum omnium affectum ſufficit ſomnum prouocare, prouocato enim ſomno corroboratur & ventriculus & omnes partes corporie & præcipue caput quæ debilitate ſua linquit incocta & indigeſta quæ illi demandantur ad alimentum proprium ſuum & innatum vnde decidunt proprio motu & pondere in ventriculum & in inteſtina, & cruditate ſua coctionem harum partium & digeſtionem interturbant, vnde ſomno prouocato ceſſant omnes fluxiones & catarrhi qui quidem tali nomine inſigniri non merentur at potius reiectionis nomine & titulo vocari deberent cum partes & caput præcipue inbecilitate ſua & infirmitate caloris natiui linquet alimentum proprium & illi demandatum vnde fit excrementum quod reijcitur po-

Curatio fluxionum inteſtinorum.

tius tanquam excrementum quam fluat per ſe in partes inferiores & male hæc reiectio dicitur catarrhus, ſed hæc diſputatio de nomine non confert ad rei eſſentiam cognoſcendam detur alui & inteſtinorum fluxus à catarrho & alio fluxu dependere, ſanandus eſt & compeſcendus quacumque fiat ratione id autem fit prouocato ſomno, prouocatur autem ſomnus auodyno ſummo noſtro primis capituli huiuſce operis præſcripto & datur pillula vna granorum decem tempore ſõni & iteratur hæc doſis ter aut quater per tres aut quatuor dies & ſic euaneſcũt alui & inteſtinorum fluxus omnes, quia prouocato ſomno roborantur ventriculus caput & inteſtina omnia, & partes omnes corporis quibus roboratis functionibus ſuis & actionibus naturalibus funguntur & ſic perfecte digerunt & coquunt, & nulla inde excrementa generantur extra ordinarie & perinde nulla fit eorum excrementorum reiectio extra ordinaria & ſupra naturæ ordinarium vſum. Equæ non luxuriantis pedum cornu iuciſa butyro frixa ſunt dyſenteriæ veriſſima arcana.

De abſceſſu & vlcere inteſtinorum.

Capvt. V.

INteſtina ſæpiſſime tentantur tumoribus & abſceſſibus præter naturam ab excrementis, quæ ex eorum alimentis procreantur nutriuntur quidem inteſtina & poſt coctionem & aſſimilationem alimentorum ſuorum relinquitur excremẽtum, quod ſi non ſeparetur à facultate expultrice, ſeu ab ſpiritu ſanitatis cuſtode tunc temporis creſcit in dies illud excrementum, & tandem mole ſua magnum faceſſit negotium naturæ noſtræ ſeu ſpiritui inſteſtinorum qui grauatus excremento illo, illud ſeparare & expellere tentat, vnde coquit & digerit illud, & conuertit in pus, & aperto tumore expellitur pus, & ſic tentat ſpiritus noſter partium omnium cuſtos excrementorum ſuorum expulſionem rupto tumore & abſceſſu, prodeunte pure, fit alia vnde ſequũtur inflammationes inteſtinorum, & dolores ingentes quod acrimonia pura laucinet & vellicet ſpiritum inteſtinorum ſolius genſationis organum.

Difficili via admodum curant vlcera&

abceſſus inteſtinorum, quod præter excrementa à quibus generantur hi morbi in inteſtinis inteſtina naturali ſitu ſint in centro corporis collocata, vbi demandātur omnia corporis excrementa & potiſſimum primæ digeſtiones quæ cum ſint acria & mordacia, vt pote ſaliua ex reſolutione alimentorum omnium in vltima principia, non poſſunt niſi multiplicare morbum & perinde abceſſus & vlcera inteſtinorum valde curatu difficilia nihilominus tamen curari poſſunt ſequenti methodo.

Scirrhus lienis vnde fiat & quid ſit

Purgantur excrementa illa omnia, ex quibus pendent hi morbi mercurio dulci ſpagyrie præparato, leui igne enim admodum purgat, hoc medicamentum, & lenit imo vlcera abſtergit nec inflammationem parit, imo temperat & refrigerat; purgato ſæpius corpore hoc benigno medicamento quod vt gratius purget permiſcendum erit conditis conſeruis, & ſympo roſate ſolutino ad ℥b. deinde deueniendum erit ad acatuiſationem vlceris quod facili negotio impetrabimus oleo & dulci ipſius ſaturni, imo & oleo dulci mercurij, ſale etiam dulci ipſius ſaturni in aqua roſacea aut plantaginis ſoluto, & per quindecim dies propinato; id obtenebimus, iuſculis etiam ſal illud dulce ſaturni poteſt admiſceri & ſic bis inde

propinari, & tandem his benignis medicamentis curabitur hic affectus & dyſenteria qumauis recens ac inueterata a[b] vlcere inteſtinorum proueniens.

De lumbricis inteſtinorum.

CAPVT VI.

VEntriculus & inteſtina generant lũbricos ex humiditate corruptibili qu[a] potiſſimum abundant hæc autem humiditas habet ſecum aliquid ſpiritus lucis beneficio cuius incaleſcit, eſt enim luc[is] calor innatus & naturalis, beneficio cuiu[s] agitatur, & mouetur ad quaſcumque generationes, cur autem moueatur hæc humiditas ab ſpiritu lucis, ad vermes potiu[s] quam ad reliqua alia animalia, hoc dependet ex proprietate quadam natural[i] inteſtinorum quæ cum oblongua ſint & humiditas illa viſcoſa & glutinoſa ex qu[a] generantur vermes, facili via extendatu[r] in longum inde fit quod vermes inde ob longi generentur, quod ſi facili via no[n] extendatur et in latitudinem protendatur, inde lati vermes generantur, quo[d] ſi minutim diuidatur hæc humiditas minu ti & paruuli hinc producũtur vermes, ho[c] dependet ex proprietate loci, & diſpoſitione

one materiæ ſemen enim , & vterus , ſponunt generatum & productum , ad lem& paticularem hanc productionem t ergo lumbricorum cauſa materialis fo- s eiiciatur ex inteſtinis & corrigatur diſ- oſitio loci ne amplius vermes in his lo- s producantur mercurius ſpagyrice ræparatus ſummũ eſt arcanũ lumbricus nim productos , qualeſcumque ſint ene- it , & ne amplius producantur & ge- erentur impedit. Quia corrigit diſpo- tio loci deſiccat enim valde , innato ſuo alore, calidius enim eſt mercurius, quic- uid clament nonnulli, ita vt non detur rerum natura validius & fortius me- icamentũ in enecuandis lumbricis, mer- urio ſpagyrice præparato , ſunt qui cru- o vtuntur mercurio, ſed talem ergo non robo ; quia cruditas illa mineralis in ercurio vlceroſa eſt , & nimis acris , & ordax, & perinde ventriculo lethalis & alde periculoſa, tollitur autem illa cru- itas mineralis igne minerali , qui in ſa- ibusmineralibus reperitur ex quibus cõ- tat mercurius ſublimitus dulcis.

Mercurius crudus eſt ventriculo noxius.

Puluis etiam hæmeticus ſpagyrice præ- paratus ſummum eſt arcanum, in enecan- dis lumbricis & in cauſa eorum materiali foras eijcienda , cineres etiam lumbrico- rum terreſtrium proprietate naturali pro- ductionem lumbricorum in inteſtinis im-

pediunt propter ſiccitatem quam intro-
cunt in ipſis inteſtinis humiditatem
lumbricoſam abſorbendo.

Curantur ergo lumbrici ſequenti m
thodo ℞ mercurij dulcis ſpagyrice pr
parati grana viginti opiatæ Salamonis
miſce fiat bolus detur mane cum regim
ne & cuſtodia, iteretur hæc doſis per t
auroras ſimili methodo obſeruata. A
miſceatur aliquid pulueris hæmetici gr
na tria aut quatuor ſi fortius purgare d
ſideras, vt ægri ſint adulti & fortiores.

De morbis ani cauſis & ſignis.

CAPVT I.

QVam plurimi ſolent affectus anu
occupare, & inter hos præcipu
recenſentur phlegnone abſceſtus fiſtul
ſciſtura condylona hæmorhois & inflam
matio, & ſi omnes affectus ſolent in ha
parte exoriri; quando ſeu ſuccus alimen
titus totius corporis homogeneus, & ſi
milaris deponit ſua excrementa ſulphuræ
& arſenicalia, in partem hanc carnoſam
quæ anum conſtituit, vbi congeſta & cu
mulata, hæc excrementa, tumorem exi
tent præter naturam que phlegnone di
citur ob inflammationem concomitan-

hunc tumorem: dolor eſt acerbus &
nus, ac lancinare & preſſione exaſ-
tur, & aluus per multos dies indu-
r, & ſummo cum cruciatu exit & ſol-
r etiam concomitante febre vnde &
a ſiſtitur afferta & inflammata veſi-
ropter partis viciniam.

bſceſſus ex phlegmone relinquitur,
in interiores ani partes, in recti in-
ni cauum puta ſerpere ſolet, potius
m in aerem foras erumpat, quod
tes hæ interiores ſint molliores, &
erationi faciliores quam externæ vt
e duriores & firmiores rupto deinde
ceſſu, vlcus remanet ſordidum & pu-
ntum fiſtuloſum ſæpe ſæpius, vt
n parte humida, & excrementis per-
coaleſcit, & in cicatricem perducitur
coaleſcit & induratur vnde fiſtulo-
exoritur.

Rhagades & fiſſuro ani.

Rhagades ſeu fiſſuræ ani vſcula oblō-
ſunt quibus ſphincteris rimæ proſ-
duntur, imitantur ſciſuram labium
nuum & pedum, & ab hiſdem cauſis
endent, ſunt enim excrementa acria
nordacia, tartarea & ſalita, nec non
eniſcalia, quæ in hanc partem de-
ndantur, & in hanc partem ſuam fe-
citatem demonſtrant & ſua acrimonia
pungendi potentia partem hanc dila-
ant & proſcindunt & ſic ſciſſuras pa-
nt.

Condyloma diuturũ eſt tubernac
in ani margine exortum & protubera
verrucæ, grani vuæ, maturi mori au
cus exiguæ cum inflammatione exori
ab excremẽtis terreis ſulphureis & viſ
ſis ortum ducens, quæ in hanc partem
mandatur, ab ſpiritu ſanitatis œcor
mo, ſegregante purum ab impuro fa
liaris, & communis morbus ani eſt h
morrhois quę eſt vena tume facta, & t
gens ſanguine excrementoſo qui vaſa
& ſedis dilatat, & dicitur hæmorohoisl
affectus quod ſanguis fluit per hãc par
& cũ nihil efluat ſanguinis, dicitur hæn
rois coeca, vel ficus mariſca, & differtà
dilomate quod breuiori tẽpore fiat, & g
uiori dolore, ægrotantem affligat,
fiunt hæmorrhoides omnes ex exc
mentoſo ſanguine acri, & mordaci
hunc amandatur, ex vena caua, in
tremum ani profuſus, ibique ſua acrim
nia, vaſa ani inflammat tumefacit
mordicat, & aliquando vlcerat, hi
ſphincter muſculis ani reſoluiturinuer
atque peruolutus conſpicitur multis v
cuſculis perforatus & multi ſanguinis
cris & mordacis profuſione, & fit ani pr
cidentia quæ ab his procedentibus mo
bis dependet, vnde ſi curentur etia
præcauetur.

Cura morborum ani.

INſlammatio ani tollitur & vlcus quod inflammationem ſubſequitur curari ſo-et diaphorelicis & ſudorificis medica-nentis, ſanguis enim per ea medicamen-a ſudoriſica deponit omnia ſua excre-nenta & laudatas acquirit conditiones & i ſint vlcera quæ anum inſeſtent curan-ur balſamo ſulphuris ſuperius præpara-o, rhagades & condylomata curantur oleo therebentinæ oleo canomillæ, & oleo omorum quibus ſi permiſceatut bal-ſamum ſulphuris efficacius multo efficies & oblinebis medicamentum.

Hæmorrhois autem ſolet curari ſimili-bus & hiſdem medicamentis, ſed oleum nercurij præſtat, & omnibus alijs præ-ponitur, & oleum martis dulce etiam niranda præſtat ad leniendos hæmor-rhoidum dolores, & cicatriſandos hos affectus vlceroſos procidentia autem ani curatur ſequenti puluere ℞. loli remedi-præparati & aqua roſacea loti, maſtiches balanſtiarum cupularum glaudis & ſaluiæ an ʒj. miſce fiat puluis tenuiſſimus, quem inſperge linteo, & in anum impone, ita roboratur anus, & confortantur ligamen-ta eius, & ſic in locum ſuum naturalem re-

ſtucitur.

De morbis renum cauſis & ſignis.

Capvt. I.

Morbi renũ quales.

RRenes officiuntur quamplurimis morbis curatu difficillims inflammatione, potiſſimum dolor rephetico obſtructione, calculo abſceſſu & vlcere. Inflammatio coniuncta eſt cum dolore nephilico & ex calculis & arenis ſæpe ſæpius prouenit quæ gignuntur in ventriculis renum ex humiditate viſcoſa & glutinoſa & coagulante ſpiritu nitroſo & ſalito, qui has materias facili via coagula in arenas & lapides vbicumque locorum reperiantur vi ſua coagulante: qui dum ſiunt & poſtquam facti ſunt renibus inflammationem pariunt & in dolorẽ quod ſpiritus renum hanc iuflammationem ſentiat & patiatur & poſtquam facti ſunt calculi in ventriculis renum inde ſæpe ſæpius euelluntur vt hinc foras per vlcera protudantur, hinc fit dolor acutiſſimus, cum vreleres ſint ex quiſitiſſimo ſenſu præditi, & ſpiritu innato ſuo, hinc dolor grauiſſimus perſentitur qui nullo pacto ſedari poteſt, niſi attrito, & ſublato calculo, atteritur autem calculus & diſſoluitur aqua mercuriali quia ſola po-

ns eſt & efficax ad diſſoluendos omnis
eneris lapides, abſque incommodo par-
um carnoſarum vnde miraculum eſt, in
ommodo partium carnoſarum vnde mi-
culum eſt, in hoc morbo curando, datur
utem hæc apua mercurialis ad quanti-
tem ℥b. iuſculis aut aquis aſpro pria-
s bis in dic ſummo mane & ſerotinis
oris tempore ſomni, ſic enim breuiſſi-
no tempore curatur calculus, & atteri-
ur & diſſoluitur omni ex parte imo &
nateria antecedens calculi, & ſomes &
iſpoſitio quæ latet in intimis ipſius vita-
is alimenti & membrorum perit & eua-
neſcit vſu ſolo aquæ mercurialis, ita vt
medicus non egeat alijs medicamentis ad
curationem calculi, quam ſola aqua mer-
curiali & non ſolum calculus curatur hoc
diuino medicamento ſed & omnes renum
morbi, ſcilicet, obſtructio abceſſus vlcus
& dolor nephriticus, quia ſublata cau-
ſa horum omnium affectuum, tollitur ef-
fectus aqua mercurialis tollet & diſſoluit
omnia excrementa quæ in renibus poſſunt
accumulari ex male digeſto & cocto ali-
mento, huc demandato & perinde cu-
rantur omnes renum morbi, hoc vno ſo-
lo medicamento.

De morbis veſicæ, & eius partium cauſis & ſignis.

Capvt I.

veſicæ morbi qui ſint & quales.

VEſica vt rene ſimilibus fere tentatur morbis dolore potiſſimum, inflammatione calculo vlcere & alijs ſimilibus qui itidem ab vna & ſimilibus qui itidem ab vna & ſimili cauſa dependent ex recrementis alimenti quod ex veſicam demandatur, quodque non excretum & ſepa ratum, ibique congeritur & accumulatur, & morbum parit ſecundum naturam ſuam & proprietatem nam excremẽta gypſea & muſcoa viſcoſa, & glutinoſa ab ſpiritu ſalis vrinæ coagulantur in calculum, & lapidem veſicæ, hæc enim materia facile dureſcit, in calculum & lapidem ab ſpiritu ſatis, imo ipſemet ſpiritus ſalis, aquam ſubſtantiam impregnans coagulatur in lapidem vt apparet in vrinis quibuſcumque quæ dum refrigeſcunt in matulis, adhæret materia calculoſa, grauitate coagulata lateribus vetularum & ad omne ex ſpiritu vrinæ prouenit, qui dum refrigeſcit vna cum aquoſa ſua ſubſtantia coagalatum in lapidem, ſed obijciet inomibus ōnes ergo afficientur calcu-

o & lapide viſicæ & renum, quia om-
ies habent & ſcatent aquoſa illa ſubſtan-
ia & ſpiritu vrinæ, ſed reſpondendum
ɔmnes quidem habere illam ſubſtantiam
& ſpiritum vrinæ quibus fit lapis & cal-
culus ſed non tali gradu & efficacia, vt
coagulatur in omnibus in calculum ve-
um, ſed in ſabulum minutiſſimum quod
n omnibus fere reperitur facili via foras
iijcitur vnà cum vrina, à calculo oritur
lolor & difficultas meiendi, quia tum cal-
ulus tum lapis obſtruit meatum vrinæ, &
acultas expultrix debilitatur à calculo
quia calculi natura melãcolica ſæpiſſime
ſt, & ſua frigiditate innata debilitat par-
es expultioni dicatas vnde fit meiendi
lifficultas: dolor etiam hinc oritur quia
alculus & lapis dum expellitur, ſoluit &
ilatat vltra modum partes & hinc ſpiri-
us partium ſent illam præter naturam
lilatationem: & hinc patitur, & fit ſenſa-
io illa triſtis in ſpiritu, & hinc dolor.

A dolore fit inflammatio, & vlcus, quia partes ſolutæ & præter naturam di-
uptæ, vlcus ſubito ſubeunt, quod dif-
icili negotio cicatricem inducit quod
veſica perpetua & perenni vrina made-
icut, quæ cum acris & mordax ſit, ex na-
ura ſua, cicatricem impedit imo è con-
ra dolorem & inflammationem adauget,
& perinde vlcus ſerpit in dies donec gan-

Vlcus & inflammatio veſicæ vnde

grana hinc oriatur & moris.

Calculi ſigna ſunt vaga quædam & oberrans circa pubem & peritonem titillatio cum yero grandeſcis calculus incunbentis grauitatis pondus percipitur vnde difficilis inceſſus per ſalebroſa loca, multo magis ſaltatio, mictio increbreſcit adeo vt tandem perpetuo meiendum ſit, & dum vrina eijcitur, vrinæ fluxus de repente interrumpitur, calculo obiam facto, vnde non eſt continuata ſed eſt intercisa: dolor pudendi ductum alias glaudem affligit meiendi conatum conatur deſidendi cupiditas quod calculi magnitudo, ex peritoneo rectum inteſtinum vti ceruicem veſicæ, extinulet, vrina alba turbida & craſſa redditur.

Inflammationis veſicæ ſigna.

In inflammatione veſicæ, & eius ceruicis, in ea enim potiſſimum ſit inflammatio, carnoſa ſit, in corpore enim veſicæ, *naſo*, cũ exanguis ſit, requiritur inflãmationem veſicæ, febris ardens & acutu dolor per quam acerbus & laucinans in peritoneo cum rubore vrina ſupprimitu & tamen ſumum adeſt meiendi deſiderium vlcus ſubito adſtrictior eſt quia rectum inflammationis magnitudine, coarctatur. pubes atque penis tumeſcit & ad vmbilicum vſque vrinæ copia diffunditur.

In vlcere autem ſi ſit in ſphinctere craſ

a modo ſanies oritur modo pus copio-
ſum ac graueolens exedit, ſi ſit vero vl-
cus in corpore veſicæ, vel in ipſis vlce-
ribo, dolor, eſt inter renem, & pulbem
& pus capillorum ſpecie natat, in vrina ab
vlcere quod in veſica, eſt vrina contine-
ri non poteſt, aſſidua mingendi cupidi-
tas vrget, neque laborans erectuſſtare
poteſt, ingens cruciatus, & indeſinens
ac perpetuus.

Producuntur & alij morbi circa partes
ipſius veſicæ vt in ipſo pene & eius glau-
de ipſiuſque ductu quales ſunt vlcera ſor-
dida tum in ipſo penis ductu, tum in
glaude, ſit & priapiſmus, impotentia ve-
neris, & gonorrhoea: fiunt & diaboles
vrinæ incontinentia deinde iſchuria
ſtranguria & dyſuria, & nictio cruenta,
de quibus omnibus in hoc capitulo dicē-
dum vlcera in ipſo pene & eius ductu vel
in eius glaude fiunt ab hiſdem cauſis, ac
vlcera veſicæ, nempe ab excrementis
acribus & mordacibus alimenti generalis
quæ non ſeparantur ab ipſo alimento,
per facultatem expultricem vnde natent
& calore partium coquuntur magis ac
magis & acrimoniam maiorem acquirunt
vnde partes vlcerant quibus adhærent:
quod ſi ab impura & venerea lue inſi-
ciatur hæc excrementa vlcera inde fiunt
acriora & mordaciora & ſerpant & naturā

cancri corrodentis acquirunt.

Priapiſmus eſt plenis erectio & incre mentum præter naturam, permanens citra libidinis ſtimulum interdum ade in priapiſmo inflammatio interdum abe cum inflatus colis quodammodo tetan diſtendatur: cauſa eſt flatulentus vapo ſeu ſpiritus pudendi arterias fiſtuloſcum que meruum ipſius penis affatim im plens.

Impotentia quid ſit & vnde.

Impotentia autem rei venereæ, quæ priapiſmo contraria eſt, extincta eſt viril tas, quæ à deffectu ſpirituum vitalium & animalium ortum habet, vnde ſemen in tus non progignitur vel ita frigidũ & ma teriatum habetur, vt nullis vitalibus ſpi ritibus caleat ac turgeat. extinguitur au tem virilitas cauſa defectus ſeminis, ex ſenio ex morbo, & ex cauſis curibu quæ inſitum ſpiritum roburque diſſoluun & ex incantamentorum maleficijs, & medicamentis quæ genitale ſemen, aut proprietate aut manifeſta qualitate extingunt & paralyſi partium obſcoenarum generationi dicatarum gonorrhoea autem eſt ignitus ſeminis fluxus citra venerem, citra penis tentiginem, leui quodam erit nullo oblectationis ſenſu, huius efluxus cauſa eſt, ſpernaticarum partium imbecillitas, quæ retinere non poſſunt ſemen vt coquatur, ſed crudum elabitur, datur &

ia gonorrhoea virulenta quæ ex lue
enerea ortum habet, in que virus quod-
am album vel ſubcitrinum vigilanti, ac
ormienti elabi ſolet, imbecillitas partium
ermaticarum ex lue venerea contracta
t eius cauſa, hæc enim efficit, vt quic-
uid in vaſis ſpermatecis ſeminis colligi-
r, corrumpatur & labe inficiatur vene-
a, vnde deinde expellitur ab ſpiritu ſa-
tatis cuſtode, & tranſitu ſuo acri mor-
ci in prenis ductu vlcera generat ſæpiſ-
ne incurabilia, quæ carne impura ob-
ucuntur, & carnoſitates inde protube-
nt quæ ſolis candelis ſpecificis ad hoc
alum factis curari poſſunt, & ſolent fie-
hæ candelæ ex mercurio præcipitato &
ercurio dulci ſimul imixtis vna cum
ra liquefacta, vt inde fiant hæ candelæ
nues & paruæ, vt in canalem vrinæ in-
ci poſſint, & ſic corrodunt ſine dolore
lo carnoſitates illas ſuper fluas & dein-
poſtquam ſublatæ ſunt carnes illæ ſu-
rfluæ illiciuntur candelæ, prædictæ
lſamo ſulphuris & ſic perfectiſſime ad
catricem landatam conducentur hæc
cera.

Reliqua vero mala ſuperius allata, quæ
ſicam infeſtare ſolent curantur aqua
la mercuriali quæ cum omnibus nota
n ſit, liceat ipſam declarare, ſecreta
nia alchymiæ dependent ab ipſa loco

illius poteris vti mercurio dulci ſæpi
aſſumpto & aceto mercuriali, ex gumm
antimonij & ſublimati elicita , benefi
aquæ communis quæ proijcitur ſuper g
mi illud , & præcipitatur in puluer
hæmeticum , deinde aqua illa ſuperr
tans pulueri hæmetico diſtillatur,&aqu
ſa & flegmatica ac dulcis ſeparatur ab a
da , & acida reſeruatur cuius vſus eſt a
mirandus in curandis renum morbis,
veſicæ affectionibus omnibus doſis e
eſt guttulæ decem, in aqua quædam a
propriata & peculiari morbo curando.

Vlcera cancroſa ex lue venerea.

Vlcera autem cancroſa ex luce vene
quæ glaudem penis infeſtare ſolent cura
tur ſolo tactu gummi illius quæ ex ſub
mato, & antimonio educitur,deinde ta
& illiunta balſamo ſulphuris illiuntur,
ad cicatricem perducuntur.

Gonorrhoea autem tum venerea tu
alia curatur ſequenti bolo ℞. medul
caſitæ ex camna recenter extractæ ʒ
rhembarbari optimi in puluerem reda
ʒj. pulueris oſſus ſepiæ ʒb. campho
oleo amygdalarum diſſolutæ ʒb.miſce f
bolus , ter repetatur per tres auroras ſu
ſequentes, & vtatur iulapijs refrigeren
bus ex acetoſa factis & agreſta.

Impotentia veneris curari ſolent pu
gato corpore antimonio noſtro ſuper
citato & demonſtrato,& deinde refocill

to membro virili, ex ſpiritu viui, & optimo vſa alimentorum quæ ſpiritum innatum & calorem natiuum reſtaurare poſſunt, vt ſunt iuſcula optima ex perdicibus & caponibus facta, & reſtauratio vſus etiam continue eſſentiæ ambari quis admirandæ eſt efficaciæ in curanda & tollenda venerls impotentia, nihil enim eſt efficacius & potentius ad ſpiritus innatosreſtaurandos, & calorem natiuum refocillandum eſſentia ambari greſei, quæ parari ſolet ex ambaro greſeo optimo, diſſoluto in viui ſpiritu rectificato & optime à flegmate ſuo vindicato deinde ponuntur in putrefactione in fimo equino vel balneo tepido, deinde pcr balneum diſtillantur & cohobatur diſtillatio ſuper ere donec omnio diſſoluatur ambarus in oleum purum quę caute per inclinationẽ ſeparandum eſt à fecibus & reſeruandum eſt infialis optime clauſis ad vſus prædictos doſis eſt guttulæ decem in reſtaurante optimo, caponis aut perdicis.

De meiendi ſymptomatis quæ veſicæ contingunt.

Capvt. II.

SYmptomata meiendi quę veſicæ adue niunt ſunt diabetes vrinæ incontinen tia, iſchuria dyſuria ſtrangueria & micti cruenta, diabetes eſt vrinæ incontinenti paſſio circa renes continua qua infirmi ſi tiunt multum & plurimum bibunt & red dunt abundanter per vrinas quod bibe runt mutato aliquatenus in renibus potu fit hæc paſſio ex imbecillitate ſpiritus re num qui retentricem facultatem efficit & attracticem eorumdem facultatem ad au get tartaro in renibus producto, qui ſu ſiccitate & caliditate, humidum veheme ter attrahit, nec retinere poteſt, cum calidum illud & ſiccum tartari, lædat ca lorem natiuum & obruat, vnde retiner non poteſt ſed cito mittet ad veſiccam tanquam excrementum eius mali præci pue cura conſiſtit, in tollendo illo tarta ro & reſoluendo; quod potiſſimum obti nebis ſpiritu ſalis tartari rectificato, & acido vitrioli, & potiſſimum ab aqu mercuriali, quæ ſola eſt potens in om nibus tartareis materiebus reſoluendis.

Iſcuri

Iſcuria diabeti contraria eſt, quatenus rorſus huic malo vrina ſupprimatur & tartaro nimis abundanti obſtruente, & bſtupefactiuo ortum habet, qui ſua ſic-itate & frigiditate meatus impedit & ob-undit calorem natiuum renum ita vt non entiat ſtimulantem vrinæ acrimoniam d eius expulſionem imo obtundit, & uaſi dulcem & quaſi inſipidam reddit rinam adeſt tamen dolor obtuſus & obſ-urus ex repletione & diſtentione, veſi-æ repletæ

Eius potiſſima cura conſiſtit in reſo-uenda illa tartaro narcotico frigido & ſcco, quod præſcriptis antea medica-nentis obtinebis & ſale criſtalli & lapi-um vulgarium: calcinantur lapides & riſtallus & calcinata hæc omnia cum pa-i quantitate ſalis armoniaci ſublimantur & hoc ſublimatum propinatum ad quan-titatem ʒ b. in aqua petroſetini, vel ſprri-us ſalis tartari cum ſale armoniaco con-unctus mire efficax eſt ad tollendas iſchu-ias ſtranguria eſt vrinæ ſtillicidium cum vrina ſtillatim & guttatim redditur cum dolore quodam, & aliquando ſine dolore ſed conatu ſummo, & cru-ciatu, inani & à tartaro ſimul proue-nit obſtruente, & eius cura etiam in ipſo tartaro reſoluendo, dependet, quod præ-dictus antea predicamentis facili negotio

Strangurria quid ſit,

obtinebimus.

Dyſuria autem non multum variatur al ſtranguria illa quæ fit cum dolore, nan dyſuria eſt vrinæ difficultas cum dolor & à tartaro obſtruente dependet & originem habet, & curatur etiam ſimilibus medicamentis quibus curatur ſtranguria nam ſublato tartaro, atq; diſſoluto, curantur & tolluntur omnes hi ſimiles mor bi & potiſſimum ſale antimonij.

Mictio cruenta eſt, vel eſt à renibus vel ab ſphinctere ceruicis veſicæ; cum in his partibus aperiuntur venæ & corrodũtur à cauſis præter naturam vel à calculo vel ab humoribus mordacibus & pungentibus quæ tranſeundo, partes vlcerant & venas aperiunt. Dum à renibus effluit sãguis vrinæ toti exquiſitæ permiſcetur & ſic dilutus tenuis & aquoſus fit ſanguis, qui cito ſubſidet rubicundus liquidus & non concretus. Si vere ab ſphinctere muſculo veſicæ, procedat cruentam quidem reddit vrinam ſed non æquabiliter, ſubſidens autem concreſcit in grumos in fundo vrinæ.

Curatio mictionis cruentæ.

Curatur mictio cruenta ex quacumque cauſa oleo dulci ipſius mercurij ad guttulas decem in aqua communi propinato, item balſamo tartari dulci, & eſſentia dulci margaritarum& eſſentia ferri & circulo ferri cum aqua plantaginis propinato cro-

us ferri in eſſentiam ferri facili via redu-
citur, ſi habeam aquam acidam pulue-
hæmetici vel aquam mercurialem hac
la deinde eſſentia rectificata curabis
nnia vlcera renum & veſiccæ imo & re-
qua interiora vlcera, quæ in intimis no-
is viſceribus latitare ſolent.

De morbis ſcroti & eius partium.

CAPVT II.

ST ſcrotum membrana illa externa ſatis craſſa qua inuoluuntur & tegun- r teſtes, hæc membrana ſolet tentari ultis affectionibus & potiſſimum tumo- ſcirrhoſo & duro dum excrementa il- c demandantur viſcoſa & tartarea quæ lent ſeparari ab alimento ſcroti, & te- ſum, & dum ſeparantur niſi foras à po- nti ſpiritu eius partis cuſtode, prætru- ntur ibi congeruntur & accumulantur tumorem ſcirrhoſum qui in dies indu- ſcit & toto vitæ tempore ſic durus re- anet in ipſa parte ita vt ambos ſæpius ſtes inuoluat, aliquando vnum tantum ſtem inuoluit & includit.

Diſſoluuntur hæc viſcoſa & tartarea cremente ſotu aquæ fabarum, & cala- aſmate facto, ex fabarum farina aceto illatitio malaxato, & tepide ſæpius

ſuper partem applicato, & purgatio
ſæpius facta ex antimonio noſtro,
mercurio dulci,& ſudorificis etiam aſſur
tis dum cataplaſmata illo applicant
fiunt & inflammationes in ipſo ſcrot
Quæ ab ipſiſmet excrementis dum e
candenſcunt & ebulliunt à calore interi
eorum dependent & originem habe
purgato corpore prędictis antea medic
mentis refrigerata parte oxicrato, vel aq
roſacea & plantaginis facili via tolluntu
ſucco etiam depurato ſemperuiui maio
vel minoris facilius ad huc tolluntur
extinguntur ſcroti inflammationes, mi
etiam ſanguine ex ſaphena pedis n
in omnibus inflammationibus ſangui
miſſo ſummopere prodeſt, nam ſang
fere totus efferueſcit efferueſcente ſang
ne partis alicuius particularis cum ſpi
tus partis inflammatæ, deferat, per t
tum ſanguinem inflammationem illa
quam tollerat in parte illa affecta, & r
frigerata parte & extincta inflamuatio
partis extinguitur etiam & generalis i
flammatio.

Hermia & ramice tentatur & ſcrotu
& fiunt tumores varij ex varijs rebus q
in ipſum ſcrotum illabi ſolent quæ dif
rentiam hermiarum & ramicum conſ
tuere ſolent, illabuntur autem ex rupti
ne vel ſaltem dilatatione peritonei, q

is membrana inteſtina & totum
n ſuo clauſtro continens quæ cu-
ernam immediate ſequitur.
do inteſtina ex ruptione peritonei
um & tumor nuncupatur entero-
ſi omentum & ipoloon illabatur
qui huic exoritur epiploocoe-
ar: ſi vero aqua & humor mollis
in ſcrotum hydrocoele nomina-
vero ab innata carne intumeſcat
ele: in enterocoele & epiploo-
mor non eſt permanens nam in-
& omentum facili digitorum im-
compreſſione intromittuntur &
it tumor, illa quidem rugitu, &
to murmure, hoc vero ægrius
e rugitu: hydrocœles vero & ſar-
s tumores ſunt perennes & perpe-
xi permanentes, inter ſe tamen
t, quod hydrocoeles tumor ſit
& pulſatus reſonet, pondere leuis
ſito lumine ſit conſpicuus, ſarco-
utem tumor eſt durus grauis &
s qui longiori tempore paulatim
t.

ntur herniæ omnes ſpecies ſucco uto herniariæ nobilis herbæ, qui us farinæ fabarum & parti appli- er quindecim dies ęgroto in lecto nte perfectiſſime Curat hernias: ſalis communis & ſalis gemmæ

Curatio herniarum omnium.

adguttulas tres aut quatuor quotic
ieiuno ventriculo aſſumptus in
phiæ vel conſolidæ maioris ſumn
arcanum curandæ herniæ , emp
etiam ex gummi opopamaco , &
re conſolidæ maioris vel ex eiu
& ſucco enulæ campanæ & ru
mul permixtis vna cum opopo
forma emplaſtri cum eſſentia fe
mum eſt in hernia curanda medic
ligamenta non ſunt negligen
partes quæ ex peritoneo rupto a
tato ſolent in ſcrotum deſcende
ventrem & clauſtrum peritonei c
antur ſic ſolent curari herniæ pr
in puerulis nam in ſenibus vix c
nem ſuſcipiunt niſi intra lectum
ti ſe contineant fere per annum &
nue hiſce remedijs vtantur,

e vteri affectibus cauſis atque ſignis.

Cᴠᴘᴠᴛ I.

TEntatur vterus multis & varijs morbis, ac ſymptomatibus fere in-nitis de quibus libet amplius vt volu-iẽ ſatis craſſum poſſit conſcribi ſed cum ompendioſe ſint morbi omnes nobis actandi, vt hæc noua morborum do-rina, Medicinæ candidatis inculcari oſſit & inſinuari ſurget tandem aliquis ui fuſiori ſermone rationes rationibus m allatis addet & maius lumen huic mini dabit, & ſic tenebræ pedetentim ſcutientur omnes, ex animis medico-im & lucebit lux clara & meridionalis eorum intellectu.

Vterus ergo cum ſit centrum horum : pote affectuum qui omnes virtutes eius nquam inbecillas debilitant in eo quod axima ſit eius virtus que iſtius modi orbis plurimum adcurrit ad extinguen-im illam virtutem contraria enim enim inuicem & legibus naturæ ſequntur eo cum in vtero plurimum virtutis ad- : in eo etiam plurimum eſt vitij : quo-rca infiniti fere morbi ipſum afficiunt t phlegmone abſceſſus vlcus cancer ſcir-ius mola, inflatio, hydrops calculus

& in ſua ceruice ad naſcuntur Rhagad condylomata hæmorroides de quibus ſi gulis compendioſe nobis erit dicendum

Phlegmone tumor eſt, in vtero adna cens ex excrementis alimenti quæ prau ſua qualitate & maligna, vterum inflam mant & excalfaciunt inflammato ſpirit ipſius vteri ſanitatis ipſius cuſtode, q cum ab excrementis vterinis irritetur e ceſcit vnde febris adeſt, & ardor, tum diſtenſio, atque grauitas, imi ventris li borumque donec tandem adaucto abceſ & maturato & corroſo perrumpatur vnde ex rupto abſceſſu fit vlcus idq ſordidum, cum vterus malignis & ſord dis ſcateat excrementis, quæ maligna & prauam admodum redolent qualita & veneni propietates ſequntur.

Excrementa vteri maligna.

Curatur hic malignus affectus purg tis menſtruis purgationibus & miſſo s guine ex ſaphena pedis dextri, ſecundu vires, & ætatem ægrotantis clymatis c ditiones, & temperiem. Prouocant menſtrua ſale vitrioli veneris, & v etiam expurgatur ſummopere vterus, ſpiritu acido ipſius vitrioli veneris ſæpi propinato cum aqua roſacea extinguit febris & ardor illa vterius qui phlegm nem vterinam comitatur. Vlcera aute ſi poſt phlemonem vtero relinquant curatur ſola aqua mercuriali dulci & r

ſtificata, alias incurabilia ſunt, & cæte-
ra medicamenta floccipendunt & penitus
negligunt ſudorificis etiam eſt vtendum
in illorum curatione tollitur enim vene-
num excrementi menſtualis ſolis ſudori-
ficis medicamentis & præſertim mercurio
dulci ſudorifico, qui ſola ſublimatione
multoties iterata duodecies ſaltem tranſit
in ſudorificum omnio medicamentis cu-
ius doſis eſt dragma vna cum ℥ j. aqua
cardui benedicti aut vlmariæ.

Vteri vlcera maligna & depaſcentia
ſunt nomæ vt carcinamata: nomæ inæ-
quales ſunt exedentes in dies magis ac
magis depaſcentes, cæteris vlceribus fœ-
tidiores ſordidiores & acerbiores.

Carcinoma vel vlceratum vel inulce-
ratum eſt dum nondum exulceratum eſt
moles grauis in vtero percipitur tumor-
que durus colore ſubliuido: dum autem
exulceratum eſt ipſa noma malignis eſt,
ſanies quæ hinc egreditur grauiter olet
& ſummopere fœtet tenuis eſt, & nigri
coloris aliquando flaui, generatur autem
hoc malum tum in matrice, tum in ma-
mis aliſque partibus tum hominis tum
mulieris, ex excrementis viſcoſis tartareis
venanatam qualitatem habentibus, & na-
turam realgaris & arſenici naturalis re-
dolentibus, vnde tota cura iſtius morbi
conſiſtit in præparatione realgaris & ar-

Carcinomati vteri cura.

cinici in cuius ſolius eſſentia depende cancri cura & remedium : ſublata ſcarra & radicibus omnibus cancri curatur de inde vlcus& ad cicatricem perducitur ſo lo balſamo ſulphuris.

Scirrhus autem in vtero generatur e tartareo excremento quo inducitur totu vterus, aliquando pars ſola aliqua, dur tunc fit & indolens, & ſi doleat obſcuru & obtuſus eſt dolor, perſentitur grau pondus quaſi foras prolapſurum in pu denda, ſucceſſus difficilis crurum totiuſ que corporis ſequitur ex tartareo ill excremento, quod vterum occupat, cu ra eius valde difficilis & niſi tecum ſit ar canum mercuriale quo tartarea excremẽ ta diſſipantur per totum corpus in qua cumque corporis pate reſtaurentur, oleũ & operam perdis, in curatione ſcirrhi & ſucceſſu temporis mutatur in cancrum quo mors certa ſubſequitur, purgatio an timonialis & mercurialis noſtra lenit mor bum ſed non tollit.

Nola vteri quod.

Nola eſt affectio vteri qua vterus intu meſcit veluti fœtu aliquo intumeſceret, & eſt caro præter naturam in vtero pro genita menbranis obducta & venis conſ perſa pluribus ſine oſſibus ac viſceribus vllis, nutritur alimento communi, & creſcit aliquando per totam vitam inter dum quarto menſe decidit, nondum ad

ntegram magnitudinem perducta , ſed à facultate expultrice ſeu ab ſpiritu ſanitatis cuſtode eijcitur & foras expellitur producitur hic tumor carnoſus in vtero , à ſemine imperfecto & inualido muliebri quod in vteri capacitatem defluit ab externis muliebribus teſticulis forti maginatione coitus & appetitu titillanti coeundi quo ſolo ſemẽ muliebre ex teſticulis muliebribus in uterum confluit ibique digeritur & coquitur à calore naturali , & vitalis ipſius vteri in molem carneam , conuocato ſanguine menſtruali ad ſui nutritionem & incrementum molem ipſam natura ipſa per ſe expellit & vt fortius id peragat, roboranda eſt aqua cinnamomi ſæpius aſſumpta & ſale vitrioli , quod vterum excitat ad molem eijciendam , & ſanguinem menſtruum fortius expellendum quo tempore natura excitatur facilius & potentius ad extirpationem & eiectionem illam fœtum mentitur verũ ac legitimum nihilominus oculati & experti medici hunc fœtum diſtigunt à mola , quod fœtus verus ac legitimus blande ac leuiter moueatur per vterum ſine dolore , mola autem grauiter & ponderoſe figitur & impetu quodam peruoluitur in quodcumque latus mulier decumbat , & incedit grauior & pondere oppreſſa , & artus gracileſcunt & dolor ventrem cõ-

Malo vnde fit.

pungit quorum nihil adeſt in vero & legitimo fœtu, præſertim ſi mulier prægnans laudata fruatur valetudine.

Tumet etiam vterus præter naturam extræ molam, aquarum copia vnde fit, hydrope vterinus, inflationis ſigna adſunt euidentia ſed grauitas maior, & ſomus quaſi fluctuantis aquæ, huius hydropis cauſa eſt iecoris aut lienis mala ac deprauata affectio ex tartaro qui calorem natiuum iecoris & lienis extinguit vnde debilitato calore natiuo deprauatur ſanguis in his partibus, vnde & partium omnium totius corporis deprauatur & vitiatur alimentum vnde ſeroſitates & aquoſi humores congeruntur præſertim in vtero, vbi ſanguis ſeroſus & aquoſus ſolet demandari, & ſingulis menſibus foras euacuetur, quod ſi hæc menſtrualis euacuatio ceſſet, ex cauſis prædictis debilitato potiſſimum calore natiuo & eius ſpiritu tunc tumet venter & vterus collectis copioſe his aquoſis & tartareis humoribus in vtero, vnde fit hydrops peculiaris vteri qui ſolet curari potiſſimum roborato hepate & liene & euacuatis huſce tartareis humoribus, roboratur hepar eſſentia mercuriali & reſina ſolis hoc eſt ſale dulci ipſius auri, at abſque eſſentia illa mercurij tantum auri arcanum haberi & oſtineri non poteſt, hac enim ſola aurum

Curatio qydropis vterini.

& argentum & reliqua metalla in ſalem dulcem reduci poſſunt, & ſic vitia omnia vteri poſſunt facili negotio curari.

De vteri ſymptomatibus & eorum cauſis.

CAPVT II.

Vteri ſymptomata quæ ſint.

VTerus affligitur varijs ſymptomatibus quæ ſequantur morbos antea declaratos inter hæc ſymptomata numerantur potiſſimum menſum ſuppreſſio menſum profluuium albus fluor, gonorhoea duplex vteri ſtrangulatus aſcenſus deſcẽſus prolapſus & conuulſio vteri, de quibus ſingulis deinceps nobis eſt dicendum,

Solent purgari mulieres omnes & virgines ætate matura ſingulæ menſibus ſtatuta lunæ quadra, ita vt iuuenes noua luna repurget & vetus veteres, vnde Poëta.

Luna vetus veteres iuuenes noua luna repurgat & hoc purgationis naturalis tempus ab ipſa natura conſtitutum eſt, ita vt niſi repurgentur mulieres & virgines omnes naturæ ætatis ſtatuto hoc tempore, ſit in his, morbus & hæc ſuppreſſio morboſa eſt, extra prægnationem: in prægnationem enim ſuprimatur, quia multum huius ſanguinis tranſit in alimentum

fœtus cetera autem prægnationem mor-
boſa eſt hæc ſupperſſio & ab obſtructio-
ne viſcerum præcipuorum dependet &
hæc obſtructio ex copia excrementorum
præter naturam quæ alimento produ-
cuntur & copia ſua, debilitant ſpiritum
innatum cuiuſcumque partis ita vt non
valeat excrementa hæc foras propellere
vnde fit obſtructio quæ in hæpate lien
ventriculo, & neſenterio facta & in ipſ
vtero, ſuppreſſionem menſum parit &
ſic ſpiritus ipſius vteri debilitatur, & na-
turalem illam ſanguinis ſeroſi fluxionem
ſingulis menſibus peragere nequit vnd
ſequuntur nauſea, cibi faſtidium, lum-
borum ſcapularum capitis totiuſque cor-
poris grauitas & dolor, quaſi laſſitudini
vrinæ craſſæ turbidæ, rubicundæ,& ple-
rumque nigricantes ex quibus tandem
graues & diuturni fiunt morbi, & hæ
ſunt ſigna ſuppreſſionis ſanguinis men-
ſtrualis, quam etiam præter cauſas iam
allatas efficit, vteri peruerſio, & quic-
quid eius os internis obturare poteſt, vt
concretus ſanguis, caro excreſcens &
præter naturam in ore eius innata, adi-
pis copia, adnata pellicula conformatio-
nis naturale vitium quæ omnia man
chyrurgia poſſunt curari, aut ſaltem cor-
rigi, reliqua vero naturalibus remedijs &
potiſſimum magiſterio ex ſplene boni

ſtrali quod præcipuũ eſt in omni ætate
ie etiam vitrioli, & aqua cinnamom
mmo mane propinata ad quantitatem
. cum ſcrupulo ferri lamati ſine vlla a-
præparatione potentiſſime menſtrua
ouet, & obſtructiones omnes tollit
reſerat, eſſentia etiam ambari efficaciſ-
ne menſtrua amouet & vterum roborat
guttulas xij. propinata in iuſculo op-
no ex columbis & paſſeribus parato,
inamomo & carophilis aromatizato,
per octo dies debent propinari hæc iuſ-
la, ſic parata, & guttulis illis eſſentiæ
nbarinæ impregnata.

Poſt ſuppreſſionem menſum ſequitur
mia eorumdem menſum effuſio, quæ
que præter naturam eſt, mulieres om-
s ac virgines infeſtat ac ſupreſſio, &
tum copioſior ſanguis, quam pro
ltitudine, aut diutius profluit, aut
brior, aut non ſtatuto circuitu, & hu-
s exuperantis vacuationis ſignum eſt,
rium imbecillitas, quæ ſanguinem re-
iere non poteſt, hinc ſequitur nauſea
iditas fœtus faciei color, pedum, &
iqui deinde corporis tumor vento-
s, huius autem euacuationis exupera-
dependet ex veneno quodam martiali
od ſanguinem infeſtat quodque fluxu-
n omnium eſt fons & origo, quod-
e niſi tollatur & extinguatur eius vir-

tus in ſanguine muliebri, totus euacuat ſanguis & vita extinguitur, tollitur aute illud venenum martiale eſſentia mar pura & nitida ad guttulas decem prop nata cum ℥ j. aquæ plantaginis eſſent etiam vitrioli ſeu eius oleum acidum ide præſtat ad gratam mēdicitatem aſſumpt cum aqua plantaginis: magiſterium ei magnetis idem efficit proprinatum cu aqua burſæ paſtoris & perſicariæ. Ite laudanum paracelſi per latum & coroll tum amaranthus etiam potus in vino a bo menſum exuperantiam ſiſtit & coh bet.

Aqua burſæ paſtoris in ſiſtendo ſanguine arcanum.

Sequitur fluor vterinus à menſum pr fluuia, omnino diſtinctus quod in iſt ſanguis ſincerus & purus non erumpa & fluat, ſed quid fœtidum & impuru liquidum & allicies, lactis ſero & inſ li craſſi perſimile modo citrinum & vi de adeo acre & mordicans vt ex ir quaſcumque partes attigerit adurat, & exulcerat, idque ſæpe ſæpius tetrum graueolens, modo multo odore moleſtu cauſa efficiens huius mali in principil partibus ſita eſt, quibus enim viſc obſtructa dura & ſcirrho affecta, cru tates malum habitum pallidum color & lencophlegmaticum inuexerunt, c ruptus hic humor in varias partes eſ ſus: tandem in vterum procumbit, &

las decurrens totum corpus expurgat, uod ſæpe ſæpius per renes & per aluum :rri & emangi contingit, curatur hoc ıalum præcedentibus præſcriptis reme- ijs quia ab eadem cauſa efficienti depen- et nempe à veneno martiali quod in ſan- uine muliebri, hæc ſymptomata pa- it donec extinguatur, & pereat, ab ſamet eſſentia martiali pura & nitida, veneno illo vindicata, quæque vene- um ſuum facilius, & potentius extin- uit quam reliqua alia naturalia medi- amenta.

A veneno martiali pēdent morbi vterini.

Subſequitur gonorrhoea ſimile quæ ulieres perinde ac viros imo frequentius ffeſtat; fluit autem citra illam vene- s titillationem nec aſſiduo vt in vteri ıore ſed quibuſdam interuallis, non ab terna vteri capacitate ſed ex vaſis ſpar- aticis in vteri ceruicem labantibus de- uit idque quod fluit parum eſt album & roſum, omnis expers graueolentiæ, & :rimoniæ, & cauſa huius mali non eſt enerea labes de qua inferius dicemus ſed enenata aliqua qualitas martialis vt ſupra albo fluore, quæ etiam curatur ſimi- bus & præſcriptis antea remedijs.

Gonorrhoea virulenta permiſcetur uic gonorrhoeæ ſimplici & auget ma- ım & ſymptomata crudeliora ſunt & ıod excidit continenter & aſſiduo fluit.

& craſſius multo odore graui moleſtu acre & mendicans, & idcirco part adurit & vlcerat, ac proinde caro rep ritur ſine vlcere pudendi, & ſolet cur ri remedijs proprijs lui venereæ conu nientibus quæ infra recitabuntur, capi ſuo peculiari vlcera vero quæ in gono rhoea ſimplici vel virulenta contin ſolent curantur perfectiſſime eſſentia me curij vel arcinici, tanguntur ſolum hiſ eſſentijs & deinde aqua communi lauen tur & illinantur balſamo ſulphuris pu gato prius corpore antimoniali vel me curiali noſtra purgatione, vt impuritas ſaburra excrementorum peccantium ex purgetur & emungetur.

Tentatur etiam & affligitur vterus ſtr gulatu & ſuffocatione qua ſpiritus vita lis membrorum in vtero tanquam in cen tro deliteſcens veneno quodam excre mentitio menſtrualis ſanguinis affligatu & ſuffocetur, hinc defertur ad cor tanqu ad regium ſuum domicilium cum labe ill venenata vnde cor affligitur, & leui ſyn cope, & animi deliquio affligjtur cu nurmure rugituque ventris reſpiration breui cœteraque ex compreſſo pectore & diaphragmate metu tanto, ac deſpera tione tanta ægra concutitur vt ſe mox in terituram putet, quod ſpiritus veneni fauces illi vinculo quodam præſtringa

occludat hinc cerebrum tendit, & mẽ-
nas inquinat & furorem excitat cum
quietudine ſumma, garrulitate, riſu
fletu, & reliquis deſipientiæ generibus
is ſoporem tantum ac veternum indu-
, ſi ſpiritus ille venenatus narcoticus
& frigidæ naturæ, quo mulier cor-
ns velut attonita iacet, ſine motu ſi-
ſenſu vllo, ac reſpiratione adeo parua
nulla eſſe credatur, tanquam vere mor-
, & extincta videatur quibus omni-
ſymptomatibus medetur ſpiritus vi-
quia nihil potentius venenatam illam
guinis menſtrualis qualitatem corri-
& extinguit & cor ipſum roborat
m viui ſpiritus; ſal etiam vitrioli
d vomitum excitet & menſtrua pro-
et, ſummum eſt in ſuffocatione re-
lium, ſal etiam Iouis ſpecifi cum eſt
trangulatu medicamentum in aqua
iæ propinatum ad & his ſolis reme-
ſtrangulatas omnes mulieres; ad pri-
am ego ſanitatem reduci caduco etiã
gitur vterus, & epilectico inſultu
dependet etiam à veneno illo quod
um tendens cerebrum occupat, &
iti epilepſia ipſum affligit,

Spiritus ſiquidem cerebri tali vene- *Caducus v-teri quid & qualis*
uaſi extinguatur; & functionibus ſuis
etur, & motu conulſiuo tentantur
ii quaſi motu illo tremulo, venena-

tam illam auram excutere tentantes, variatur caducus matricis, & hiſſerice paſſionis inſultus ſeccundum varias huiuſce veneni qualitates & curantur hi inſultus omnes cuiuſcumque ſint generis purgatione antimoniali noſtra & mercuriali & roboratione vteri & ſpiritum vitalium, qui nullis alijs remedijs poſſunt fortius roborari, quam ſpiritu viui ambariſato & moſcato, aqua cinnamomi, tagma theriacali & cœleſti & imperiali; hæ enim omnes aquæ ſpiritu viui conſtant & ſpiritu plantarm qui naturali virtute vterum roborant, & ſic roborato ſpiritu vterino, facilius extinguitur & expellitur foras venenum illud, illos inſultus faciens & excitans,

Aſcenſus vteri & deſcenſus.

Aſcendit etiam vterus & mouetur verſum ventriculum & diaphragma premit quam par ſit, vnde dolor & pondus verſus illas partes, & etiam deſcendit & in infimas partes deuoluitur, & verſus illas dolores & pondera præter naturam excitat, quæ omnia ſymptomata ſpiritu viui euaneſcunt, & fotu mitigantur & potu pereunt venenum enim illud excitans hæc ſymptomata frigidum eſt quo circa facile euincitur ſpiritu viui, & calidis alijs remedijs, & vapore ficus cuti equinæ Prolapſus autem veteri deſcenſu granior eſt, quod euerſus vterus fora

ocidat eiuſque fundus promineat, fir
em ex vehementi pariendi conatu,
o vterus fœtum, ſecundumque ex clu-
is aliquando ſequatur, & ſe inuertens
ecipitet, ad locum ſuum naturalem
ien reducitur manu & fotu aſtringen-
bſymthia nepeta & artenifia in aceto
ctis, & deinde ne irerum procidat, præ-
dendum eſt os vteri pila aliqua filo
nſperſa, & cera liqnefacta vndiquaque
oluta & ſe ore occluſo pila illa, &
gmate fotus aſtringentis, veluti ca-
laſunte, refocillata parte impeditur
deincpe prolabatur vterus

Et hæc ſunt quæ de vteri affectibus
nda nobis erant quæ etſi pauca ſint
ien magna ſunt & vtiliſſima & ex-
ientia ipſa viuſquiſque facile expe-
tur.

De *artridide chyragra gonogra & podog*

Capvt I.

Artritis chyragra gonogra & poda gra nullo pacto eſſentialiter diffe dependent enim & fiunt hi morbi omn ab vna & eadem cauſa, & differunt ta tum ex differentia partium partes quas ficiunt diuerſæ ſunt & variæ, & ſecundu harum partium varietatem & diſtincti nem hi morbi etiam ſuſcipiunt aliqua differentiam, ſeu diſtinctionem locale nam dum cauſa materialis & eſſentia afficit brachia & artus dicitur artritis, dum vero afficit manus dicitur chyrag dum genua, datur gonogra dum ped datur podagra, ſed hæc omnia nauci ſu & parui momenti, ſcire oportet, vnc nam hic affectus oriatur & qua ratio & via fiat in corporibus humanis ha diſpoſitionem habentibus & deinde q via & metodo curari poſſit, radicitus, non amplius redeat.

Artritis chymagra gonogra & podogra quid ſint & vnde ſint.

Morbus hic dependet ab excremen ſalis balſamici qui in omnibus naturis nam dum edimus & comedimus varia diſtincta alimenta in ventriculo perc quuntur & in chylum conuertuntur, vi ſit prima reductio ciborum in prima

aſi materiam humanum in qua materia
periuntur tria rerum principia nota &
nibus potentia ſcilicet ſal mercurius
ſulphur quamuis alia duo etiam mihi
periantur ſcilicet terra & aqua , quæ
iamuis ſint quinque vnicam homoge-
am conſtiuunt ſubſiſtentiam nempe
ylũ ſeu ſubſtanitiã alimentoſam homini
itriendo & conſerando propriam cum
ibi balſamicum & fundamentale gene-
humani reperiatur, habet & excremen-
varia , ex quibus varia genera ſalium
creſcunt, quæ cum excrementa ſint ſa-
balſami, nos cõfuſionis euitandæ cauſa
genus vnum excrementutium ſalis
alſami referemus vt vnam etiam cauſam
orbi arbitri cognoſcamus , flocefacien-
differentias ſatis vitriolati aluminoſi ,
mmei vrticalis , & ſimiles differentias
uæ nihil proſunt niſi ad confundendum
itellectum quare tantum ſufficit ſalem
alſami cum & fundamentalem & radica-
m producere excrementa varia ex qui-
us varia artritidis genera producuntur,
uæ cum acria ſint & mordacia & cauſti-
ant , & perinde ſpiritum ſenſationis or-
anum harum partium luminant & mor-
ent vnde dolor in his partibus à ſale illo
cri & mordaci.

Vnde morbus artritis chyragra , go-
iogra , & podagra definiri poteſt , mor-

bus ſalis excrementitij à ſale balſamic
ſeparati , & in articulos & ſymoniam ha
rum partium demandati vbi lanciuat
mordet ſpiritum ſenſationis organum
partium , vnde dolor acerbus & crude
lis exoriri ſolet , dum ſal illud excremen
titium viget & floret , donec reſoluatu
vbique enim partium corporis humani f
coctio & digeſtio alimenti ibi demandat
& in illa digectione fit ſeparatio puri a
impuro, purum nutrit & conſeruat parte
& membra corporis humani : purum e
id ſolum quod reſultat ex reſolutione a
limentorum in principia eſſentialia& for
malia , impurum autem quod non eſt d
natura horum principiorum , itaque ſe
paratur,& amandatur foras, ſi foras exea
tunc ſanum eſt corpus , ſi maneat , mor
bos parit varios ſecundum varietatem &
diuerſitatem impuri illius excrementi
In morbo artoitico excrementum ſal
balſamici copioſum reperitur,nam excre
menta aliorum principiorum vt puta ſul
phuris mercurij aquæ & terræ,non faciũ
morbum artriticum vllo modo,ſed pariũ
alios morbos vt capitibus præcedentibu
cernere licet permiſcentur etiam hæc ex
menta ex principij & elementis primis ſe
parata & dum permiſcentur nouos & va
rios pariunt morbos ſecundum variam &
nouam excrementorum horum permix

ionem : dum enim ſal excrementitium ſalis balſamici permiſcetur excrementis aquoſus aquæ primordiatis, tunc temporis in articulis generantur dolores non valde acres ſed cum tumoribus indolentibus excrementa enim illa aquoſa, mitigant acrimoniam ſalis & leniunt dolorē ſed pariunt in tumorem œdematoſum & frigidum: ſi vero permiſceatur excrementum ſalis iſtius, cum excremento ſulphureo tunc dolor artriticus maior eſt, & acerbior, & cum inflammatione ſumma quia excrementa ſulphuris primordiatis inflammationes omnes, calores præter naturam producunt & hæc de dolore artritico dicta ſufficiant.

Cura autem omnis huiuſce doloris conſiſtit in re ſolutione conſumptione deſtructione & ablatione omnimoda huiuſce ſalis excrementij à ſale balſamico ſeparati & in articulos demandati : reſolutio autem huiuſce ſalis & omnimoda eius deſtructio poteſt fieri ſolo vnico medicamento. Quod tut ſſime reſoluit conſumit deſtruitque ſimul & ſemel hoc ſal & vocatur hoc medicamentum arcanum corallinum, & eſt mercurius ille rubei coloris fixus & ſudoricus qui aqua forti communi præparatur & ad rubedinem conducitur euaporata aqua forti & deinde oleo tartari roboratur & vltimo ſpiritu

Cura artritidis certa & tuta.

viui, vt aquæ fortis ſpiritus pereant & euaneſcant, fortis eſt hoc medicamentũ ſi aurum purum addatur in ſolutione prima, & deinde ambo edulcorentur, & oleo tartari & vltimo ſpiritu viui, hoc medicamentum, & cathartium eſt & ſudorificum & radices omnes morbi artatici radicitus euellit. Et potentius adhuc operatur ſi cum aqua vera mercurialis & aqua Philoſophica ſoluatur mercurius vna cum auro, & reducantur ambo cum aqua illa mercuriali & Philoſo phica in materiam eorum primam & originem deinde coquantur ambo in vltimam coctionem rubeam & perfectam, quæ uere eſt aurum Philoſophicum cum quo non ſolum artritis & lepra, ſed etiam omnes morbi tutiſſime & certiſſime curantur ſed cum non liceat tantum medicamentum docere cum Deo ſoli hoc debeatur, nos alia faciliora docebimus vt pote ſpiritum vitrioli qui ſingulis diebus ſumi debet ad dragmam ſemis in iuſculo ſummo mane, diaphoreticum etiam tartari ſummopere prodeſt, ad ʒb. aſſumptum in liquore conuenienti & idoneo, ſal armoniacum etiam ſepties ſublimatum eſt ſummum remedium, & aſſumptum & admotum ſuper partes affectas, intra aſſumitur ʒb. ad ʒj. cum aqua cardui benedicti & vlmariæ & ſudet æger per quinde-

cim dies iterata doſi.

Antimonium etiam ſummopere prodeſt & ſudorifice & cathartice præparatum & oleum inuiperi eſt etiam doloribus artriticis mitigandis ſummum arcanum partibus affectibus perunctum & applicatum ſed opotet vt ſit rectificatum multoties vt penetret doloris fundum. Oleum iniuperi artridis arcanum

De peſte & eius cauſis.

Cvpvt I.

DE peſte tractatum ſatis longum & amplum dedimus in lucem anno ſalutis 1638. in quo peculiaria diximus hic autem compendium ſolum de peſte agemus & quod ibi fuſe diximus hic compendioſe narrabimus. Peſtis ergo cum ſit ſingulare flagellum Dei & preſſura & contagio hominum propter peccatum: inuiſibilis eſt enſentiæ ſpiritualis & tenuiſſima ſubſtantiæ nullo ex excremento interno humano ortum ducens, ſed immediate à Deo irato aut ex ſpiritu fracido, corruptionis elementaris maligno venenato proueniens, qua quidem frigidus malignus & peſtilens, veneno ſuo templis inuiſibile & ſpirituali nutrimentum inficit tum ſptrituale tum corporale ſi corporale inficiat multi ſalui

fiunt & præſeruantur ab hac peſte, ſi vero ſpiritus inficiatur humanus ab hoc genere peſtis difficillimum eſt præſeruari niſi potentiſſimis nature arcanis & ſolo vitali balſamo quod reperitur in ſale vniuerſali natura totius balſamo & fundamento, puro & perfecto cocto & cum ſuo ſpiritu & anima in eo ſolo latitantibus vnito ita vt hæc tria vnum fiant purum & mundanorum omnium perfectiſſimum hoc ſolum medicamentum ſuperius etiam capite de artritidis declaratum curat perfectiſſime peſtem naturalem ex ſpiritibus malignis corruptionis prouenientem, nam ſi ex Deo trato ortum habeat ſolis precibus ad Deum fuſis ſolet curari.

Peſtis eſt contagioſa & quare.

Contagioſa eſt omnis cum eius cauſa ſit ſpiritualis quæ facile communicatur & per aerem facili via diſpergitur vnde ad nos & ad animalia quæque facile peruenit ſpiritus noſtros facile inficiendo & humorem alimentitium quo nutrimur & conſeruamur: nam aer eſt vehiculum ipſius ſpiritus fracidi maligni & peſtilentis aere ſine viuere non poſſumus, & ſi aer ſit veneno peſtilenti infectus per aerem nobis facile communicatur, & vitam noſtram ſeu ſubſtantiam qua viuimus inficit & contaminat. & ſic ſerpit vbique peſtis, nec exiſtimandum eſt, aerem ſeu venenum peſtilens in aere latens corrigi

poſſe, niſi difficili admodum via quia oportet vt venenum illud ſpirituale inuiſibile vincatur ab alio ſpiritu potẽtiori, qui admodum difficilis eſt repertu nihilominus tamen reperiuntur ſpiritus & fumoſæ ſubſtantiæ quæ aerem optime corrigunt & venenata qualitate ſpoliãt vt in iratione & præſeruatione peſtis inferius videbitur: faciliori enim via præſeruamur à peſte, quam ea infeſti ab ea curamur, cum venenum peſtilens exterius facilius vincatur, quam interius.

Hinc variæ ac multum difficiles poſſunt exoriri quæſtiones an hinc ſpiritus fracidus & mucore quodam peculiari venenato infectus peſtiferus ex ſolis cauſis naturalibus & inferioribus elementaribus poſſit exoriri & naſci non cooperante cœlo, nam antiquibus ratum eſt peſtem ex cœlo oriri, nam ex coniunctione quarũdam ſtellarum & planetarum portenditur peſtis & præſagitur, ergo ſi tales influentiæ & radij cœleſtes præſagiant peſtem conferunt aliquid imo fere totum ad productionem peſtis, cum inferiora nihil agant nec agere poſſunt hinc cooperante cœlo.

Ad hoc reſpondemus cum coelum ſit incorruptibile & nihil ex eo defluat, in hæc inferiora, niſi vitale ſit & prorſus ſalutiferum, nihil mortis ex cœlo eſt; An peſtis eſſe poſſit ex cœlo.

nec morbi hoc ſolum dependet ex corruptione inferiorum elementorum; non ſuperiorum radij cœleſte omnes vitales, ſunt ſalutifieri æque ſolis, ac ſaturni & martij & ſcorpionis : ſaturnus mare ſcorpio hyades pleiades;& reliqui omnes radij, hinc efluunt in hæc inferiora, non ſunt ad mortem & morbos ſed ſunt ad vitam & ſalutem miſſi, ſi tamen detur mors & morbus, non inde oritur : ſed ex corruptione peculiari inferiorum elementorum, ſi contrarium aſſerui in tractatu peculiari meo de peſte, hoc falſum eſt, & contrarium iam aſſero ſi tamen cœli præſagiant peſtem non hoc agunt tanquam cauſæ materiales & efficiciente s; ſed tanquam ſigna, mutant enim tempora, & mutationes temporum deinde pariunt morbos : inferiora enim elementa ex mutatione cœlorum mutant ſe inuicem non quod hæc mutatio dependeat, tamquam ex cauſis efficienti mutatione influxus cœli, nam hyems noſtra verbi gratia non dependet ex influxibus & radijs cœleſtibus qui ſunt tempore hyemis dum ſol graditur ex capricorno ad cancrum, quia multi dies tempore hiemis reperiuntur æque calidi, & feruentes ac in æſtate, ſed hyems fit, tunc temporis quod elementa inferiora, ſole à nobis longius diſtante fortius agant in

ıerem, & meteora frigidiora mittant in pſum aerem vnde frigus & pluuiæ &, eliqua hyemis meteora, & eſtas noſtra it non quod ſol ad nos proprius accedat lum à cancro ad capricornum accedit, ſed juod tunc temporis elementa inferiora ortius agant exhalationes & vapores caidos & ſeruentes mittendo, in aera quæ unc temporis caleſcunt ex vaporibus & xhalationibus calidiſſimis ex elementis ıferioribus in aera miſſis, vt tempore yemis frigeſcunt aera in vaporibus fridis in aera miſſis: ſed ſi mittantur temore hyemis vapores calidi in aera, vt ſæe mittuntur, tunc temporis caleſcant li dies: vt in æſtate frigeſcunt ſi frigidi humidi mittantur in aera vapores, quod ariſimum eſt ipſamet experientia.

Cœli ergo non agunt in peſte produenda, ſed eſſentialis & materialis cauſa eſtis eſt ſpiritus fracidus & mucore peuliari infertus, qui ex corruptione pecuari oritur in elementis inferioribus, quæ um corrumpuntur peculiari fracedine mucore, ſpiritum exhalant fracidum mundum venenatam & abſolutam caum materialem & efficientem ipſius peſtis odo ſpiritus noſter quo viuimus eo ucore & fracidine inficiatur vt capite quenti clarius docebitur, Cauſa peſtis quæ ſit.

Qua ratione peſtiferus ille ſracidus ſpiritus producatur ex corruptione rerum infernarum.

CAPVT II.

Corruptio in inferioribus rebus omnibus ſolet fieri calore & humiditate, vbicumque calor agit in humiditat elementarem vbi impura ſunt element excrementis mucoſis & viſcidis delibut ibi fit corruptio, in quam ſi ſuperueniat mucor aut fracedo quædam mucor & fracedo degenerant ex ſua natura in venenu quoddam ſpirituoſum & ſubtile vald vitæ noſtræ inimicum, quod ſua ſubtilitate facile exhalat & aerem contamina hinc animalia & præſertim homo, aer indigentia vt ſpiritum vitæ refocillen & reſtaurent aerem illum hauriunt no ſolum inſpiratione ſua ſed & per poro corporis aer ille intrat, vt refocillet vitales animalium ſpiritus quod ſi talis ae fracedine illa & mucore veneriato inficiatur ſtãtim & illicò inficiuntur & ſpiritu vitales noſtri, tali veneriato mucore. Vnde ſi ad ventriculum primo perueniat ill aer tali mucore & ſpiritu fracido infectu ſpiritus ventriculi vitæ ipſius & functionum

ım vitalium œconomus & miniſter, tali ɔſte intus admiſſo pauet ac terret ſumopere & ſtatum laxatis vitæ noſtræ ha:nis ad peculiare ſuum vitæ refugium & ropugna culum aufugit vnde vētirculus omitu & nauſea inſigni & inexpugnaili vexatut, & dolor ſummus capitis adt quia cerebrum etiam vna cum ventriulo ſimili hoſte agrediuntur, & hinc tots & vniuerſus vitæ noſtræ ſpiritus tenıtur aggreditur & afficitur vnde ſcandeſit & iraſcitur, & febris illico adeſt & feret totum corpus, quia ſpiritus vitæ noræ vt talem hoſtem & inimicum agrediaır calorem auget ſuum gradu quo poteſt vt his armis ſpiritum illum venenatū ɔris expellere poteſt, hinc fiunt doloes emuctorij antraces vibices & maulæ nigræ rubræ & violaceæ per totum orpus, quia ſpiritus noſter vitæ noſtræ œconomus per calorem ſuum auctum ad utem tanquam ad cloacam corporis illa veneni inſignis amandatur vt reliqua in:eriora viſcera nobıliora præſeruet, doıec tandem vincat hoſtem aut vincatur ıb hoſte, & hinc ſanitas aut mors ſubſequitur.

Vomitus in peſte vnde ſit & nauſea.

Vnde colligere poſſumus in caſtris & caſtaimetationibus omnibus peſtem facili via generari eo quod caſtrorum duces negligant mortuos milites naturali morte

vel alio caſu peremptos, longius à caſtri ſepeteridos curare & excrementa omni caſtrorum longiſſime & caſtris adferri ex quibus omnibus exhalat fracida mē phitis & mucor radicibus qui facili vi induit peſtiferam luem ex qua deinde cō taminatur aer, & ab aere ſic infecto infi citur & noſter vitalis ſpiritus & ſic pro pagatur & producitur peſtis & cauſis ex ternis at ſæpe ſæpius in intimis noſtri cor poris viſceribus & thalamis producitu peſtis nec ſēper ex cauſis exterius & intu ſerpentibus producitur: vt quando verb gratia aliquis ſanus nec vllo pacto à peſt infectus audit peſtem graſſari per aliquan regionem longiſſime à ſe diſtantem in ea que parentes & proximos ſuos audit peſt affectos & peremptos, tunc temporis ipſ ſanus imaginatur peſtem & ex imagin illa timet & terret ſpiritus ſuos & exterri ſico peſtis conceptu, in excrementis ſu corporis intus latitantibus producitur ſpiritus fracidus & mucoſus, qui tunc temporis facili via eſſentiam peſtis induit, nam putredo quæuis ex imagine peſtis & conceptione illius facile quæ ſuper ſunt ad peſtem perficiendam acquirit, & ſic incipit peſtis in intimis noſtri corporis thalamis, imaginamus peſtem & non ſolam ſimplici phantaſmate concepimus

Peſtis ex imaginatione.

ſtem , ſed cum timore & pauore appre-
ndimus vnde ex timido illo conceptu
rret ſpiritus & timor incutitur ſpiritui,
ſic ſpiritus terrefactus valde debilis eſt,
c valet ad præſeruanda excrementa cor-
ris ne ad viam corruptionis inſequem
aſcant , vnde corrumpuntur magis ac
gis & ab ſpiritu vitali derelinquuntur
ſit tandem fracedinem illam veneno-
n & peſtiferam acquirunt & ſic peſtis in
bis primordialiter exoritur ex. peculiari
ruptione excrementorum ex ſubſtan-
vitali ſeparatorum ex imagine terrifi-
pſius peſtis quæ ſpiritum noſtrum a-
ditur & debilem reddit ita vt facilis pa-
t aditus fracido illi ſpiritui qui corrup-
nes omnes facile inſequitur & hinc pe-
ferus exoritur ſpiritus.

De præſeruatione peſtis.

Capvt III.

POtiſſima peſtis præſeruatio conſiſtit i mutatione loci, ſed hic locus aut ſũma prudentia eſt eligendus, & cum conſi lio prudentis medici nam ſi exalatio & va por peculiaris fracidus & peſtilens ex lo co & prouincia aliqua exhalet & ſurſu feratur hanc prouinciam peſte affecta inficiat videndum eſt & perpendendũ qu vſque ſe extenda illa exhalatio malign peſtilens & fracidat,& petendus eſt locu vbi dominatur benignior ex halatio p tiſſimum vapores benigni & dulcis vent dulcis concomitatis & talis petend eſt locus at nonnulli: mutant quidem lo cum & petunt locum alium vbi adhu crudelior & peior eſt ex halatio & vap res maligniores & hoc non eſt mutare lo cum ſed in eodem perſiſtere antiqui cu de mutatione loci loquti ſunt in tellexer de mutatione loci, vbi vapores & ſpirit peſtilentes non dominantur, vnde lon abi, & cito & tarde redi dixerunt & ha eſt vera, & vtilis mutatio loci pro præ ſeruatione peſtis.

Præter mutationem loci, præſeruant

eſte primo ſulphur antimonij ſudorificis uod alias dicitur cinabrum antimonij ex ıercurio & ſulphure actimonij compoſiım hoc ſulphur ad ʒ j. aſſumptum cum j. aquæ vlmariæ vel cardui benedicti reſeruat à peſte ſudando per tres aut uatuor horas, ab ipſius aſſumptione & otu, ſecundo præſeruat à peſte puluis æmeticus ter in menſe aſſumptus & mer- urio deinde ſudoriſico pellendus eſt foıs, ſpiritus venenatus & peſtilens, qui oſtrum ſpiritum inficit: eſſentiæ etiam ınguinis cerui & cicomæ ſunt arcana ræſeruandæ peſtis: ſulphur etiam ſubliıatum cum mirrha & alos hepatico peruixtum præſeruat à peſte. Præſeruant iam à peſte & corrigunt aerem fumigia quentia ℞ ſulphuris lib. 1. pius & ſal ı lib. thurus ℥iij. mirrhæ ℥ij. aſſæfreliæ ℥j. bulſami ſulphuris ſpiritu therebenınæ compoſiti ʒij. maſie fiet paſtæ de qua r in die mane meridis & veſpere fiat ſuıigium ſuper carbones ardentes parum e ipſa ponendam per totam domum, & ubicula, ipſius & ſic extinguitur veneum peſtilens quod aeri latet cum hæc mnia fracedinem & mucorem auertant rœſeruet ſulphur & pix vna cum ſale, ræſeruat etiam ſummopere à peſte quoidie ſudando in hypocauſto aut ſaltem r in hebdomada, cum igne ſequenti ℞

Medicamẽta prȩſeruãtur à peſte.

carabes ſeu ſucciui albi ℥j. thurie & mi
rhæ an ʒß. ſpiritus viui optimi lib. pona
tur hæc omnia tria, in vaſe fictili cu
ſpiritu viui & accendatur ſpiritus, & in
cludatur hic ignis & flamma in hypocau
ſto, & maneat ibi per horam præſeruan
dus à peſte vna cum ſuis veſtimentis & ſ
ipſe & ſua veſtimenta vindicantur à vene
no peſtilenti & tutus eſt tunc tempor
ab omni peſte, & iterandus hic ſudore
ter in hepdomada contra vero peſtem a
irato Deo non eſt clypeus in natura fo
tis & potens, niſi preces & elemoſinæ

Bezoarticum etiam animale ex bufon
paratum ſummum eſt in peſte præſerua
tium, & curatium ſumitur bufforecens
viuus & cum ſale petra calcinatur æqua
in pondere, calcinatum, & puluis hin
reſultans datur beboarticum atidotũ ani
male ex bufone ſed adhuc in bufone viu
latitant arcana maiora pro curanda & præ
ſeruanda peſte, vt in curatione narrab
tur.

Medicamẽta quæ prę-ſeruant à peſte.

Viuum picatum ſalitum & ſalphuratu
ſummopere à peſte præſeruant bibend
ordinarie in paſtibus ex illo viuo: ſpiritu
ſalis etiam præſeruat à peſte & illa omn
quæ proprietate naturali præſeruantur
putredine, & incorrupta manent vnd
ſal munerale vniuerſale totius natur
quod putredinem arcet ex omnibus natu

e rebus, & eſt balſamum rerum omniũ
ſt ſummum arcanum præſeruandæ peſtis
nodo purum fiat & præparetur ad rube-
inem ſummum & ſpiritui ſuo acido vnia-
ur inſeparabiliter.

De curatione peſtis.

Capvt IV.

Eſtis admodum curatu eſt difficilis, cum ſpirius ille peſtilens na ura & efficiens cauſa peſtis, fortis admodum ſit potens ita vt inuiſibilis modo, & ſpiriali gladionos aggredietur itaque; non iſtimandum eſt reperiri poſſe, in natura, aterialia & corporea medicamenta, quiis euinci poſſit, & domari tanta lues, virus peſtilens ad ſubſtantias ſpirituos recurrendum eſt, ſola chymia potens & diues, in inueniendis hiſce medicamentis, quod ſola hæc ars ſua methodo, lgarijs arinis & inſtrumentis omnia naralia medicamenta ad ſpiritualem redu: & corpore craſſo ſpoliat.

Curatur ergo peſtis tutiſſime citiſſime iucundiſſime ſolo balſamo generali ex e vniuerſali elicito, quod ſi ab omnis excrementis ſuis quibus ſcatet expotur, & purum & nitidum ſuum corpus ro & nitida ſuo ſpiritui ſepties diſtilla-

to, copuletur & ita coctione continua &
perenni coquatur ita vt duo vnum fian
purum & mundum incorruptibile & inſe
parabile, hoc ſolum arcanum quod in na
tura latet certiſſimum eſt tutiſſimum a
iucundiſſimum curandæ peſtis arcanu
& hoc deuincitur ſpiritus ille fracidu
mortifier ac lethalis, ſuſcipienda ſun
grana quatuor huiuſce balſami cum vin
generoſo & ſemel tantum in dies ad cu
randam peſtem: ſudat ſtatim æger & pe
diaphoreſim & inſenſibilem tranſpiratio
nem foras eijcitur ſpiritus ille peſtilens
refocilatur ſpiritus humanus & aliorum
omnium animalium tanto robore vt ſu
ficientes omnino vires rumperet, vt ho
ſtem atrotiſſimum vincat & debellet,
ſolo etiam vſu tanti balſami, præſerua
tur tutiſſime ab omni peſte, qui eo vtu
tur, etſi peſte infectos ſeruiant & viſite
& cum ipſius permaneant.

Huic, & tanto medicamento ſucced
buffo recens & viuus, menſe iunio ca
tus poſt meridiem ſuſpendẽdus eſt pertr
duũ pedibus inferioribus filo aligatus co
igne lento ſuppoſita patella cerea vt tan
in illa ſupẽſione triduana vomat bufo, ter
quã ſingulis diebus comedit & muſcas v
rides & deauratas id omnes ſcilicet terr
illud excrementum quod buffo in illa ſu
penſione vomit vna cum muſcis illis vir

,ſuſcipiendum eſt, & vna cum buf-
exicato, & in puluerem reducto,
iſcendum, & cum gummi tragacā
cardui benedicti diſſoluto, con-
dum eſt, & permiſcendum, & in
iſcos minutiſſimos redigendum
ere aurum vnus & peſte affectis
di ſunt trijchiſci pro amuleto &
gendi vlceribus peſtilentibus tutiſ-
curantur, affecta, & præſeruantur
ab ea, buffo vnus ſatis magnus
t ad curandos peſte affectos qua-
nta millia, quod mirum eſt,& in na-
tupendum arcanum buffo eſt in na-
verum & certum curandæ peſtis hie-
ficum & certiſſimum præſeruatiuū
ſuſpendatur in aſpectu noſtro & ſi
r eius creſcat & odium ſuum natu-
nos & ſic ſit toxicum ſummum ſuc-
n flauum candens & radians, eſt
curandæ peſtis, & præſeruandæ
ium & ſecretum tutiſſimum, ſi ſæpe
e hæmunctoria fricentur ipſo ſucci-
onec incaleſcat ſuccinum & eſt verū
aculum & amuletum fugiendæ pe-
i geſtetur eius eſſentia etiam ſummo-
prodeſt in profliganda peſte, & ſi
tu vini rectificati diſſoluitur ſuccinū
diſſolutio maxime prodeſt tum in-
tione tum in præſeruatione peſtis hęc
ia medicamenta aſſumenda ſunt, &

prouocandus eſt ſudor ab eorum a[illegible] ptione, vt ſi quid intus veneni eſt [illegible] ras per ſudores eijciatur & ſic ciura[illegible] cathartica medicamēta cuiuſcumqu[illegible] generis vix proſunt in profliganda p[illegible] quia eius cauſa materialis & efficien[illegible] ſpiritualis floccipendēs virtutem ca[illegible] ticam omnem itaque conſulo peſti[illegible] temporibus, peſte affectis aut ab ipſa j[illegible] ſeruandis vt multis catharticis ſeu [illegible] gantibus medicamentis vtantur, ni[illegible] excrementa corporis humani foras e[illegible] antur quæ ſunt peſtis fotus & fermen[illegible] & ſolo antimonio præparato vtant[illegible] mercurio vitali his enim ſolis medica[illegible] tis latitata exiterum peſtis quo euinc[illegible] ſpiritus ille peſtifer fracidus & mu[illegible] ſus.

Notandum eſt in amuleto & penta[illegible] bufonis præparando, buffones eſſe c[illegible] endos menſe iunio poſt meridiem dec[illegible] cente Luna vetereſque bufones eſſe [illegible] liores quia in nos maius odium cōcip[illegible] & maiorem terrorem concipiūt ex no[illegible] aſpectu quam iuniores & ideo irrita[illegible] ſunt & pro focum ſuſpendēdi ſunt p[illegible] bus inferioribus & poſtremis filo alli[illegible] vt in illa ſuſpenſione præterrore & ci[illegible] moriantur & dum moriuntur vom[illegible] terram quam ſingulis diebus comedū[illegible] vermiculos ex terrore & odio parto[illegible]

roductos eijciunt & perinde patella ce-
ra flaua ſupponenda eſt vt uermiculi illi
uiſcentur & capiantur cera igne leui e-
mollita, & ex his omnibus vna cum cor-
pore bufonis emortuo & ex ſiccato ac in
puluerem redacto vna cum pattella cerea
appoſita, amuleta & pentacula ſunt cō-
ficienda. quæ non ſolum geſtatione ſuper
manum ſiniſtram proſunt, ad præſerua-
tionem peſtis, ſed & aſtrictione ſua ſuper
ulcera peſtilentia & appoſitione ad cu-
rationem citiſſimam & tutiſſimam.

Vna inuerſâ peſti arcanũ

Inter vegetantia datur vna inuerſa quę
recens contundatur & applicetur ter re-
petita ſuper bulomes & antraces venenũ
mirifice extrahit, & ſuffocat & in agone
conſtitutis reſtituit.

Hyacinthus etiam ſmaragdus ſaphy-
rus corallum & aurum habent ſummam
vim extrahendi veneni peſtilentis ſed ſi
ad eſſentiam redigantur cum ſpiritu acido
ſalis generalis, & dulcomentur deinde
cum ſpiritu viuo vlchoolifato, miranda
ſunt & ſtupenda arcana curandæ & præ-
ſeruandæ peſtis tum admota tum aſſump-
ta, ad granorum quorumdam quantita-
tem, in iuſculis aut aquis appropriatis ſu-
dorificis & roborantibus tunc enim robo-
ratus Archeus noſter ſeu ſpiritus vitalis
hiſce arcanis & myſterijs potentiſſime a-
git in expellendo ueneno peſtilenti & hæc

eſt certiſſima tutiſſima & iucundiſſima pe
ſtis cura & medela,

De lepra & eius ſpeciebus cauſis & ſignis

Capvt. I.

Lepra antiquitus fuit penitus ignor
non quod homines antiqui nullo pa
cto fuerint lepra affecti, ſed quod eius ini
tia cauſas primordiales penitus ignora
uerint antiqui nec Hyppocrates & nimi
adhuc Galenus & turba omnium arabun
lepram ex cauſa ſua primordiali ſciuerun
ſed eam penitus ignorarunt, & perinde in
curabilem ipſam fecerunt quod ſi curato
referat Galenus leproſos, non fuerunt ve
ri leproſi, ſed ſcabioſi nonnulli, ac viti
liginoſi: docet Galenus multis in loci
leprum ex atra bile ortum ducere, & e
humore craſſo & viſcoſo acri & mordaci
quod falciſſimum eſt cum atra bilis leda
tur in corpore quocumque modo corrum
patur non parit inſenſibilitatem in cut
vt ſunt leproſi omnes eſt ergo alia cauſ
lepræ, quam atra bilis & craſſus humo
alioquin omnes leproſi fere eſſemus ſ
excrementa craſſa & viſcoſa & bilioſa hu
moris alimentij lepram producerent om

s enim abundamus hiſce excrementis ſi
urentur ſi humores in corpore.

At lepra eſt ex veneno peculiari cor-
ptione in corpore producto, auodyno
on quidem ſoporatiuo ſed glaciali mor-
ficante & ſpiritum vitalem inficiente &
erinde contagioſo, in regione potiſſimũ
ruida ac ſudorifera, vbi venenum illud
uodynum mortificans & glaciale exhalat
er poros corporis, & ſic alios ſanos infi-
t, cum ſpiritus vitalis facili negotio au-
infecta leproſo ſpiritu, ſuſcepta con-
minetur generatur & producitur ex cor-
ptione peculiari inſigni & venenata
xcrementorum liquoris alimentitij: ex
ua peculiari corruptione inſigni produ-
tur aura venenata mortificans glacialis
alde frigida: & conſtrictiua, quæ ab
piritu vitali tanquam illi ſummopere no-
ia, ad cutem & ſuperficiem corporis a-
nandatur ibique vlcera ſcabioſa ſicca &
rida producit & inſeſibilitatem parit in
adem cute, ſaluo & integro motu mem-
rorum, eoque ſpiritus vitalis ipſius cutis
b ipſo veneno leproſo glaciatur & mor-
ificatur omnino, ita vt non ſentiat exe-
ionem & vlcerationem ipſius cutis in ip-
amet cute factam ab ipſo veneno leproſo
glaciali auodyno & mortificante. Vt enim
rigus externum glaciale partes noſtri cor-
oris externas mortificat & inſenſibiles

Vlcera in lepra vnde ſint.

reddit, ſic venenum illud leproſum it frigidum eſt & glaciale vt mortificet partes & inſenſibiles reddat, perinde vocamus ipſum venenum auodynum quod partes reddat inſenſibiles & ſine vllo dolore.

Vel producitur de foris per contagium contagioſum enim eſt venenũ illud propter ſubtilitatem ſuam & tenuitatem exhalat enim & euaporat & ſua euaporatione ſpiritum vitalem ſanorum per contagium inficit, & ſua labe mortificante & anodi-ua ac glaciali contaminat, vnde ſtatim in cute producuntur ſcabioſa vlcera ſicca, & arida inſenſibilia furfurea ſquamoſa & alba, ac ſubliuida, terram memphyrim olentia, tanquam ab inſigni corruptione prodeuntia.

Galenus diuidit lepram in elephantiaſim pſoram aloperiam morphæa ophyoſim vitiliginem bentiginem quæ omnes ſpecies differunt quidam ab ipſa lepra ſecundum magis & minus & ſecundũ quod participant ex ipſo veneno leproſo glaciali mortificante & anodyno;neque pſoru iphyoſis morphæa & vloperia vitiligo, & lutigo ſunt ſpecies lepræ. Qua non habent eſſe ab ipſo veneno glaciam auodyno & glaciali, & mortificante quia in his affectibus non perit ſenſus quod eſt ſignum putognomomicum ipſius lepræ,

ſolum pendent hi affectus, ex excre-crementis frigidis quæ aliquem ſtupo-n in cute pariunt at non omnimodam ſenſibilitatem vt in vera elephantiſi & lepra.

De curatione lepræ.

Capvt II.

Lepræ curatio.

CVratio lepræ vere fuit incurabillis aput antiquos & adhuc difficilis ad-odum curata eſt, cum non reperiantur nalia medicamentum quæ valeant tan-n virus leproſum domare & euincere, n enim caro ſerpentis viperæ & aliorũ nium ſerpentum ſufficiens eſt ad curã-n lepram oportet enim vt regeneretur roſis & tranſmutetur ab hoc ſtatu in am omnino huic contrarium & oppoſi-n, quod non poteſt fieri ſine myſterio gno & arcano in natura latente vene-m enim illud leproſum glaciale & mor-cans nihil naturale poteſt domare & ncere mihi ſal illud generale ad ſum-m præparationem deuectum, illud ſo-n ſuo innato calore frigus illud glacia-venenoſum euincat & euincit. Quod ſi rum f. diſſoluatur in illo ſalimo ſpiritu coquantur ambo citius ad perfectionẽ coctionem perfectam deueniunt & le-

pram vere curant: dicunt etiam aquam mercurij dulcem & perfecte dulcoratam curare poſſe lepram ſed non credo qui non latet tanta vis in mercurio communi & vulgari, quia in eo nulla latet regenerandi virtus & energia, imo ipſa mercurius communis & vulgaris meretur regenerari vt à lepra ſua vindicetur, eſt enim valde imperfectus & leproſus ipſe mercurius & perinde regenerare non poteſt, nostram ſubſtantiam tanto veneno contaminatam reſtaurare perinde non ip collocanda eſt ſpes ſalutis ipſius lepræ quid ſpei reluceat in curatione lepræ a ipſo mercurio id debetur mercurio Philoſophorum & non communi & vulgari mercurio, at mercurius Philoſophorum eſt ſal illud generale ex quo ortum duc animalia vegetabilia & mineralia cunct vnde dicitur mercurius noſter eſt animalis vegetabilis & mineralis quia eſt ve radix rerum omnium in eo latet vera r generatio rerum omnium non ſolum metallorum ſed & vegetabilium & animal omnium, vnde lepræ vera cura. In arcano corallino hoc eſt in mercurio communi aqua forti præparato & præcipitato, oleo tartari ſuperinfuſo, & eo modo ſpiritibus aquæ fortis vindicato & vltim ſpiritu vini dulcificato latet arcanum pu gandæ lepræ non omnino ſanandæ. Qu

Mercurius Philoſophorum quid & quale ſit.

ſca

la purgatione conſolantur , ſal auri & genti etiam ſunt medicamenta ſolantia pram & ſal coralli & margaritarum, illa nnia proſunt ſummopere leproſis at mmum & ſupremum arcanum curandæ præ latet , in arcano ſupremo naturæ , c eſt in auro & in ſale fuſibili & fixo turæ eo ipſo ſolo curatur lepra. Eo ab- nte & deficiente lepra eſt incurabilis niſi lis ad Deum votibus & precibus : vſus mmunis& quotidianus ſpiritus vini ex anis inuiperi extracti ani meliſſa infuſa ſummopere etiam confert.

De lue venerea & de eius ſignis & cauſis.

Capvt I.

Ves venerea Galeno & Hyppocrati & omnibus alijs antiquis medicis tum æcis & arabibus fuit ignota quod tum nporis non fuerit tanta ſcortarorum li- lo effrena & intemperata nam ego non am originem huiuſce luis exiſtimo, quã emperans & frequens libido homi- m , in cuius multam & fœnum & ſup- icium orta eſt tanta lues & corporis la- s. Peccata enim hominum morborum nnium catenam fecerunt & perinde no- m peccatum , nouum morbum induxit

ſunt qui originem huiuſce luis ex mul
menſtrua patiente & cum homine c
cumbente duxerunt alij vero ex br
equino vlcera patiente farſim vulgo n
cupato morbo originem fecerunt. At qu
quid ſit eſt corruptio ſumma liquoris
mentitij totius corporis vnde vlcera c
rodentia & cancroſa perueniunt & tu
res varij & dolore per totum corpus g
ues & acerbi ortum ducunt à quibus ſp
tus vitalis partium ſanitatis œconor
multa patitur. Vnde definire poſſur
luem veneream : morbum contagioſ
ex veneno mordaci purulento & putre
ciente ortum ducentem & liquorum a
mentitium omnium partium inficient
vnde ſymptomata varia originem hab
vnde dolores varij tumores & vlcera q
peculiarem curationem exigunt & exp
ſtulant, dolores peculiariter ingraueſcu
tempore noctis, die uero non ita acer
ores ſunt hoc ſolo ſigno dignoſcuntur d
lores venerei ab artriticis doloribus & u
cera etiam calorem ſubliuidum & plu
beum peculiarem habent quo dignoſcu
tur ab alijs vlceribus & peculiari eti
alexipharmaco curantur non poſſũt en
curari hæc vlcera ſimilibus & hiſdem r
medijs ac curantur communis vlcer
requiruntque alexiteria . vt in curatio
particulari clarius demonſtrabitur ca

Luis venerea quid ſit.

go materialis huiuſce morbi eſt corrup-
o inſignis & venenata totius liquoris ali-
ientitij vnde corrupto liquore alimenti-
o vitalis ſpiritus afficitur ſcandeſcit enim
iraſcitur & tali inimico potenti & forti
nde febres lentæ oriuntur & reliqua om-
ia ſymptomata quæ in lue venerea ſolēt
ontingere, variaque ſunt & diuerſa quod
uerſas partes ac diſtinctas corruptio illa
ficit ſua labe, ſi nerui tendines & per-
ſtia oſſium afficiantur hinc dolores & to-
hi fiunt ſi vero carnes & cutis ſuperficia-
a corporis afficiantur in his producun- Symptomata luis venereæ.
ır puſtulæ & tubernacula vlcera depaſ-
entia ac corrodentia ſi vero ipſa oſſa eo
eneno contabeſcant gingiuæ, dentes, &
palatum ea lue polluantur in ipſis par-
bus vlcera putrida & fœtida eaque cor-
odentia fiunt, hinc vox corrumpitur dē-
s liueſcunt & decidunt vna cum maxil-
s, ſi caput tali tabe inficiatur pili deci-
unt & cranium ipſum carie afficitur &
orrumpitur & cephalalgiæ atroces &
nmanes ortum habent quæ omnia ſymp-
omata nullis cedunt remedijs quam par-
cularibus, ſudorificis & purgatiuis ale-
ipharmacis quibuſdam vt ſequenti me-
hodo fit manifeſtum.

Cura luis venerea.

CAPVT II.

CVratio hdiuſce luis, multo tempo[…] ac diutiſſime remanſit incognita i[…] vt eluderet omnia medicamenta commu[…]nia & vulgaria, tandem deuenerunt a[…] alixiteria medicamenta & quod vſus vſi[…] vulgaris exhibere & propinare ſumma c[…] pertinacitate uetabat neceſſitas tande[…] præualuit, & dedit ingenium & audaci[…] vt ad mercurium ſeu argentum viuu[…] conuolarent eiuſque ſolius linctu & peru[…]ctione ſolatium quoddam non abſoluta[…] curam adepti ſunt tandem ſuperuenit A[…]chymia quæ mercurium ſuis occultis [&] ſecretis præparationibus præparauit & [in] oleum dulce conuertit & eo ſolo tum a[…] ſumpto, tum admoto abſolutam & pe[r]fectam dedit luis venereæ curam, merc[u]rius etiam vitæ, eſt abſoluta huiuſce lu[is] cura ſumitur ad grana octo in fortiorib[us] cum conſerua roſarum per octo aut ſ[…] dies repetita doſi, & ſic tollitur cauſa m[a]terialis huiuſce corruptionis, oleum a[r]cenici eius vlcera maligna & cancr[…] ſola perunctione deinde ſolo ſimplici b[al]ſamo ſulphuris ad cicatricem laudat[…] perducuntur.

Oleum arcenici vlcera eurat veneris.

)leum etiam ſeu ſpiritus flamis fuliginis
ui per ſimplicem in retorta lutata diſtil-
itionem elicitur curat perfectiſſime deſ-
eratam hanc luem veneream facillimum
erte medicamentum & vulgare, quod
bique locorum reperiatur materia facien-
i hoc medicamentum benignus Deus &
iſericors valde qui tandem reuolauit
ontra hoc deforme malum quod pecca-
ım & libido in genus humanum induxit
ntum medicamentum.

Sudorifica omnia ſummopere proſunt
uod liquorem alimentitium rectificent
inter alia ſunt potiſſimum ſudorificum
uis & antimonij quæ quidem ſudorifica
tecellunt ſudorifica vegentantium om-
ium potiſſimum gaiaci & ſalſæ parillæ
radicis chymiæ & buxi quæ quidem
roſunt ſed non æquali in virtute & ener-
ia ac ſudorifica hæc quæ ex Ioue & an-
monio eliceantur ſequenti modo, hæc
oceo in gratiam miſerorum horum ægro-
ntium.

Sudorifici Iouis deſcriptio & compAſitio.

℞ Iouis optimi anglia lib. mercurij op-
me loti & crudi tantumdem liquetur Iu-
iter, eaque fuſo addatur mercurius &
efrigeretur hæc materia refrigerata qua-
tate groſſo & craſſo modo & inde re-
ortæ vitreæ, ſuper libuam vnam huiuſ-
e materiæ addatur libra vna mercurij
ublimati craſſo modo contuſſi vt poſſit

intrare collum retortæ, quò craſſum e
concluſum, eo maiorem & copioſiorer
dat liquorem: retorta deinde cum hiſc
tribus materijs imponatur cineribus a
diſtillandum leuiſſimo igne, diſtillatu
hinc liquor clarus & limpidus, hunc l
quori ſuper infundenda eſt aqua com
munis diſtillata ad æqualem quantitater
ipſius liquoris & pedetentim hoc facien
dum ne ſpiritus exeat, & fortius incaleſ
cat vas & frangatur hoc omne permixtu
& tepidum factum permiſcendum eſt
imponendum retortæ, in cuius fundo re
manſit caput mortuum diſtillati liquor
ſuper quem communem impoſuiſti & de
inde permitendum vt hæc omnis materi
bulliat per ſemihoram ſuper cineres & de
inde auferatur retortæ & permittatur v
frigeſcat & clarificetur materia & quo
clarum erit effundendum erit per inclina
tionem in retortam aliam ſatis capacer
& fortem in fundo cuius erit ſal nitrur
purificatum ſummopere, ſuper ſalem iſt
nitrum impones liquorem hunc clarur
& limpidum & caue ne cum liquore ho
effundatur mercurius crudus & liquidu
qui reſidet in fundo retortæ vbi eſt liquo
clarus & limpidus, ſed reſeua hun
mercurium ad ipſum amalgamandum c
nouo liquato Ioue liquor ergo tuus cur
nitro coniuctus diſtillandus eſt igne ſat

ti ad ſiccitatem materiæ hæc materia
a & albiſſima qnæ remanet in fundo
ortæ eſt ſudorificum Iouis mirandæ &
pendæ efficiciæ, ad curandos omnes
rbos qui ſudore egent ad ipſos doſis
uſce medicamenti, eſt grana octo in
ua aliqua ſudorifica vt cardui benedicti
nariæ & ſcabioſæ, & hæc ſimplici doſi
unda & grata, ſudant ægri copioſe, &
antur ab innumeris morbis: ſudorifi-
n antimonij ſimili quaſi methodo pa-
ur, accipitur quamui antimonij quod
illatur ex mercurio ſublimato æquali
ondere, huic gummi imponitur æ-
le pondus nitri, & diſtillantur ſimul
etorta vitrea ad ſiccitatem, materia
c ſicca lota ſimplici aqua communi, vt
dicetur à ſale nitri calcinato eſt ſudo-
cum adtimonij ſummæ efficaciæ doſis
ʒ b. in aqua cardui benedicti aut vlma-
& ſic curatur perfectiſſime lues vene-
hiſce medicamentis.

Sudorificũ antimonii vt fiat & cõponatur.

De febribus & earum cauſis.

Capvt I.

IGnorant adhuc ſcolæ medicæ quid febris cum medicis teneant febre eſſe calorem primo in corde accenſum ex corde per totum, & a corde per totu corpus ſparſum ex putredine ortum: etenim æque frigus habet ac calorem incipit enim cum frigore, & deinde pro greditur cum calore : acceſſio frigor æque eſt febris, ac progreſſio caloris, in tium, enim paroxiſmi æque eſt febris, a medium febris quod eſt calore nec putr do cauſat calore vllo pacto, nec aliqu durefieri poteſt in corde ; vbi ſedem fe bris ponunt ſcholæ ſiue manifeſta mort quia vbi eſt putredo, ibi eſt vitæ digre ſus, & ipſius abſentia, mortis præſenti hanc febris definitionem ſcolaſticam no amplius infirmabo cum ſatis, & valic per ſe inſirma ſit & à Domino helmon medico celeberrimo bruxelle ſi fuerit multis argumentis infirmata tractatu ſu de febribus, definitionem tantum vera & legitimam febris adferam hunc in mo dum febris eſt accenſio accidentalis ar chei vitalis ſeu ſpiritus vitalis noſtri peregrinis excrementis quæ ex varijs di

geſtionem generibus in varijs corporis noſtri partibus accumulantur: dum enim Archæus noſter ſanitatis noſtræ oeconomus excrementa peregrina in partibus ex digeſtione accumulata reperit ſcādeſcit& ſe ipſum irritat vt ipſa expellat & perinde calorem omnem in ſe iſpo comprimit vnde ſtatim in intimis frigus adeſt, & tremunt membra, & dentes quatiuntur donec tandem calor compreſſus ſe diffundat vbique vna cum ſpiritu ad expellenda illa excrementa donec vicerit illa, tunc, ceſſat febris ſeu ſcandeſcentia ſpiritus, ſiue ſit febris intermittens ſiue continua, ceſſante enim ſcandeſcentia Archei, illico ceſſat febris ceſſat autem ſcandeſcentia Archei, excrementis deuotis& ſuperallatis& foras propulſis fiunt autem febres inter mittētes ex pauca quantitate excrementorum deuincendorum: dū Archæus per vices intactas tendit adexpellenda ipſa excrementa fiunt autem cōtinuæ, dum Archæus ſummopere irritatur, & vna via tendit ſuo peraucto calore expellere alia excrementa, vt capite ſequenti fiet manifeſtum.

Vndenam febres ſint intermittentes & continuæ.

CVPVT. II.

DIfferentia febrium intermittentium, & continuarum non dependet eo quod natura febrium occaſionis & accidentalis ſit in veris concluſa, & extranaſata vt ſõniauit galenus&reliqui omnes ſui ſequaces nam ſi febris vere & legitime ſit accenſio & irritatio Archei noſtri, æque irritatur ſiue ſit natura in vaſis concluſa, ſed ex qualitate & quantitate excrementorum expellendorum ſit maior & & minor excandeſcentia Archei & ex maiori & potenti,& minori excandeſcentia fit febris continuavel intemittens:maligna enim qualitas, & maxima quantitas excrementi expellendi, irritat magis Archeum ad excandeſcentiam maiorem, quam benigna aliqua qualitas & minima quantitas excrementi expellendi,& citius expulſum eſt excrementum tale quam cõtrarium, vnde fiunt febres intermittentes quia Archæus noſter non continuo irritatur & ſcandeſcat in hoſtem qui eſt materia febrilis,ſed ea deuicta & ſuperata quieſcit, ſed quia non radicaliter & totaliter eiuncitur ſed manet fomes & focus

paucus admodum qui ſua paucitate non habet potentiam irritandi Archæum ideo non irritatus Archæus calor ſuus naturalis remanet quietus donec accreſcat focus & materia relicta febrilis, quæ tunc temporis ſua copia bellum infert Archæo & tunc arma Archæi conuocantur & redit febris, donec tandem per vires iteratas huiuſce belli aut euincitur Archæus, & moris ſubſequitur, aut euincitur materia febrilis radicitus. & fit cryſis ſalutaris & abſoluta, nec redit paroxiſmus febris amplius quia radicitus exirpatus focus & fomes ipſius febris ab ipſo archæo ſanitatis œconomo, qui alia excogitarunt de reditu febris intermittentis ſunt falſa omnino, & mendacia græca, ferula plectenda potius quam argumentis defendenda.

Febris autem continua fit dum materia occaſionalis ipſius febris peccat maxima in quantitate aliqua in parte corporis, & ſi peccet praua, & maligna qualitate tunc fit febris maligna, & praua ſecundum malignitntem & prauitatem excrementi puteſcentis in aliqua parte corporis latitantis cuius beneficio irritatur & accēditur Archæus vt vires colligat ad ipſam materiam febrilem expellendam, quam cum vno die vel altero expellere nequeat durat eius bellum & aecenſio, donec expellerit omnino vel victus Archæus ab

Febris continua via fiat.

ipſa materia febrili remanſerit, & tunc ſubſequitur mors, & perit vita, & ipſius vitæ Archæus, & ſic fiunt febres continuæ ordinariæ, malignæ & peſtilentes & reliquæ omnes, vndenam autem à frigore incipiant capite ſequenti fiet manifeſtum.

Vndenam febres omnes à frigore incipiant.

Capvt III.

Miror ergo quod Galenus non definierit febrem frigus, cum omnes qualeſcumque ſint habeant initium à frigore, tremunt membra, & frigus glaciale perſentitur per totum corpus, in intimis eius partibus, æque in externis, donec calor adueniat, qui frigus illud expellit, certe iuſta cum ratione poſſet definiri febris: frigus præter naturam per totum corpus diſperſum à materia putreſcēte in aliqua parte corporis, cui calor præter naturam ſuccedit, at frigus iſtud non eſt à materia putreſcēte, vt neque calor qui huic ſuccedit, ſunt enim ambo ab ipſo vitali Archæo, qui dum colligit vires ſuas vt expellat hoſtem febrilem petit cor arcem ſuam naturalem; vbi colligit calorem ſuum ex omnibus membris quantum poteſt, tunc membra omnia diminuto

calore ſuo vitali perſentium frigus ſummum, quia calor vitalis diminuitur, & cur non perſentiretur ſummum frigus ex calore vitali diminuto & retracto, cum idem frigus perſentiatur in ventriculi debilitate, ſi ventriculus cibis copioſis & ſupra calorem ſuum vitalem auctis repleatur, tunc temporis Archæus ventriculi, conuocat calorem ſuum vitalem ex membris & reuocat ad ventriculem vt peragat ſuam digeſtionem, & tunc temporis membra reliqua perſentiunt frigus ſummũ donec peracta coctione redeat calor natiuus in membris ex quibus reuocatus erat Sic pari omnino ratione, dum febrilis materia conuocata eſt in aliqua corporis parte in meſenterio puta ventriculo liene, renibus aliјſque ſimilibus locus ibique tamquam iuratus naturæ hoſtis negotium faceſſit Archeo vitali noſtro tunc Archæus præſentit hoſtem conuocat vires ſuas omnes, vt talem hoſtem aggrediatur & reuocato calore natiuo ſuo qui eſt ex ſe ipſo & eiuſdem ſubſtantiæ, tunc temporis membra ex quibus reuocatur calor ſeu Archæus frigus ſummum perſentiunt & tremunt membra quia Archæus quatit neruos vt tremulo motu illo diſcutiat excrementa hoſtilia, quæ membris adhærent, non ſecus ac aranea ſuas telas tremula motu quatit, vt ex his pul-

Vnde in digeſtione frigus perſentitur.

ueram diſcutiat: ſic febres omnes in genere à frigore incipiunt cui ſummus calor ſuccedit, vt per frigus illud conuocato calore per ſudores materies febrilis occaſionalis & accidentalis, ex praua digeſtione partium producta, foras propellatur, quod capitulis ſubſequentibus de febribus in particulari fiet manifeſtum & clarum.

De febre quotidiana.

Capvt IV.

Febris quotidiana non expuluita.

FEbrem quotidianã perperã omnino aſſeruerunt antiqui ortũ ducere ex pituita quænuſquam locorum in corpore humano viſa eſt vnquam nam aqua ſeu humor aqueus; qui in corpore humano excrementitius reperitur & foras amãdatur per ſpiritum vitalem noſtrum ſanitatis noſtræ œconomum non eſt pituita nec eſt nec poteſt cum pituita figmento Galeni ſi humor ſimplex aquam ſimplicem repreſentans & inqualitate imitans naturam & eſſentiam aquæ, cum nihil tal viſum ſit vnquam in corpore humano nam omnia ſiue ſint excrementa ſiue ſi alimentum eſt compoſitum & principij naturalibus & ſeminibus nihil ſim

plicis eſt elementi nam ſi voluiſſet Galenus pituitam eſſe aliquid excrementij ex alimento ſeparati & in quò qualitates aquæ videntur prædominari poſſet excuſari, at fecit pituitam quartum humorem ex quo componitur corpus humanum, tanquam ex vero elemento & principio nam ſi corpus humanum componeretur ex quatuor ſuis humoribus tanquam ex veris ſuis elementis & principijs, in his humores reſoluantur corpus humanum per ſe, vel per artem ſed nec per ſe nec per artē reſoluitur in pituitam & alios fictitios humores ergo hæc compoſitio humana ex quatuor humoribus eſt vere fictitia : ſed vere reſoluitur corpus humanum vt & reliqua corpora mixtorum in noſtra principia quæ cum ſint numero quinque qui etiam reſoluantur ſcilicet in aquam elementarem ſpiritum acidum oleum, ſalem & terram : ſequenti methodo.

Proijciatur corpus humanum ſeu cadauer, in vas refrigeratorium cum tota ſua materia, & ſupponatur ignis leui gradu, egredietur primo aqua quæ vaſi vitreo impoſita & multoties rectificata reiteratis multis diſtillatioribus deueniet tandem ad aquæ ſimplicis naturam & eſſentiam quæ frigore congelabitur, & calore diſſoluetur & frigiditatis & caloris naturam in-

duet, ſecundum aeris varietates impreſſio-ne calidas & frigidas, vt facit mera & pura aqua, continuato deinde igne ſubter re-frigeratorium egredietur humor acidus & oleum rubeum ſeparentur ambo & vaſi: diſtinctis & ſeparatis uitreis rectificentur multoties vt de aqua factum eſt humor acidus poſt vltimam ſui rectificationem deueniet humor clarus ſemper acidus, & ſummopere penetrans nec vnquam mu-tabit ſuas qualitates & eſſentiam oleum ſummopere rectificetur poſt vltinam ſui rectificationem deueniet clarum & limpi-dum, & ardebit tanquam, oleum, nec vnquam mutabit ſuã qualitate m& eſſen-tiam quod verum & legitimum ſignum eſt, has ſubſiſtantias meras eſſe ſubſiſtan-tias elementares corporis humani cum in alias nunquam permutentur ſubſtan-tias; ſed conſtantes & permanentes manentes maneant in ſoliditate & con-ſtantia ſuarum eſſentiarum & qualitatum caput mortuum remanens in refrigerato-rio, poſt vltimam diſtillationem ſpiritus & olei calcinandum erit fortiſſimo igne ad albedinem vſque, & proijciendum erit in aquam ſtillatitiam comunem & vulga-rem vt ſal & terra vltima reſolutionis ele-menta in ea latitantia, fiant manifeſta poſt ebullitionem capitis huius mortui cal-cinati, in aqua ſtillatitia filtrabitur ebul-

Sal & terra ex reſolu-tione cor-poris hu-mani.

litio

tio per cartem bibulam ſeu emporeticam uod clarum erit & limpidum per filtrum aiectum imponetur retortæ vitræ aut embico; & diſtillabitur, in fundo retor- e aut alembici remanebit ſal album quod it multoties calcinadum & diſſoluendũ qua communi diſtillata & ſic reiteratis lcinationibus diſſolutionibus, & diſtil- tionibus ſal vindicabitur ab omnibus iis excrementis terrenis & vltimam pu- tatem acquiret, & colorem rubeum & unquam amplius mutabitur ſed perma- ebit in in ipſo igne illæſus, conſtans, & ermanens, veluti aurum terra erit ſuper- es quæ calcinatione purificabitur & lo- one erit alba, tenuis & leuis admodum hæc ſubſtantiæ erunt elementa ſimpli- a corpus humanum componentia, cum vltima reſolutione corporis humani periantur immutabilia, & non humores uatuor Galenici, qui cum nullo pacto perianiur vltimi in reſolutione vltima orp oris humani nequaquam etiam erant rimi in compoſitione eiuſdem corporis umani & perinde non reperietur pituita corpore humano nec febris quotidiana rtum ducet ex pituita, & perinde etiam, ui tempus terunt in euacatione pituitæ ro curanda febre quotidiana oleum & peram perdunt, & naturam impediunt ipſam auertunt ab ipſa febris quotidia-

Elementa ſimplicia corporis humani.

næ cura, quæ per ſe ipſa à natura ipſa c
ratur, ſolo vomitu, & ſolis ſudoribu
qui excrementa digeſtionis ventriculi
quibus ſolis ortum ducit febris quotidia
educunt & foras propellunt. Vnde defi
re poſſumus febrem quotidianam ſcand
centiam & accenſionem ſpiritus vitalis
excrementis frigidis & aquoſis quæ ex d
prauata ventriculi digeſtione producunt
quæ ſingulis diebus vt ſiungulis dieb
producuntur Archæum irritant & acce
dunt vnde febris quotidiana producit
quia ſingulis diebus & quotidie illa excr
menta bellum indicant Archæo noſt
ſeu vitali ſpiritui noſtro, quia quotid
ex deprauata ventriculi digeſtione prod
cuntur & ſunt capacia ad irritatione
illam ſpiritus noſtri faciendam, & hæc
vera eſſentia febris quotidianæ. Excrem
ta viſcida & aquoſa ex deprauata digeſti
ne ventriculi quotidie facta, ſunt mater
accidentalis ipſius febris quotidianæ, ca
ſa vero efficens ipſam febrem quotidiana
eſt ſcandeſcentia ſpiritus vitalis noſtri a
ipſa materia peregrina & præter natura
ad quam expellendam & foras eijcienda
accenditur ſpiritus vitalis, vnde febr
quotidiana ortum habet, purgatis hiſ
excrementis & roborato ventriculo vt be
ne optime digerat & coquat curatur om
nino febris quotidiana vt ſquenti capit

Febris quotidiana vera

ariſſime docebitur.

Curatio febris quotidianæ.

Caput V.

Febris quotidiana vt capite ſuperiori demonſtratum eſt cum dependeat ma- rialiter ex excrementis digeſtionis ven- iculi deprauatæ in euacuatione horum :crementorum eius cura conſiſtet & in rroboratione ventriculi vt deprauata ıs coctio & digeſtio corrigatur euacua- ıntur autem excrementa talia qualia- ımque ſint ſolo puluere hæmetico, & oco metallorum vel mercurio præcipi- to rubeo & oleo tartare dulcificato & iritu viui qui omnes ſpiritus aquæ for- extinguit & radicitus perdit ita vt præ- pitatum iſtud rubeum ſit omnino dulce ſudorificum potius & roborans, quam tharticum in his,ſolis conſiſtit tutiſſime iucundiſſima cura febris quotidianæ, inde roborandus eſt ventriculus aqua llatitia cinnamomi ambariſata & moſ- ta ſumendo per octo dies ſummo mane iuno ventriculo coclearia duo aquæ cin- ımomi & vt Medicinæ candidati poſſint rfectiſſime & tutiſſime ad curam huiuſce ɔris quotidianæ peruenire, & ægros ſic tiſſime & iucundiſſime ſolari queant.

medicamenta antea præſcripta , & nom nata ad normam & legem præſcribend rum medicamentorum ſic reducam.

℞ Pulueris hæmetici ſpagirice præp rati grana ſex conſeruæ violarum ʒb. mi ce fiat bolus detur mane ante paroxiſma tribus aut duabus horis & poſt tres hor ſumat iuſculum ſub conditum vel ℞ cr ci metallorum grana octo , conſeruæ vi larum ʒb. miſce fiat bolus detur mane pulueris hæmetici ſeruato eodem reg mine & cuſtodia artis. Vel ℞ arcani c rallini ſeu mercurij præcipitati rubei ʒl conſeruæ violarum ʒij. miſce fiat bol detur vt reliqua ſupra dicta medicamen ſeruato eodem regimine, & ſic curabit radicitus febris quotidiana , ſine vlla al phlebotomia quæ valde eſt periculoſa, damnoſa penitus , cum vires deſtruant & labaſcant emiſſione ſanguinis , & ſp ritus deinde uitalis infirmatur & debil fiat vnde impotens fit ad debellandu morbum. Vnde peccant omnes Medi qui antequam purgent & euacuent excr menta præter naturam in corpore latitan tia, primo mittunt ſanguinem deinde pu gant , & ſic infirmant & debilem reddu ſpiritum vitalem noſtrum ita vt impoten fit ad debellandum morbum & ad euacua da illa excrementa quæ expellenda ſunt ita vt etiam infirment purgationem qu

urgatio & euacuatio excrementorum on fit niſi cum ſpiritu vitali robuſto & rti vnde in mortuis & moribudis non perantur medicamenta cathartica cum in s abſens ſit ſpiritus vitalis, & debilis ſit alde in moribundis perpendant ergo meci quantum noceant in celebranda phlebotomia omnibus in morbis ſine vlla cõderatione adhibita, an ſanguis turgeat, nimis copioſus ſit, ita vt mitti poſſit, ne vlla virium proſtratione in febribus aim intermittentibus excrementa quæ ebrem excitant & accendunt non latent venis, ſed extrauaſata ſunt quocirca hlebotomia nullo pacto prodeſt imo aultum nocet cũ ea infirmentur vires, & ateria peccans extrauaſata ſæpe ſæpius atrauaſetur, & in venas perducatur aut altem accreſcit, vnde ex intemittente ebre fit continua ſæpe ſæpius, ex errore Medici deprauate medentes.

Sudorifica vltimo præſcribenda ſunt vt abſoluatur penitus cura febris quotidianæ nam ſæpe ſæpius excrementa cauſantia febrem viſcoſa ſunt & tenacia ita vt non ſequi valeant medicamenta cathartica attenuanda itaque fiũt prouocato ſudore, ſudorificum Iouis antea præſcriptũ ſummum eſt in curatione febrium omniũ arcanum itaque præſcribendum eſt ad grana ſex, aut octo cum ℥j. aquæ cardui

benedicti, aut vlmariæ, & ſtatim ab a ſumptione iſta cooperiendus eſt æger, omni arte adhibita, prouocandus eſt ſudor, per tres aut quatuor dies ſubſequentes, iterata doſi, huiuſce ſudorificis medicamenti & ſic Deo dante curabuntur omnes febre quotidiana laborantes.

De *febre tertiana.*

Capvt. VI.

Febris tertiana non à tale.

FEbris tertiana ea ratione dicitur tertiana, quod tertio quoque die redeat eius paroximus, aſſerunt Galenici febrem hanc ex bilioſo humore putente in ventriculo vel in meſenterio ortum habere, at quod de pituita diximus, idem de bilioſo humore enarrare poſſumus cum in corpore humano non detur talis humor, nam ſi quod in corpore flauum & amarum reperiatur non eſt bilioſus humor ſed eſt ſcoria & recrementa chyli qui dum ab inteſtina percolatur in venis meſeraicę quoad remanet in inteſtinis potiſſimum craſſioribus flauum eſt & amarum & excrementa craſſiora colorę flauo tingit & euacuatur vna cum ipſis, quod autem ſubtile eſt & tenue, cum ſero ſanguinis tranſit & euacuatur tandem per renes in veſicam

a cum vrinis & tingit vrinas colore fla-
, & tamen vrinæ non amareſcunt quod
aror illius ſcoriæ mitteſcat, ſale vrinæ,
non appareat, eo quod ſal præualeat ſi
ro illa ſcoria & recrementum chyli in
eſtinis copioſum remaneat tranſit ali-
ando in ipſas venas meſeraicas & ob-
uit ipſas, & aliquando etiam in hepar
ſum & inficit ipſum ſua tinctura vnde,
erus prouenit ſi vero putreſcat magna
inſigni putredine, febris continua hinc
itur, ſi vero in ventriculo meſenterio
inteſtinis putreſcat minima putredine
nc febris tertiana ortum habet, nam in
acumque corporis parte ſi recrementa
geſtionis extinguātur, & copioſa & in-
gni putredine corrumpantur magnum
rchœo noſtro faceſſunt negotium & ir-
ant ſummopere ipſum Archæum ita vt
ntinua ſit eius ſcandeſcentia donec ex-
lerit ipſa foras recrementa, tunc quieſ-
t Archæus & ceſſat febris. Vnde horro-
s rigores tremores ſudores & reliqua ſi-
ilia ſymptomata quæ febres omnes ſo-
nt concomitari, ſunt ab Archæo noſtro
ui omnia hæc excitat, ad deuincendum
expellendum hoſtem ſuum, & non ceſ-
at ab his motibus donec vicerit hoſtem
um febris ergo tertiana eſt ab excremen-
o digeſtionis ventriculis, quod à ventri-
ulo, ſæpe ſæpius tranſit in meſenterio

Excrementa corporis irritant vitalem ſpiritũ.

ibique etiam ac in ventriculo ponit ſede
ſuam ibique putreſcit & ſecundum grac
putredinis febrem continuam accend
vel duplicem tertianam vel ſimplicem
Vnde febris tertiana ſimplex definis po
eſt ſcandeſentia & irritatio Archæi, a
excremento amaro & flauo digeſtioni
ventriculi; quæ tertio quoque die ſole
ſuperueniri quod Archæus noſter dur
pugnauerit contra hoſtem quieſcat à pug
na vno integro die vt reparet & refocille
vires in pugna deperditas. Vel quod re
crementum expugnandum vno integr
die copiam ſuam accreſcat adeo vt iterum
potens ſit, & capax ad agrediendum Ar
chæum noſtrum ad pugnam, & ideo ter
tio quoque die redit paroximus febris ter
tianæ, nam cauſa materialis febris tertia
næ quæ eſt recrementum illud ſupradicti
digeſtionis ventriculi, non eſt omnin
& radicitus extirpatum & deuictum qui
ſi eſſet deuictum & ſuperatum ab Arehæ
non amplius rediret febris quia eſſet om
nino curata, ſed redit tertio quoque di
donec ſuperetur, hoc euidens ſignum eſ
non omnino ſuperari, ſed per integrum
diem ceſſat febris hoc ſignum clariſſimum
eſt recrementum illud paucum remanere
& minima in quantitate, adeo non ſit ca-
pax, & potens irritare Archæum vt febris
continuetur, vel ſignum eſt Archæum

Febris tertiana ſimplex quid.

in pugna laſſatum eſſe & fatigatum adeo vt ceſſet à pugna donec vires ſuas collegerit & repararit,& tunc temporis redit pugna , & iterum incipit ſcandeſcentia & irritatio Archæi , donec tandem vicerit omnino hoſtem ſuum , & hæc dicta ſint de febre tertiana quæ veriſſima ſunt,&medicamentibus omnibus medicis veriſſima reperientur,&eius cura ſequenti methodo tutiſſima & certiſſima, veriſſima etiam cõperientur , nam ſi falſa eſſent hæc omnia, certe & eius cura non ſequeretur tuta & certa , nam curatio febris tertianæ ſequitur eius veriſſima nòtitia ignoti enim non datur curatio morbi.

Curatio febris tertianæ.

CAPVT VII.

CVratur febris tertiana tutiſſime & iucundiſſime ſi cauſa eius materialis & occaſionalis foras euacuetur ex partibus in quibus ſolet ſtagnari euacuatur autem iſtud excrementum ex locis in quibus reſtet , vomitu potiſſimum , & ſudoribus potenter elicitis. Vomitu præſertim purgatur ventriculus ab excrementis omnibus ſuæ digeſtionis , vnde & vomitu curatur & quotidiana febris, & tertiana quod cauſa materialis horum febrium vomitu

foras expellatur vnde & per ſe ab ipſa natura & ab Archæo ſanitatis noſtræ œconomo curantur hæ febres ſolo vomitu, vnde Archæus excitat vomitus copioſos quibus excrementa illa amara & flaua & viridia reijciuntur ex ventriculo & curatur certiſſime febris tertiana, & quotidiana ſolo illo vomitu, modo roboretur ventriculus & eius coctio quod multi conſecuti ſunt, potu vini optimi, & meri, & alij aqua cinnamomi: vomitus ergo excitandi ſunt in curatione febris tertianæ. Tutiſſime autem excitantur pulvere hæmetico & croco metallorum ad grana ſex aut octo propinato, cum conſerua violarum & tribus ſubſequentibus diebus ſummo mane duabus aut tribus horis ante paroxiſmum excitandus eſt vomitus hiſce medicamentis exhibitis & à tali triduana purgatione roborandus ventriculus aſſumpta ante paſtum aqua cinnamomi vel vino hyppocrato. Sufficienti in quantitate deinde ſudorifica propinanda ſunt, ſudorificum coralli & margaritarum ſummum eſt arcanum in curanda febri tertiana, & ſudorificum Iouis, ſumuntur hæc ſudorifica ad ℈j. vſque ad ʒb. in aqua cardui benedicti & vlmariæ, & à ſumptione horum ſudorificorum collocatur æger in lecto optime coopertus, & elicitur ſudor omni arte adhibita per ſex aut

octo dies ſummo mane ieiuno ventriculo iterata doſi ſudorificorum. Sudorificum coralli & margaritarum ſic præparatur ℞ coralli optimi ℥iij. margaritarum tantumdem antimonij crudi etiam æqualem quãtitatem ſalis nitri optimi, ad pondus omnium miſceatur hæc omnia optime, & vaſe teſtaceo fictili & forti comburantur admoto igne deinde igniantur per tres horas in fortiſſimo igne, vltimo ponantur in aqua communi & bulliatur vt priuentur à sale nitro combuſto, puluis perquã optime edulcoretur & ſiccetur & tandem vltimo coicinetur addito tantundum nitro, & vltimo edulcoretur aqua communi ſiccetur & reponatur in vſus doſis eius eſt ʒb. ad ʒj in aqua cardui benedicti & ſic curantur febres omnes tertianæ ſudorifico iſto præparato, quod corpus totum perfectiſſime emundat & ab excrementis liberat & ſic ſcandeſcentia archæi ceſſat & quieſcit omni ex parte, cum contrarium & inimicum nihil inueniat in corpore, & hæc veriſſima & abſoluta cura febrium tertianarum.

De ſebre quartana.

CAPVT VIII.

QVartanam febrem curare ignorant Medici vulgares & perinde arguere poſſumus ab ipſis etiam ignotã eſſe: nã cũ aſſerãt febrẽ hanc omni ex melancholico humore quem nullo pacto admittimus in corpore humano nam qui reperitur in liene ſanguis non eſt melancholicus humor, ſed verus ſanguis & humor alimentitius qui in liene deportatur vt attenuetur & perficiatur in verum humorem alimentitium, vnde tot arteriæ ſunt implantatæ ipſi lieni vt copioſus ſpiritus vitalis & turgens qui in liene reſidet attenuet hunc humorem craſſum & perficiat in verum & legitimum alimentum corporis noſtri vnde vere ſi non detur in corpore humano melancholicus humor, quod probatu facillimum eſt vere quartana febris non dependebit ex melancholico humore: melancholicus autem humor non reperitur in corpore humano, conſtituens corpus humanum cum melancholicus humor in reſolutione vltima corporis humani non reperiatur, nec etiam in prima compoſitione reperiatur: omnes etiam partes & ſingulæ nutriuntur alimento homogeneo

Arteriæ multæ in liene cur implantatæ.

& ſimiliari qua calore ſuo natiuo, & Archæo conuertunt alimentum ibi demandatum per venas, & canales & cibos naturales in ſuam ipſam ſubſtantiam, quæ ſimiliaris eſt, & homogenea omnino, ſic etiam alimentum erit homogeneum, & perinde non video in corpore humano, reperiri poſſe quatuor humores. cum omnia ſint ſimiliaria & homogenea & nutriantur ſimilibus homogeneis & ſimilaribus ſunt quidem excrementa varia & diſtincta ſecundum varietatem & diſtinctionem digeſtionum variarum in corpore humano vbi quod ſunt partes, tot etiam ſunt digeſtiones in quibus omnibus fiunt excrementa ab Archæo expellenda, alioquin pariunt morbos quia quicquid expellitur ab Archæo illi ſtatim peregrinum eſt & inimicum& vt ſtatim foras expellatur bellum indicit Archæo, vnde morbus fit nã bellum Archæo noſtro ab excrementis indictum morbus eſt.

Vnde in quartana febre, excrementum quod producitur in renibus, in liene, & in hypochondrijs materialiter & occaſionaliter producit quartanam febrem nam Archæus harum partium laceſſitus & irritatus ab excrementis illis quæ ſæpe ſunt craſſa viſcoſa & tenacia ſcandeſcit & auget calorem ſuum vt ipſa excrementa expellat & cum expellere nequeat propter viſ-

coſitatem tenacitatem quam habent quieſ-cit à labore ſuo duobus integris diebus & quarto quoque die aggreditur hoſtem & excrementum illud donec tandem expulerit foras repetitis illis aggreſſionibus quæ paroxiſmi dicuntur à græcis, & expellere nequeat Archæus hæc excrementa fit incurabilis febris quartana & moriuntur quartana febre ægroti cum excrementa ex quibus producitur febris illa expelli nequeant ab Archæo noſtro vitali; nam ſæpe ego vidi quartanam febrem ab vlcere Renum productam, quod cum curari non potuit nec purulenta eius materia omnino deuinci & abſtergi, ideo febris quartana oriebatur quod quarto quoque die Archæus vitalis agrediebatur hoſtem vt ipſum expelleret. Quarto autem die ſolum aggrediebatur hoſtem quod tanto ſpatio dierum ageret, vt virida in antecedente paroxiſmo dependitas refocillaret & recuperaret, vel vt antea dixi quod excrementum irritans & ſuſcitans Archæum ad prætium ſemi victum eſſet, & adeo deperditum vt amplius Archæum irritare nequiret & perinde Archæus etiam Archæus laſſatus à pugna ceſſabat, donec tādem excrementum non adhuc penitus deuinctum conuocatus copijs & viribus auctum eſſet quantitate, & perinde iterum de nouo hoſtem ſuum vitalem ſpiritum ag-

grediebatur & ſic quarto quoque die redibat febris, & redit adhuc in ſimilibus caſibus, ſi autem magna & copioſa ſunt excrementa in ipſis hyppochondrijs adeo vt potentiſſime agrediantur Archæus tunc temporis febris quartana continua, quia Archæus continuo aggreditur, forti & valida pugna, ita vt vincatur, aut vincat.

Sunt & aliæ febres quæ quinto, ſexto ſeptimo, quoque die, dcimo qninto, aut ſingulis menſibus, repetunt paroxiſmos ſuos & agrediuntur Archæum noſtrum & ipſum irritant & id fit ex excrementum varijs, quæ in varijs corporis noſtri partibus ex digeſtione vltima alimenti earum partium producuntur quę ſtatuto illo ſpatio copia ſua Archæum aggredi poſſunt & ipſum irritare, & ſic febrem quintanam ſextanam ſeptimanam menſtruale, & ſimilem excitare poſſunt de quibus omnibus febribus non eſt opus peculiaria capita inſcribere, cum ad normam & legem quartanarum febrium reduci queant & ſimilibus curari poſſint remedijs vt capite ſequenti clarum & manifeſtum oſtendemus,

Febreș quintanæ ſextanæ & alię vnde ſint.

De curatione febris quartanæ.

Cvpvt IX.

Vnde febris quartana difficulter iuratur.

DIfficile admodum curatur febris quartana quod eius cura dependeat ab euacuatione excrementorum viſcoſorum & tenacium quæ in liene renibus & hypochondrijs continentur quæ laceſſunt & irritant noſtrum vitalem archæum vnde virtus cathartica medicamentorum ex vegetabilibus exorta & deprompta, non peruenit ad has partes niſi multum diminuta & deperdita, quia in ventriculo in inteſtinis venis meſeraicis & hepate virtus eius perditur & euaneſcit propter coctionem & alterationem quam patitur medicamentum his omnibus partibus antequam deueniat ad renes & hyppochondria quocirca raro curatur febris quartana & ſi curetur, curatur tarde ab ipſis medicamentis ex familia vegetantium ortis: at citiſſime curatur & iucundiſſime ex mercurio ſpagyrice præparato præcipitato rubeo dulci qui à paracelſo nominatur diaceltetaſſon vel arcanum corallinum, vt ocultet eius arcanum, & miram eius proprietatem ad curandos quoſcumque morbos & præcipue caonicos & longos, & curatu difficiles, ſumitur hoc medicamentum ad ℥b cum

um pauco vini, vel conſerua violarum ut bugloſſi & cooperitur æger in lecto erquam optime & ſudat & vna ſoluitur ius alunæ ſed lente & valde pigre, at vrinæ & ſudores copioſe eliciuntur, antinonium etiam catharticum & ſudorificũ tiam curat febrem quartanam ſumitur anımonium purgatiuum veluti puluis hæneticus vel crocus metallorum vel flores ntımonij correcti ſale gemmæ ad grana cto cum conſerua roſarum & per tres dies erata doſi aſſumitur ſeruato regimine & uſtodia artis deinde tranſactas hiſce tribus iebus ſumitur ſudorificum Iouis, vel anmonij Iouis ad grana decem antimonij ero ad ℈b, cum aquis ſudoriſicis, vlmaæ vel cardui benedicti & ſcabioſæ & ſuat æget per octo dies repetita doſi in lecto optime coopertus & ſic curatur perectiſſime febris quartana niſi ſint vlcera ı interioribus viſceribus, quæ niſi curentur febris quartana curari non poteſt d hoc valet ſummopere ſequens emplarum ℞ ceræ albæ ℥iiij. therementinæ ij. gummi elemnı & tucamacæ ſpiritu rtari rectificato diſſolutorum an ℈iij. olei unariſci ℥b. eſſentiæ ſaluiæ ℥j, eſſentiæ bınæ ℈ij. pulueris iabaſci optimi ℥ib. roci martis ℈j. ſalus armoniaci & ſalus rtari an ℈j. miſceantur omnia & coquar in emplaſtri conſiſtentiam quod extẽ-

Emplaſtrum curans febrũ quartanam.

detur ſuper alutam & applicetur parti dolenti & ſcirrho affectæ, & vtatur ſæp mercurio dulci rubeo ſuperius præparat & ſic iucundiſſime curabitur febris quartana etiam ab vlcere inferiori prouenien te : niſi vlcus ſit valde profundum & vetus.

De febre continua ſimplici.

Capvt X.

Febres ardentes & continuæ dependen ab hiſdem cauſis occaſionalibus & occidentalibus ac febres intermittente : differunt tamen in hoc ſolo, quod cauſa materialis & occaſionalis febrium intermittentium ſit pauca & minima in quantitat irritet archæum vitalem noſtrum at in febribus continuis cauſa materialis ſit maxima in quantitate, & potentiſſime irritet & laceſſat archæum noſtrum adeo vt eti potentiſſime ſcandeſcat archæus in hoſtem ſeu in materiam hanc occaſionalem vt expellat ipſam, & ſomnium eſt, materiam febrium intermittentium extra vena & arterias eſſe & materiam febrium continuarum eſſe in venis ipſis & arterijs non nego quidem in uenis ipſis eſſe poſſe, at tamen etſi ſit in venis æque febris intermittens hinc oriri poteſt, modo ſit mini

ma in quantite : & minime agat in archæum ac continua , ſi maxima in quantitate contineatur & potentiſſime agat in rchæum : quæque etiam ſæpe oritur ex nateria extrauaſata modo ſit potens , & ortis ad archæum irritandum vt contiuo ſcandeſcat in hanc materiam donec xpulerit & vicerit ipſam : quod autem ebris continua , ſit continua ſcadeſcena archæi noſtri vitalis in materiam aliuam peregrinam & vitæ inimicam hinc nanifeſtiſſime colligitur imo clariſſime nanifeſtatur quod poſt mortem nulla deur febris quia nullus datur vitalis ſpiritus nihilominus tamen datur copioſiſſima nateria febribus , quæ cum non habeat rchæum vitalem ad ipſum irritandum eo nulla poſt mortem datur febris quia ullus datur ſpiritus , ſeu vitalis archæus l ipſam irritandam vt ſcandeſcat & inammetur & fiat hinc febris : & ſic pari nodo nulla datur intermittens febris poſt nortem , quia nullus etiam datur ſpiritus talis vt tunc temporis ſcandeſcat & inammetur ab ipſa materia febrili , & pegrina , quæ tamen copioſa remanet in orpore poſt mortem. Miror ego quod inenium Galeni ſatis quidem acutum in nultis rebus Phyſicis hoc non animaduerrit at corrigendam febrium ſuam definionem , calorem præter naturam ex pu-

Febris continua quid ſit.

tredine ortum : cum putredo copioſior ſ
poſt mortem quam in ipſa vita, & tand
ceſſat calor ille præter naturam poſt mor
tem, vnde arguendum eſt, calorem illu
non eſſe & dependere ex putredine, ſe
ex ſpiritu vitali noſtro, cum ceſſante
abſente ſpiritu calor etiam ille præter na
turam ceſſet & abeat vna cum ſpiritu vita
li noſtro vnde nulla datur febris ſiue ſi
intermittens ſiue continua niſi ab ſpirit
vitali irritato, & inflammato, à cauſ
materialibus præter naturam in corpo
exiſtentibus quæ ſi magnæ ſint & poten
tes, potenter etiam irritant vitalem noſt
ſpiritum, vnde oritur febris continua qu
continuo irritatur ſpiritus noſter vitali
ab ipſa materia præter naturam quæ
excrementum digeſtionis partium na
alimentum futurum partium, ita dig
& percoqui non poteſt ſine reſiduo aliq
excremento, quod quidem niſi expellat
ſit naturæ noſtræ, & parti inimicum
qua reſidet, vnde tanquam inimicum v
tæ noſtræ inſidiatur & archæo vitali vn
ſcandeſcit ſpiritus, & fit inde actio mo
boſa ſi hæ rationes non ſal luminis hab
ant, vt hanc doctrinam firmam & cert
ſtabiliant miror valde cur non compreh
dantur à Galenicis & ab erroribus n
nocent ipſos.

De curatione febrium prædictarum continuarum.

Caput XI.

FEbres continuæ cum dependeant vt
vidimus capite ſuperiori ab excremẽ-
s copioſis, & maximis, ex digeſtione
imenti, in partibus ipſis nutriendis re-
ecti in excretione & expulſione ipſorum
crementorum tota febrium curatio tu-
ſime reſidebit, nam ſi febres intermit-
ntes omnes curentur excretione illa ſo-
, & expulſione excrementorum, cura-
ntur etiam febres continuæ cum hæ de-
ndeant & oriuntur ab hiſdem cauſis:
blatis enim cauſis tolluntur & earum ef-
ctus omnes: miror Pariſienſum medico-
m pertinacitatem curationem febrium
fere morborum omnium in ſanguinis
iſſione larga & copioſa collacantium,
m ſæpe ſæpius cauſa morborum & po-
ſimum febrium tum continuarũ & inter-
ittentium non reſideat in ſanguine, imo
rtus & proprietas curandi morborum
nnium ſanguine collocetur cum archæ-
vitalis ſanitatis œconomus, & mor-
rum omnium curator in ſanguine reſi-
at, eo ſublato & larga manu effuſo,
unditur etiam vna cum ſanguine vita-

Febres continuæ quę via.

lis ſpiritus vnde vires tolluntur & diffunduntur & perinde tota totius corporis natura debilis admodum fit & curatio etiam morborum omnium quæ ab ipſa natura dependet, euaneſcit ita vt loco illius ſubſequatur mors, aut incurabilis morbus: non ergo ſanguis mittendus niſi cum ſumma prudentia in plethoricis corporibus & ſanguine turgentibus nec in febribus continuis, & multo minus in febribus intermittentibus quæ ſola purgationine & ſudoribus copioſe elicitis curarantur tum ab ipſa natura tum ab arte, medicamentum purgans quo vti ſolemus ad febres omnes curandas, eſt antimonium præparatum quacumque præparatione; ſed præſtat puluis hæmeticus, deinde mercurius dulcis & mercurius rubeus præcipitatus & oleo tartari dulcificatus & ſpiritu viui, ſudorificum Iouis & ſolis deinde ſubſequantur: ad perfectiſſimam curam febrium omnium his ſolis medicamentis tolluntur obſtructiones omnes partium, & ſaburra excrementorum omniū ex omnibus partibus, vnde perfectiſſima & tutiſſima hinc datur cura febrium omnium tum continuarum in termittentium.

De febribus continuis cum maligna qualitate coniunctis.

Caput XII.

Febres caſtrenſens quales ſint.

DAntur febres maculatæ & purpureæ quæ ad inſtar peſtis graſſari ſolent per totum orbem & dantur febres caſtrenſes quæ caſtra depopulantur ac peſtis & contagioſæ ſunt nec vllas maculas in cute habent, ſed lentæ ſunt admodum, & dolore capitis & cum nauſea fere perpetua, & appetitu deiecto ægrotantes milites miſere affligunt, non eſt febris ardens & calor ſummus, imo mittis & fere naturalis ſed vires admodum proſtratæ ſunt & debiles & letargica ſunt, ægrotantes & cum ſopore ſummo ſtertunt & moriuntur cum ſopore illo hæ febres omnes & ſimiles dependent ab excrementis viſcidis & tenacibus quæ relinquantur tum in ventriculo meſenterio, & ſæpe ſæpius in cerebro unde ſopor, & ſomnus letargicus: contagioſæ ſunt & malignæ quia excrementa illa ex putredine inſigni & particulari concipiunt & inducunt malignam & peſtilentem qualitatem: quæ eſt aura & vapor tenuis & ſpirituoſus fracidus cuius ratia hæ febres contagioſę ſunt & peſtilentes ac malignæ, quæ florem ſanguinis

& tincturam ad cutem euehunt ac ſublinunt vnde maculæ illæ rubræ. violaceæ ac nigræ in cute apparent quia archæus ſanguinis vapores illos tenues ſpirituoſos ſanguinem penetrantes, & inficientes ſua maligna qualitate ad cutem amandat vna cum portione ſanguinis infecta, ita vt ſi ſit multum infecta nigri ſunt caloris maculæ, ſi vero minus violacei ſunt coloris, ſi vero adhuc minus rubri & ſanguinei sũt coloris, ſed eſſentia & quidditas harum febrium eſt ſcandeſcentia archæei vitalis noſtri, ab excrementis viſcidis & tenacibus maligna qualitate tenui & ſpiritual præditis ratione cuius malignæ ſunt & contagioſæ quia ſpirituali illa qualitate ſe communicant.

Proueniunt autem potiſſimum hæc excrementa ex deprauatis digeſtionibus quæ originem habent ex deprauata viuendi conſuetudine & comeſſatione inſueta & extraordinaria & cibis male coctis nullo ſale conditio: ſal enim confert multum ad optimam & laudatam digeſtionem tum ventriculi & aliarum partium vnde mal & cum ignorantia prohibetur ſal ægroti & ſanis ſummopere enim confert ad ſanitatem imo ad vitam longuam, & qui nullo ſale aut pauco vtuntur breuiſſime viuunt quia chylus ex ſanguis qui ex ſanguis qui ex cibis nullo ſale conditi

Sal confert ad longom vitam.

roducutur facile putreſcunt & in excre-
nenta corruptioni obnoxia abeunt, vnde
riginem habent febres populares & ca-
trenſes quia milites nullo ſale condiunt
ibos ſuos & ruſtici etiam propter ſalis in-
piam edunt cibos ſuos pauco ſale condi-
os vnde dum laboribus exercent corpus
anguis & alimentum vltimum facili via
bit in corruptionem vnde varij morbi
opulares ortum ducunt & ſi ſal copioſum
ſſet & larga manu profunderetur populo
iutius viueret populus & milites facilius
elli labores tollerarent ac diutius dura-
ent nec morbis hiſce caſtrenſibus affi-
erentur quia ſanguis & vltimum alimen-
um, quod ex cibis ſale conditis produ-
eretur non ita corruptioni obnoxium
ſſet vt eſt illud quod ex nullo ſale & in-
pido producitur ſic panis ſale conditus
alubrior eſt pane inſipido, & ſalubrius
ſt ſale uti in omnibus cibis quam nullo
ti ſale: ſal enim eſt condimentum cibo-
um omnium, & præſeruat à corruptio-
e & arcet malignas omnes qualitates, &
eſtilentes vnde ſpiritus ſalis, & ſal ipſum
empore peſtis eſt ſummum arcanum.
Quocirca febres omnes peſtilentes ma-
ignas, & contagioſas arcet quod corrup-
ionem inſignem prohibeat, vt capite ſe-
quenti de curatione harum febrium cla-
iſſime demonſtrabitur.

De curatione febrium malignarum & peſtilentium.

Capvt XIII.

Febres malignæ qua via curẽtur.

CVratio febrium malignarum & peſtilentium dependet ab ipſa præſeruatione, quæ enim præſeruant ab ipſis febribus eadem etiam febres ipſas curant, ea autem præſeruant ab ipſis febribus, quæ à corruptione vindicant unde ſal primum locum tenet in præſeruatione ſic etiam in curatione res alias naturales antecellet, cum corruptionem omnem auellat ſic ſal vniuerſale ad ſummam perfectionem deuectum & ad rubedinem conductũ eſt vniuerſale febrium omnium malignarum & peſtilentium curatiuum & præſeruatiuum, imo morborum omnium, cum omnes morbi qualeſcumque ſint, generaliter loquendo ſint à corruptione materialiter & accidẽtaliter, vnde ſi excrementa digeſtionum non corrumpentur non läceſſerent archæum noſtrum & perinde facili via foras expellerentur ſine morbo, vnde non immerito exclamauit Philoſophus hermes in ſole & ſale naturæ eſſe omnia non ſolum chymica, ſed etiam quæ ad vitam noſtram & ſalutem pertinent nam ſi archæus vitæ noſtræ vigeat & be-

ne valeat, qui eſt verus noſter ſol & ſal naturale, & implantatum radicale noſtrũ vigeat, & floreat non poſſumus niſi feliciter beateque viuere & longiſſime durare cum felicitate. Qui ſcit ergo præparationem illam ſalis vniuerſalis habet arcanum ſummum naturæ, cuius gratia, vindicatur à morbis omnibus, & diutiſſime & feliciſſime viuit hoc enim ſolum eſt febrium omnium potiſſimum malignarum & peſtilentium præſeruatiuum & curatiuum deinde ſubſequitur ſpiritus ſalis communis & vulgaris, ſal corallorum & margaritarum antimonium pùrgatiuum & ſudorificum, ſal Iouis, & ſpiritus eius acidus, ſudorificum Iouis & ſudorificum margaritarum & corallorum hæc omnia curant febres has malignas & peſtilentes, & præſeruant ab ipſis, doſis horum omnium medicamentorum eſt ℈b. ad ℈j vſque ad . mercurius etiam dulcis ſpagyrice præparatus & diaceltetaſſon Paracelſi quod eſt mercurius rubens præcipitatus & dulcificatus oleo tartari & ſpiritus viui, ſunt ſola & vnica ac vera medicamenta catharctica quibus vti debet Medicus in caſtris, vbi graſſantur hæ febres malignæ & peſtilentes & ſpiritu ſalis in aqua communi & ſale ipſo in iuſculis & cibis omnibus & ſic curabuntur hæ febres.

De febre hectica.

Capvt XIV.

FEbrem hecticam male dixerunt hecticã galenici quod in habitu reſideret eius cauſa, non enim in habitu eſt ſed in venis ventriculi exterioribus & in deprauata & læſa eius coctione vnde contabeſcit totũ corpus quia chylus eſt deprauatus, & hinc laudatus ſanguis fieri non poteſt vnde non poſſunt opipare nutritu partes ab illaudato ſanguine ſic contabeſcunt, & marceſcunt partes omnes & aridura afficiuntur inſigni & melius conuenientius febris hæc aridura dici & nuncupari poſſet quam hectica febris, quod ſiccitate inſigni, marceſcant partes omnes, & humidum radicale partium omnium à calido naturali depopuletur, ſubueniente alio humido alimentitio in locum alterius depopulati, vnde febris hectica definiri poſſet, ſcandeſcentia & inflammatio Archæi vitalis noſtri, ab excrementis viſcidis & glutinoſis ex læſa ventriculi coctione ortis quæ in parte connexa ventriculi amandatur ibique fortiſſime, ad hærent & ſua forti & pontenti pugna ad hæſionẽ vẽtriculum lædunt & Archæum ſuũ irritant & inflammant vnde febris hecita &

continua, quæ nullo pacto in corde ſedem primam habet ſed in ventriculo, vnde exacerbationem & exaſperationem habet, ſingulis digeſtionibus ventriculi & à paſſu excreſcit, quod excreſcat eius cauſa materialis ex digeſtione deprauata, vnde curatur ſolo lactis vſu eo quod lac encoctu facillimum reparet coctionem ventriculi & eius vires reſocillet & ſic ex eius cura, colligitur, quid ſit hæc febris & vbinam locorum ſit eius focus, & ſedes, & vt diaria & ephemera febris vno ſolo die perdurare ex deprauata ventriculi digeſtione ſimplici dependet quia peracta digeſtione ceſſat vel vomitu facto, ſic febris hectica, continua eſt diaria ex pertinaci excremento circa ventriculum & viſcido & tenui ortum habens quod continuo ledit coctionem ventriculi, & continuo irritat & accendit Archæum ventriculi vnde febris hæc lenta continua quæ perperam hectica dicitur; eſt vere potius diaria continua, quia ab hiſdem cauſis materialibus dependet & originem habet nam ſi coctio ventriculi & digeſtio reparetur & euacuentur illa excrementa ventriculi digeſtionem lædentia facili via curatur hæc febris vt & diaria, vt ſequenti capite manifeſtiſſime declarabitur.

Febris hectica eſt diaria continua

De curatione febris hæcticæ.

CAPVT XV.

FEbrem hecticam fixam & permanentem quæ diu longoque tempore Archæum noſtrum vitalem exercuit, incurabilem fecerunt antiqui, quod eius materia adeo compacta & afixa fuerit, partibus quibus adhæret, vt nullis medicamentis erradicare ipſam valuerint ſignum euidentiſſimum eos ipſos ignoraſſe & naturam & eſſentiam febris hæcticæ, & locum & ſedem eius, noto ibi rationes adferre in ipſos quia capite præcedenti ſatis admodum clare declaraui, & ad huc præſenti capite modo curam ſolidam & abſolutam oſtendam etiam & declarabo Curatur ergo febris hectica quocumque ſit in gradu, mercurio rubeo dulci ſuperius citato eius enim virtus eſt, & proprietas excrementa hæc omnia ex quibus originem habet hæc febris radicitus extirpare & ventriculum roborare, nihil enim aliud habemus, & optare debemus, ac curationem abſolutam febris hecticæ, quam roborationem ventriculi, vt bene coquat & digerat, & extirpationem excrementorum viſcidorum & acrium à quibus læditur coctio, & digeſtio ventricu-

Curatio vera febris hecticæ.

:hoc autem ſolum medicamentum hæc uo feliciter peragit : nam per ſudorem : per lentam purgationem quibus dota- ur hæc excrementa expurgat quibus ex- urgatis ſtatim natiuus calor, ſeu Ar- hæus ventriculi roboratur & vires acqui- it vnde redit coctio & digeſtio ventri- uli chylus laudatus generatur & ex chy- o laudato ſanguis optimus producitur & x ſanguine optimo, vltimum alimentũ artium ſingularum inde peragitur & ſic artes omnes reficiuntur & tabes & ſicci- as ac tridura euaneſcit. Datur etiam & liud medicamentum ſtupendum & mire fficax ad curandam hecticam ſcilicet bu- yrum margaritarum quod ſequenti me- hodo paratur habeatur iu promptu ace- um pulueris hæmetici rectificatum & b aquoſis ſubſtantijs & inſipidis vindica- um, hoc aceto rectificato diſſoluantur nargaritæ optimæ, diſſolutio diſtilletur d ſiccitatem & quod inde diſtillatur in- ipidi ſaporis proijciatur, & quod aci- li vltimo profluit cohobetur & ſuper nargaritas in fundo reſtantes proijciatur & hoc fiat quater aut quinquies, de- nde habeatur ſpiritus vini rectificatus & n eo diſſoluantur margaritæ iam ab ace- to antimoniali, ſeu pulueris hæmetici diſſolutæ & clarificetur diſſolutio, & fil- tretur, & quod clarum & limpidum eſt

diſtilletur margaritæ in fundo reſtante ſiccæ & aridæ iterum diſſoluantur ſpirit vini iam diſtillato ab ipſis margaritis non infirmetur & hoc fiant ter quater do nec margaritæ ſpiritu vini diſſolutæ no relinquant feces quæ ſemper ſunt ſeparandæ per filtrum ab ipſa diſſolutione quinta aut ſexta diſſolutione habebi margaritas diſſolutas quæ frigido congelantur & calido diſſoluuntur veluti butyrum,&dicuntur butyrum margaritas diſſolutas quæ frigido, congelantur & calido diſſoluuntur veluti butyrum, & dicuntur butyrum margaritarum,cuius doſis eſt ʒb. ad ʒj. iuſculo optimo, aut i lacte tepido recenti ex mamma extracto ad curationem febris hectices intra menſem: quæ referuntur de vſu lactis & d balneo aquæ dulcis tepidæ ad curation febris hecticæ parui ſunt momenti & cõfirmatam & diuturnam febrem hecticam curare non poſſunt conferunt quidem profunt, & conſulo his vtique reliqu alijs ſupracitatis medicamentis.

Balneum aquæ dulcis & lactis vſus parum confert hecticis.

Concluſi

Concluſio huis operis.

HAbes amice Lector quicquid de morbis humanis dici poteſt & ne mireris Galeni & Hyppocratis ſententiam & pinionem non ſequar amicus enim Galenus & Hyppocrates ſed magis amica vetas, & vt ex Hyppocrate ipſo didici in iſquitione rerum Phyſicarum, plus poneris eſſe rationem quam anthoritatem, cutus ſum hac in parte rationem meram ipſam veritatem quam didici ex anatoia ipſa rerum omnium, ne me quæſo xiſtimes vanum & ſuperbum hominem im Galenum & Hyppocratem diuinos uaſi Medicinę Authores & artis noſtræ roceres erroris & inſcitiæ vt ita dicam ſimulem & accuſem cum cauſas morboim non nouerint nec eorum curationes culum eorum virorum etſi oculorum & octorum fuit ſæculum tenebrorum & norantiæ, tam vero ſæculum noſtrum t ſęculum lucis & gratię, Spiritus Sanus à quo procedit omne donum ſcienę, iam nobis Chriſtianis plus ſpirat, iam hominibus antiquis paganis & Deũ on credentibus Deum enim non nouerint antiqui & perinde naturam, eius ous noſcere, & intelligere non potuerunt uocirca non mirandum eſt ſi iam pręſen-

Cur Galenus & Hyppocrates nõ mouerunt cauſas morborum.

ti hoc in ſæculo eorum errores & tenebræ manifeſtentur.

Deus enim non patitur amplius veritatem ipſam deliteſcere, & vt ipſe veritas eſt, & lumen & ſe ipſum veris Chriſtianis manifeſtat ſic & veritatem & eius lumen non diutius deliteſcere patitur, non enim erant digni antiqui authores, tanto ſpiritus Sancti dono vt naturam ipſam noſcecerent, cum eius authorem vilipenderent & ipſum glorificare nollent.

Si quid ego ſupra ipſos luminis habeam illud non ex me eſt, ſed ex Deo ſolo, qui me vas indignum elegit, vt annuntiem hominibus veritatem quæ in lumine naturæ ſe manifeſtat, & quæ tot ſæculis occultata, & in tenebris ſepulta remanſit. Reges, principes, & huiusce mundi moderatores omnes admonitos velim vt veritatem hanc amplectentur, & ipſam docere cogant in ſcholis ipſis, nec Doctrina vetus & antiqua vt tenebris inuoluta & falſitate, ipſis noceat amplius, ſi enim Philoſophia & Medicina falſis dignatibus delibutæ, doceri pergantur, non ſolum populus ſed & Reges & principes populorum multum nocumenti inde percipient quod ſi ægretur non rite & vt decet curabuntur ſed in ipſos graſſabitur morbus & dura in ipſos cudetur hæc faba, & mors ſubſequetur immatura: proſpiciant ergo

eges & principes tanto malo cui reme-
um aſſerere non eſt poſſibile, niſi Philo-
phia & Medecina Vniuerſaliter corri-
intur ,& aliter doceantur & id fateri po-
ſt authoritate Regum & principium nam
expectetur communis hac in re Philo-
phorum & Medicorum ſenſus & animus
non continget vnquam, quia tot capi-
tot ſenſus nec omnibus arridet diſqui-
tio veritatis., magis illis placet antiquus
rror quam noua & recens veritas adeo
lis arrident & placent prænauſæ oſtæ
ua ratione fieri potuit inquiat ipſi, vt tot
omines tanto genio & ingenio præditi
anc veritatem non animaduerterint &
c ſoli genio & ingenio inferiori manife-
tata ſit, vanitas vanitatum & omnia va-
itas quod tibi veritas videtur, merum
ſt ſummum, vel melancholiæ ortum &
erum ſpectum vel ſpiradulum quo delu-
us & facinatus quæ tibi in mentem ob-
eniunt, & occurrant Apollinis ipſius
Draculū exiſtimas, & reliqua cuncta me-
is tenebris inuoluta & falſitatis inuolu-
ris obtecta prædicas, collige ſenſus &
oſce te ipſum, homo es & perinde men-
lax, ſicque quæ vera exiſtimemus, pura
nendacia experientur reliqui: ſic in me
nſurgent ſuperciliorum nonnulli quibus
uto & conſulto reſpondes me per quin-
decim annos per animū voluiſſe quod iam

in lucem editurus ſum, & oſtendiſſe mu tis amicorum an probarent vel quid c nouitate iſta, cenſerent probarunt nonu li, alij vero improbarunt coarctius tam vicit me veritas ipſa rerum omnium fo tiſſima quam vbique cernens & expertu cogor hoc opus in lucem edere, fauean qui veritatem amant, reliquos non mo ror.

Laus Deo.

VNIVERSALIS SAPIENTIAE.

LIBER QVARTVS.

In quo ſunt varia ac diſtincta arcana chymica, ad aurum & argentum & mercurium extrahendum ex metallis imperfectis, authori dono data à varijs chymicę operatorib⁹ qui per experientias multas hæc arcana didicerunt.

Authore Petro Ioanne F A B R O *Doctore Medico Monſpelienſe ac Regis Chriſtianiſsimi Ludouici XIV. conſiliario ac Medico ordinario.*

Deus dat ſcientiam ad eius gloriam ecleſiaſtes XXXVIII. Deus dedit hæc, & dabit vltra.

AD LECTOREM BENEVOLVM.

CARISSIMÆ Lector ſecreta hæc & Arcana, ad aurum & argentum faciendum appoſui, & tibi conſecraui non vt à me veriſſime experta ſed tãquam rationi conſentanea & ſecundum rationes & normas ac fundamenta artis Chymicæ vera, nolo enim vos in expenſas conijcere, loco auri & argenti conficiendi crumenas veſtras & ſcrinia auro & argento deplere, & vos penitus emungere ab his & tempus perdendi & coſumendi occaſionem vobis exhibere; hæc enim non eſt mea intenſio ſed ſi qui veſtram reperiantur qui Arcana Chymica ad experientiam exponere cupiant, id melius & rationalibus aurum & argentum expendunt & cum fructu hæc Arcana ibi expoſita experiendo, nam vt aliquid fructus & emoluenti habeamus & Chymicæ arte, neceſſe

eſt vt metalla ſiue pura ſiue impura in ſalem purum conuertamus nam hæc ſalis tantum metallica ſunt nobis vtitia vt tingamus, Arcana autem in hoc præſenti libro expoſita, ad intendunt omnia, vt metalla & reliqua mineralia omnia in ſalem purum & fuſibilem conuertantur, & ſic proficies in arte Chymica, nec me vituperabis ſed laudabis, nolo enim vt aliquid tui expendas in vanum ſed in emolumentum proficiuum vale & me ama. Quicquid enim eſt Arcani in Doctrina Chymica eſt metalla conuertere vt vt dixi in ſalem fuſibilem, & hunc cum ſpiritu qui conuerſionem metallorum in ſalem fecit, volatilem facere, & volatilem fixum & hunc fixum iterato volatilem facere, & hunc iterum fixum facere donec tingat & perficiat in lunificum vel ſolificum, hoc enim eſt ſoluere & coagulare & totam artem ſic perficere & nihil verius in arte eſt Deo ipſo teſte.

ARCANVM PRIMVM.

INCTVRA IXA SOLIS AD Lunam optima.

AVri & veneris an. partes ęquales & funde ſimul in crucibulo forti & xtende in laminas tenues & cimenta cum parte antimonij & cinabrij ; j. lapidis ematitis vitrioli comuni acti , ſalis communis præparati an. li armenici ℥ ß. lapidis azurij ger- i ℥ ß. reducantur omnia in pulue- nuiſſimum & hoc puluere ſtratum ſtratum in crucibulo forti cimenta ebeclerij per 12. horas deinde ab- laminas & funde , & quod ex vene- neſcit in fumum quod ex pondere ſcitur repetito ex noua venere recēti ino extracta , & iterum fac laminas nenta iterum per 12. horas cum pul- prædicto in igne reberterij & hoc

fac per 12. vices replendo ſemper v
rem & in duodecim vice habebis au
tum rubicundiſſimum, cuius pondus
cadit ſuper 12. pondera, Lunæ fix
conuertit in purum aurum, hoc eſt n
tiplicatur aurum.

Qua ratione fixatur Luna.

ARCANVM 2

℞ LVnæ optimæ calcinatæ cum
curio quartam vis reduc in
uerem & miſce cum pari quantitate c
brij antimonij & ſimpliciter, & ſinguli
blimationibus renoua cinnabrum anti
nij, & in tertia ſublimatione quod r
net in fundo, ſolue in aqua forti con
ſita, ex ſale petra & vitriolo an. lib. 1
timonij & viridis æris an. ℥iij. ind
aquam fortem ex arte, in hac aqua
diſſolue tuam Lunam ſuperiori modo
paratam in cineribus calidis fruendo
ſolutionem per tres dies in hiſdem ci
bus in fine trium dierum diſtilla aq
fortem, & quod manet in fundo r
in corpus cum borare & eſt fixa & ti
& recipit mirum in modum tincturam
ſupra præparatam. Et hic eſt modus c
beneficio tinctura veneris, extrahitu
corpore veneris & tranſmitatur in co

ixum ſolis & ex ſale in Lunam fixam.

Tinctura fixa albiſſima ſupra venerem.

ARCANVM 3.

℞ Mercurij ſublimati libb. aut quantum vis olei tartari clariſſimi & impidi lib. 1. boracis libb. diſſoluatur borax in aceto ſtillatio.

Quantum ſatis, filtretur diſſolutio & clara ſit & limpida, coniungatur oleo tartari ſupradicto, deinde cum ipſis permiſceatur mercurius ſublimatus in puluerem tenuiſſimum reductus & diſſoluatur in cineribus tepidis, & ſuper id quod diſſolui non poteſt adde, & proijce nouum oleũ tartari cum borace coniunctum vt prius & diſſoluatur totius mercurius, tua& diſſolutionem diſtilla per cineres & ſuper materiem ſuperſtãtem in funde adde nouũ oleum tartari& ſalis boracis vt potius, donec mercurius maneat in fundo alembici vt cera fluens leuiſſimo calore, & frigere congeletur, huius olei mercurij proijce pondus vnum ſuper venerem fuſæ partes decem, & totum erit argentum optimum & ſic venus tingetur à mercurij oleo fixo, intus & extra & permanebit tinctura in æternum.

Oleum fixum mercurij.

ARCANVM 4.

℞ MErcurij ſublimati & ſalis armoniaci an. quantum vis ſublima ter aut quater, ambo ſimul, donec in fundo vaſis ſublimatorij ſuperſit mercurij maxima quantitas fuſibilis, & in collo retortæ adſit ſal armoniacius, rupta retorta mercurius erit in puluerem reducendus, & diſſolue in aceto ſtillatitio, & filtrabis diſſolutionem, & diſtillabis acetum & quod in fundo remanet iterum diſſolues in nouo & recenti aceto ſtillatitio, & tandem cum aqua communi ſtillatitia diſſolutionem facies multoties donec mercurius tuum ſit conuerſus in purum oleum quod omnia diſſoluet & potiſſimum aurũ & argentum & aurum & argentum in hoc oleo mercurij diſſoluta, & cocta ſimul donec in oleum fixum conuertantur aut ſalem fixum, faciunt miram & ſtupendam proiectionem in venerem imo ſuper mercurium crudum qui eo oleo aut ſale fixo conuertitur in argentum purum, ſi hoc ſal volatile fiat & iterum fixetur hoc erit fortius Arcanum.

Antimonij cinabrium rubeum.

ARCANVM 5.

℞ ANtimonij optimi & mercurij ſublimati an. partes æquales diſtilla per retortam, materiæ retortæ ſuperſtiti, adde nouum mercurium ſublimatum & prius iterum diſtilla, & tandem pelle fortiſſimo igne, ſublimabitur cinnabrium antimonij in collo retortæ, quod per tres dies in noſtris retortis eſt ſublimandum donec rubicundiſſimum ſit, liquor autem qui ſtillat ex mercurio ſublimato & antimonio eſt rectificandus diſtillationibus multus donec nullas deponat feces, huic deinde erit conuertendum mercurius ſeplius ſublimatus & per varias & multipli-ipliciter iteratas diſtillationes erit fixandus quod facilius obtinebis ſi oleum ſuperius deſcriptum cum Luna coniunctum coniungas & ſimul figas iteratis cohobationibus habebis oleum mercurij & antimonij quod mirum eſt ad Iouem in Lunã conuertendum vnum pondus ſupra decem pondera Iouis fuſi.

Tinctura fixa ſuper venerem.

ARCANVM 6.

℞ OLei tartari fixi vt inferius docetur & ſulphuris viui an. ℥ij. miſce fiet inde paſta quã in retortã collocabis & ſtillabis,& egredietur indiſtilatione liquor rubens, qui liquor erit conuertendus cum mercurio crudo in retorta vitrea, & ſtillabis liquorem & remanebit mercurius fixus in fundo retortæ & huius mercurij fixi proijcies ſuper venerem fuſam in crucibulo, partem vnam ſuper quinque veneris partes, iſtud Arcanum ego exiſtimo fieri non poſſe, niſi tartarum ille fixum habeat in ſe Lunam oleum fixum, quia non datur tinctura fixa ſine metallis perfectis in oleum conuerſis vel in ſalem fixum ex quo fit oleum fixum coctione perenni.

Oleum tartari fixandum.

ARCANVM 7.

℞ TArtari calcinati ad albedinem diſſoluetur in aquam communem filtra & clarifica, deinde in vrinali vitreo euaporem in cineribus lento calore donec

pellem & cutem in ſuperficie induat, hoc ſigno viſi, da & infunde parum aquæ cõmunis, coque iterum donec cutem induat in ſuperfice, ponatur iterum aquæ communis parum & coquatur iterum donec cutem iterum induat pane aquam iterum & coque iterum donec cutem induat, hoc ac multoties & tandiu, donec nullam cutem induat & tunc temporis fixum eſt & permanet in igne fuſum.

Ad oleum ſalis armoniaci fixandum.

ARCANVM 8.

℞ SAlis armoniacis lib. 1. calcis viuæ ℥ viij. aquæ communis ℥ b. miſceantur ſimul & incorporentur & ponantur in crucibulo forti cooperto, & lutato optime & pone in igne cimenti per quatuor horas poſtea tolle ex igne, & diſſolue in aqua communi calidiſſima, & fac bullire per horam deinde filtra & clarifica, & euaporetur aqua & congela ſalem & congelatum pone, in albuminibus oui ſimul mixtis: & in humido diſſolue in oleum pulcherrimum fixum cuius olei ſi coniungatur cum mercurio ſepties ſublimato æquali in quantitate & ſublimetur cohobando ſuper materiam quæ ſublimare non poteſt donec ambo figantur in oleum

fixum cuius pondus vnum, cadit ſupe venerem fuſam partes 12. & tingit eas miro modo, & permanet eius albedo in æternum & ſi cum oleo Lunæ id coniungatur erit nobilius & perfectius.

Tinctura mira rubea ex vitriola extracta

ARCANVM 9.

℞ VItrioli Romani ad rubedinem exſiccati quantum diſſoluatur in aceto ſtillatitio & filtretur & clarificetur, & euaporatio deſiccetur & congeletur, & reducatur in puluerem tenuiſſimum aqua ſalis armoniaci per diſtillationem extracta imbuendum donec humeſcat deinde deſiccatur igne leui & deinde imbibatur aqua ſale armoniaci vt prius deinde deſiccetur, & hoc fac toties donec tantum aquæ ſalis armoniaci biberit quantum eſt ponderis ipſius vitrioli, deinde pone ipſum vitriolum ſic imbibitum in matratio capaci vitreo forti optime obturato & pone matra tum, tum optime obturatum in ſino calido per quindecim dies aut in videmia putrenti, quæ magis æqualitatẽ caloris obſeruat, deinde ſole ipſum vitriolum cx matratio & pone in retortam optime lutatam & pone ad diſtillandum lento igno donec nun amplius ſtillet, tunc auget

ugere & vigora ignem per grandus, do-
ec exeat ſpiritus tunc continuandus eſt
gnis in ipſo gradu.

Donec exeant omnes ſpiritus, tunc
dhuc vigorant dies eſt ignis donec rubeſ-
at retorta, & optime candeſcat, & ſic
ubificetur vitriolum, deinde auferatur,
: puluerctur vitriolum & cum materia
ublimata in collo retortæ reperta con-
ungatur tenendo, & cum aqua ſua egreſ-
in recipienti contenta permiſceantur
n bibendo terendo & deſiccando donec
mnis aqua infuſa, & imbibita ſit, cum
rædicto vitriolo, & ſublimatione itera-
, coniungata materia volatilis cum fi-
a, & maneat materia fixa & rubicundiſ-
ma vt ſanguis, quæ iterim eſt in pul-
erem reducenda, & in fiola vitrea forti
ollocanda, & optime obturata, ſeperien
a eſt fiola vitrea cum materia in loco hu-
ido & frigido per quindecim dies aut
lus donec ſoluatum in aſiuam rubicun-
iſſimam quam filtratam & clarificatam
roijcies ſuper mercurium ſeptres ſubli-
atum & rubificatur mercurius & conuer-
tur in oleum rubeum quod coniunges
im oleo ſolis æquali in quantitate & ſi-
ul igne leto fixabis in retorta abſtrahen-
o humiditatem ſuperfluam & erit mede-
na perfecta, cuius vnum pondus cadit
iper pondera 1000. mercurij crudi ca-

lefacti in crucibulo, vel ſuper lunam põdera 1000. vel cuiuſcumque alterius metalli, imperfecti; & conuertetur metallum impurum, in puriſſimum aurum.

Ad oleum auri conficiendum vt arcanum ſupradictum perficiatur.

ARCANVM 10.

℞ SOlus quantum vis diſſoluatur in aqua forti regali cui ſal armoniacum diſſolutus ſit vel ſal commune, in prædicta iſta aqua diſſolue ſolem tum & foue diſſolutionem per quindecim dies deinde abſtrahe per diſtillationem aquam fortem & cohobando multoties reduc aquam diſtillatam ſuper materiam ſuperſtantem in fundo vaſis diſtillatorij & renoua aliquo tres aquam fortem donec Sol maneat in fundo vaſis in oleum rubeum conuerſum huius olei quantum eſt diſſoluatur in aqua ardenti deflegmata & coniungatur deinde abſtrahatur aqua ardens, & ſpiritus vini & remanebit oleum ſolis in fundo vaſis hoc oleum coniunge cum mercurio ſublimato ſuperius citato in arcano ſuperiori & fiet inde medecina perfecta.

Ad aurum argentum & multiplicandum pro ſingulis vncijs auri dantur ſingulæ dragmæ pro augmento.

ARCANVM II.

℞ SOlis fotiali optimi ℥j. mercurij optimi ℥iiij. miſceantur ſimul & fiat amalgama, & ponatur in ſole lente calido donec indureſcat amalgama, deinde recipe ſalis communis decrepitati quantum ponderat amalgama & miſce ſimul triturando, & pone in retorta vitrea & diſtilla per cineres fortiſſimo igne, & tranſeat mercurius & ſeparatur ab auro quod in fundo retortæ remanebit quod eſt lauandum aqua communi donec ſapiat nihil ſalis, & deinde ſfunde & liquatur ſolum & inuenies multiplicatum ex dragma vna pro vncia, quod ſi iterum illud aurum cementetur cemento in arcano primo deſcripto & iterim amalgametur cum mercurio ex primo amalgamate egreſſo multiplicabitur magis ac magis ita vt totus mercurius conuertetur in aurum purum per vices multas elatas cementando aurum & amalgamando cum mercurio & cum ſale decrepitato permiſcendo vt dicitur in arcano prædicto.

ARCANVM 12.

De tinctura fixa ſuper venerem.

VEneris limaturæ libi. mercurij optime loti libras duas & cum vitriolo ſimul tere in mortario marmoreo donec ſimul amalgamentur hoc amalgama teres & multis lationibus donec candeſcat optime, adde huic amalgamati ſalis armoniaci libi. arcenici albi ℥ vj. tartari albi ℥ j. ſalis communis decrepitati ℥ j. tritura omnia ſimul, & imbibe puluerem cum aceto ſtillatitio donec maſſa ſit ſpiſſa & craſſa vt mel, ponatur in retorta & diſtilletur quod ſtillare poteſt, & quod ſublimatur reduc ſuper feres triturando & imbibendo cum nouo aceto ſtillatitio, donec nihil aſcendant ſed omnia fixa maneant in fundo, quæ omnia triturentur, & miſceantur cum albaminibus oui & deſiccca lento calore, & pone in olla: non vitrea, cum corperculo optime lutato, & calcina per diem vnum in igne ſalis forti deinde diſſolue materiem hanc in aceto ſtillatitio minerali, & filtra & clarifica & euapora diſtillando acetum ad ſiccitatem ſolue iterim & filtra & clarifica, & hoc quater repete, donec materia fixa remaneat in fundo alembici & oleum fuſum,

Etiam hoc debet eſſe acetum mirale & nitro extractum hoc enim ſolum facit ſolutiones & coagulationes.

uius pas vna coniuncta & liquefacta ſuer tantundem Lunæ optimæ cadit ſuper iginta pondera cupri purgati, & ſi mulpties ſoluatur materia in aceto ſtillatitio ninerali & ſæpius coaguletur & ſoluatur na pars tandem cadet ſuper lentum ciuti purgati.

ARCANVM 13.

Purgatio cupri ad recipiendam tincturam ſupradictam.

ACipiantut albumina ouorum 100. & agitentur ſimul cum baculo, & cōuenrtantur in aquam in aqua aqua ponaur calens teſtaminum ouorum ad quantiem lib.1. tartari irudi libi ponantur hæc omnia in vitreo vaſe optime clauſo ſub ſub fimo equino calido, per octo dies & deinde diſtillentur per retortam, & in hac aqua, extinguetur cuprum fuſum & iqua tum ter aut quater & ſic erit præparatum & purgatum cuprum ad recipiendā tincturam.

ARCANVM. 14.

De congelatione mercurij.

MErcurij ſic præparati qnantum vis bulliat Mercurius in ſucco limonum per ſex horas, deinde bulliat iterum per ſex horas ſucco brarcæ vrſiuæ & deinde per alias ſex horas, in oleo cõmuni & aceto communi forti in æquali quantitatem, & pone mercurium ſic præparatum in matratio forti, vitreo optime lutato, ſequenti luto, ℞ caloris viuæ, optime trita vultri optim^e^ triti, & ſalis communis lib. 1. exortibus cum albuminibus oui fiat paſta dequa fiat lutum quo lutetur ex arte matratiũ in quo eſt mercurius prædicto modo præparatus ſit autem ſtrictiſſimi oris matratum & optime claudatur vitro, & vitreo luto predicto, & ponatur in igne lento in cineribus per tres horas deinde conſtrue ignem, & continua in tali gradu per diem alterum, & eo tranſacto rumpe vitrum, & iuuenies mercuriũ in lunam conuerſum.

ARCANVM. 15.

:x regulo antimonij vt inde aurum fiat optimum.

℞ REguli antimonij puri auri puri & argenti an. partes æquales, liqua & unde in crucibulo & erit natura friabilis t vitrum tunde ipſum, & puluera, & fac malgama ipſius pulueris cum mercurij ntimonij ℥9.ſeſent ℥ iij.materiæ prædictæ laude hoc amalgama in matratio optime lauſo, & pone ſuper ignem lentum per nenſem, materia hæc per menſem in tali gne, inſpiſſabitur & nigreſcet, ſecundo nenſe augmentabis ignem aut profundius natratium iterum ſepelies in cineribus, ſe- undo deinde menſe adhuc ſepelies pro- undius matratium, & augmentabis ignem k ſic materia creſcet in arborem minera- em, continua adhuc hunc gradum ignes ver menſem & tandem per octo dies creſce gnem donec fundatur natura hanc natu- am iterum cum nono mercurio commu- ii optime loto amalgamabis, & coques terum per tres menſes vt feciſti augmen- ando ignem & ſic habebis naturam pro- ectionis vnum ſuper decem lunæ & :onuertetur in aurum purum. Quod ſi ıæc natura per ſublimationem depuretur

Mercurij ex antimonio ex tractio docetur ar- cano. 21.

perquam optime, & deinde figatur ita vt conuertatur in puluerem fuſibilem vt cera aut butyrum habebis puluerem proiectionis ſuper omnia metalla vnum pondus ſuper mille metalli cuiuſuis impuri & ſi adhuc diſſoluatur hæc naturam in celo ſtillatio minerali & deinde coaguletur, multoties adhuc perfectius operabitur, & ſi ſoluatur in aqua communi ſtillatitia ſæpius & coaguletur materia adeo vt dulceſcat, perfectus adhuc operabitur, & morbos curabit omnes tum hominum & metallorum modo in oleum dulce rubeũ conuertatur iteratis ſolutionibus & coagulationibus in aqua communi factis.

ARCANVM. 16.

Pro ſole faciendo.

℞ SAlis petre viridis æris, ſulphuris viui vitrioli Romani an. libb. ſalis armoniaci ℥iiij. cinnabrij ℥ij. miſce in puluerem tenuiſſimum in retortam luto munitam & diſtilla aquam fortem obſeruatis ignis gradibus in hac aqua forti ſolue ſolis optimi ʒj. deinde in alio matratio ſolue ſeparatum mercurij optime loti ℥iiij coniunge diſſollutiones & ſepara lẽto igne aquam fortem deinde cohoba ter ſuperponendo aquam egreſſam ſuper fecem aut

materiam ſuperſtitem in fundo retortæ , & pone aquam communem ſæpius ſtillatam cum aqua forti quæ inde egreditur, & ſolue materiam & filtra & clarifica , & hoc multoties itera ſeparando aquam fortemquæ vltimo egreditur , & ponendo primam aquam quæ dulcis eſt , vt tandem hac aqua dulceſcat materia in fundo restans & conuertatur in oleoum dulce & fixum cuius pondus tam ſuper 20. pondera Saturni vel Lunæ conuertit in aurum.

ARCANVM 17.

Pro dealbando cupro.

SAlis communis calcinati ℥b. calcis vitiæ b. arcenici calcinati ℥j. tartari calcinati ℥b. ſalis armoniani fixi & boracis an. ℥ij. mercurij ſublimati ſepties miſce fiat ex omnibus puluis per horam calcinandus & deinde ſaliendus in aceto ſtillatitio & filtrandus , & euapora diſſolutionem & calcina parum & iterim ſolue in aceto, hoc multoties itera donec habeas ol fuſibile vt cera : & oleum incōbuſtibile ex quo proijce vnūm pondus ſuper decem pondera cupri purgati ſuperius arcano in & habebis argentum optimum, & hæc eſt optima cupri dealbatio.

ARCAMVM 18.

Pro ſole cementando.

℞ Vitrioli Romani ℥iij. ſalis armoniaci ℥ j. viridis æris ℥ ß. croci martis ℥j. ſalis petræ ℥j. miſce fiat puluis ſublimandus donec omnia in fundo quieſcant deinde hæc omnia ſoluantur in vrina putrefacta, & filtra & clarifica ſolutionem deinde euapora ſulutionem, quod in fundo remanet eſt arcanum cementi, ſi hoc puluere cementes Lunam cum auro in æquali quantitate fuſam & in tenues laminas diſtinctam conuertetur in aurum optimum.

ARCANVM 19

Oleum ſulfuus viui.

℞ Tartari calcinanti libi. ſulfuris viui libb. reducantur in puluerem & includatur retortæ & claudatur optime per duos dies abſque diſtillatione his diebus tranſactis diſtilla per cineribus igne forti, habebis oleum mirum quod curat caducũ certiſſime, modo guttulæ decem propinentur ſingulis diebus mane ieiuno ventriculo, indicat etiam mercurium qui vt

Cura opilepſię.

|ui vt ſuprà diximus arcano præſenti cu-
at etiam caducum ſi ad grana decem pro-
ıinetur & dealbat venerem perquam op-
ime ſi ſuper ipſam fuſam & liquatam
ɔroijciatur.

ARCANVM 20.

Pro ſole.

SOlis ℥j. Lunæ ℥ß. mercurij optime loti ℥ij. amalgamentur ſimul & a-
nalgama claudatur in vaſe vitreo optime
lauſo, & ſtet ibi per 20. dies aut 30. in
gne lento, & conuertetur amalgama in
ɔuluerem rubeum hunc iunge cum nouo
nercurio & coque iterum donec figatur
ıoc quater repete, hunc puluerem ſolue
n aqua forti ſequenti vitrioli romani li-
naturæ martis ſulphuris viui ſalis com-
nunis ſalis petræ an. libb. ex his omnibus
ɔaretur aqua fortis per diſtillationem quę
rit rubicundiſſima, in hac aqua ſolue,
uam prædictam materiam ex auro argen-
o & argento viuo præparatam & abſtra-
ıe aquam fortem, & cohoba multoties
lonec aqua alba egrediatur, iterum ſolis
n aceto mercuriali ſtillatitio: & filtra &
larifica abſtrahe acetum, deinde ſoluatur
nateria iterim aqua communi ſtillatitia,
& filtretur, & clarificetur & abſtrahatur

aqua ſtillatitia communis donec materia in fundo vaſis remaneat in oleum fuſum conuertatur ſeu ſal fuſibile cuius pondus vnum ſupra 100. pondera mercurij crudi excalefacti proijcitur & totum conuertitur in aurum optimum.

ARCANVM 21.

Extractio ☿ ij. ex antimonio.

ANtimonij ℥viij. pulueriſetur per quã optime & includatur in maratium capacem cui ſuper impone aquæ vitæ optimæ libij. ſalis armoniaci ℥iij. ſalis tartari ℥vj. miſceantur ſimul in matratio illo, & obturetur quam optime, & permiſceantur & putreſiant in fimo equino calido per quindecim dies deinde circulentur in cineribus calidis in matratio illo optime clauſo, per octo dies deinde bulliant per duos dies & inuenietur mercurius in fundo matratij currens & volatilis ex ſingulis octo varijs inuenies vncias quinque mercurij currentis & volatilis, hic mercurius eſt optimus ad arcanum 15. præparandum & perſiciendum.

ARCANVM 22.

Elixir ad aurum.

SVblima ſepties mercurium cum ſale communi, præparato, vltimo ſublima ipſum cum ſale armoniaco quinquies aut ſepties donec mercurius maneat in fundo fuſibilis vt cera, hunc ſolue in aceto diſtillatitio minerali & filtra ſolutionem & coagula, diſtillando acetum, deinde ſoluatur aceto mercurius & hoc ter aut quater repetendo, donec ſoluatur mercurius vt cera, hunc mercurium ita præparatum ſolue in aqua pluuial iſtillatitia clariſſima & congela idque pluries & tandem ſolue in humido aeris, huic ſolutioni claræ & limpidæ adde calcem ſolis per mercurium & ſalem communem præparatam & ſoluetur calx ſolus in liquorem rubicundiſſimum, qui varijs ſolutionibus & congelationibus conuertetur in oleum fixum & uerum elixir cadens ſuper 1000. pondera Lunæ in ſolem verum & optimum,

ARCANVM 23.

De *lacte virgineo extrahendo.*

MErcurij ſepties ſublimati lib hunc diſſolue in aqua ſequen ♃ roris maij ſexties diſtillati lib. 1. aqu fortis communis ſepties diſtillatæ lib. 1 miſce ſimul & diſtilla retortam bis aut te hoc erit acetum acerrimum in quo deb ſolui mercurius ſepties ſublimatus & ſolutus putrefieri per menſem in fimo equino, deinde diſtillare & coniungere ſempe aquam diſtillatam cum parte mercur quæ in fundo remanet donec tota aſcen dat per diſtillationem quod breui fiet ſis ſubtilis naturæ indagator & operato quia multiplicanda eſt roris maij aqua c aqua arida quæ ex mercurio aſcendit, au mercurius in fundo remanens diſſoluendus aqua diſtillata roris maij donec tand aſcendat & acida fiat omnis quæ dicitu lac virgineum,& acetum acerrimum ſtillatitium ad ſoluenda omnia corpora metallica, & in ſalem fuſibilem conuertenda & in oleum fixum inconbuſtibile cuius beneficio omnia fiunt arcana perfectiſſima cuius abſentia omnia falſa reperiuntu vnde hoc aceto vtendum eſt in omni arctauo peragendo & perficiendo.

ARCANVM. 24.

Pro cupro dealbando.

LVnæ optimæ quantum vis funde in crucibalo & ſuper lunam liquatam proiice vrcenicum criſtallicum albiſtrum in cruſtula quantum ponderat tua, & projice in cannam & erit luna fragilis vt vitrum, hanc tritura, & permiſce cum æquali pondere mercurij ſepties ſublimati & iterum ſublima donec figatur mercurius cum luna in fundo vaſis, & ſi cito id non fiat coniunge tuam lunam ſic præparatam cũ mercurio fuſibili cum ſale armoniaco ſuperius præparato, in arcano quarto, & tunc fixabitur tua natura perquam optime, & hæc natura ſoluatur in lacte noſtro virgineo ſuperius præparato, & ſolutionibus multis iteratis conuertur in ſalem ſuſibilem, & oleum ſixum aqua ſtillatitia dulcificandum cohobationibus iteratis donec dulceſcat & acrimonia tollatur omnis, tunc temporis perfectiſſimum eſt oleum, & calidi vnum pondus ſupra 1000. cupri fuſi, & lingit in æternum & permanet ſemper in ipſo igne tinctura hæc.

ARCANVM. 25.

Ex *antimonio & mercurio.*

MErcurij ſepties ſublimati cum vitriolo & ſale communi, mutando ſingulis in viribus vitriolum ad rubedinem calcinatum, & ſalem communem deminitum ſolutum deſucatum & purum factũ vt inde per ſublimationem mercurius extrahat tincturam vitrioli & ſalis communis ℞.ergo huius mercurij ſepties ſublimati lib. 1. & antimonij mineralis ſeu mineræ antimonij tantumdem reduc omnia in tenuiſſimum puluerem & ſimul miſce & ponatur rectorta in fimo equino calidiſſimo, per 25. dies aut per menſem, trans acto menſem, colloca retortam in furno cinerum & diſtilla igne ſatis lento per duodecim horas deinde vigora ignem donec oleum rubeum veniat tunc extingue ignem donec oleum rubeum veniat tunc extingue ignem diſtitillationis & refrigeratis vaſis, rumpe oleum ſtillantem in vas recipiens& praue in retortum optime clauſum, & colloca in ſumo calido, per octo dies deinde diſtilla in balneo mane, per ſex vices, deinde in cineribus calidis ſextem iterum vires donec clariſſima fit, & limpida & buceat vt aurum in hac aqua diſſoluatur

iſſoluatur aurum calcinatum cum mer-
urio & ſale, & vel ſit conuerſum in o-
eum fixum, & coniungatur hoc oleum
um æquali in pondere, & coquantur
mul donec ſigantur vel diſtilletur pars
olatilis ſuper fixam in fundo vaſis rema-
entem donec figantur omnia, huius olei
xi pondus vnum tingit Lunæ partes nul-
in aurum purum & luminæ Lunæ ex-
alefactæ, & extinctæ in hoc oleo con-
ertuntur in aurum purum & optimum
inerale ſuperans radijs & tinctura & fi-
at mercurium crudum in aurum verum
guttulæ quædam proijciantur in mer-
urium in crucibulo excalefactum: mul-
plicatur eius virtus & efficacia ſi mul-
ties diſſoluatur ſimili aqua extracta ex
ntimonio & mercurio ſepties ſublimato
epetitis diſtillationibus & putrefactioni-
us.

ARCANVM 26.

Ad argenti tincturam ſuper cuprum.

LVnæ amalgamatis cum mercurio ℨij mercurij extractati ex mercurio ſu blimato cum calce viua & ticturo ℥iij. l uetur bene ſale & aceto, ſalis optimi pu gati ſæpius vt fluat vt cera, quod fit mu tis ſolutionibus calcinationibus & fuſi ribus ſalis iteratis miſce totum in vaſe xatorio per menſem ſuper cineres calid & totum fixacitur cui toto adde mercu ſublimati fixi ex ſublimationes iterata ſale armoniaco, triplex pondus & f iterum & coque per menſem & fixabi perfectius & hoc quater repete donec m teria fluat vt cera ſine fumo, proijce v pondus ſupra veneris pondera decem colorabitur perfectiſſime in argentum.

ARCANVM 27.

Ad auri tincturam ſuper Lunam.

LVnæ optimæ ℥ij. ſolis optimi ℨj. fu de ſimul & reduc in laminas ten diſſolue eas in aqua forti huic diſſolut ni adde mercurij ſepties ſublimati ℥iij diſtilla materiam ad ſiccitatem vſque,h

ateriæ deinde adde mercurium fixum fluentem per ſalem armoniacum præ-ratum vt ſupra & omnia iterum diſſol-& abſtrahe aquam fortem ad ſiccitatem cohoba ter repetendo donec materia iat vt cera ſine fumo huius proijce vnũ ndus ſupra decem pondera Lunæ co-latæ: & erit aurum.

ARCANVM 28.

Ad auri ticturam ſupra Lunam.

SOlis optimi calcinati cum mercurio ſulphure & ſale communi præpara-& optime purificato, lauetur calx aqua lida donec calx ſalis ſit ab omni ſalce-e priuato, huius calcis ♃ ℥ij. mercu-ſepties ſublimati & in mercurium cur-tem redacti ℥ij. miſce optime, & pone vaſe fixatorio ſine matratio forti optime uſo in athamore per menſem, & con-latam materiam iterum ſolue cum eo-m mercurio eodem modo præparato ſupra, triturando & miſcendo, donec teria fluat vt cera, quæ quidem mate-ſic præparata, ſoluenda eſt in lacte no-o virgineo ſeu aceto noſtro ſtillatitio arcano ſuperiori 23. declarato, & filtran-eſt materia vt clareſcat, & multoties ſoluenda & deſicando cohobationibus

multis multoties iteratis donec fluat m
teria vt cera ſine fimo, quæ edulcoran
eſt ſpiritu roris maij vt acredo euaneſ
tunc temporis eſt verum elixir, cad
ſuper Lunam fuſam vnum pondus ſu
mille pondera Lunæ fuſæ & erit omne a
rum optimum, & verum eſt hoc aurum
cum patientia elaboretur eſt longæ pr
parationis.

ARCANVM 29.

Ex *ſulphure & marte pro tinctura Lu in aurum.*

REcrementa martis quæ in officias
brorum ferra norum reperiuntur
concutitur ferrum candens ♃ horum
crementorum lib. 1. ſulphuris flaui ta
tumdem miſce ſimul& conbure addito n
uo ſulphure ad ℥ j. aut duas pro tertia a
ſecunda conbuſtione, conbuſtum hoc f
rum rempe, & retortæ inde & diſtilla p
cirenes obſetuatis ignes gradibus diſtil
bitur oleum ſulphuris maxima in quan
tate, quia ſulphur ferri additur ſulph
communi, & humidum eius augmen
peracta diſtillatione auge ignem vt ma
ria in fundo retortæ relicta candeſcat
optime calcinetur ad rubedinem hanc m
teriam ſic calcinatam rubeam rempe,

ꝺijce ſuper ipſam ſuam aquam ſtillatam
vaſe vitreo , & adde ſpiritum viui
ater plus quam fuerit olei ſeu aquæ aci-
ſtillatæ ex ſulphure & marte & pone
cineribus calidis vt lente bulliat & tru-
uram extrahat bullendo ex natura cal-
ata hanc tincturam extrahe per incli-
tionem , & adde nouum ſpiritum viui ,
pone in calore leui ad digerendum do-
c coloretur , hanc tincturam extrahe &
iori coniunge & hoc totus repete donec
nplius ſpiritus viui non tingatur , pone
iritum viui tincturam in vaſe ſtillaterio
leuiſſimo igne extrahe & ſepara ſpiri-
m à tinctura quæ remanebit in fundo
ſis ſpiſſa vt mel cur adde mercurij
ptime loti tantumdem & permiſce , &
ns calore lento per diem vnum donec
ercurius figatur in puluerem , rubeum
lue hunc pulueris rubeum in lacte no-
ro & filtra & clarifica ſolutionem , & ex
cca extrahendo lac noſtrum & coheba
ultoties donec in oleum rubeum con-
ertatur , fixum hanc oleum coniunge
um æquali quantitate olei ſolas & per
enſem fons in calore tenui , & perfecte
xatur oleum martis ſulphuris & mercu-
ij & dat tincturam miram ſuper lunam
num pondus ſupra centrum pondera lu-
æ fuſæ.

ARCANVM 30.

Ex ſolo ſulphure viuo & argento viuo pro tinctura lunæ in aurum.

℞ SVlphuris viui ſeu virginei, quo fuſionem non paſſum ſit ſed ex mi nera ſua & fodina eductum ſit, ſiue la quefactione habet enim tincturam maio rem ℞ huius ſulphuris libii. reduc in pul uerem & pone in vrinali vitreo capaci forti, ſuper paue ſpiritum viui ab omni flegmate depuratum vt manet ſuper ſul phur quinque aut ſex digittos, & colloc in cineribus tepidis vt bulliat lente, & ſ diſcorpectum vrinale in quo eſt ſulphu bulliens cum ſpiritu viui, & ſpuma qu ſuperuenit cum cocleari liqueo tolle ſepara, & continuetur per tres dies & nc ctes hæc ebullitio, & ſi ſpiritus viui def ciat addatur nouus & fine dierum triu erit ſulphur fuſibile & inconbuſtibile exſicca bene lento calore continuato d nec deſiccat omnio ſpiritus viui hoc ſul phur fixum & inconbuſtibile ℞ & permi ce ipſum cum æquali quantitate mercur optime loti, in ſcutella terra vitreata cum piſtillo vitreo donec optime ſimu permiſceantur deinde ponę in matrati vitreo forti cum ſpiritu vini quatuor di

tis ſupernatante, & obtura optime ma-
itium quod collocabis in fimo equino
r quindecim dies calido, & deſiccabi-
r ſpiritus viui ſuper materiam & erit
ateria ſicca, transfer vne ex fimo, in
neres lente calidos, & deueniet materia
gra vt pix in paucis diebus, & conti-
ua hunc lentum colorem donec materia
anſeundo per omnes colores deueniat
l rubedinem perfectam rubini inſtar, fi-
a adhuc hanc materiam in vaſe fixatorio
athamone per menſem, donec odor ſit
ptimus & ſuauis, qui perſentitur ex a-
ertura vaſis, & ſi diſſoluatur hæc mate-
a in lacte noſtro & iterim ſoluatur in ſpi-
itu roris maij donec dulceſcat, perfectius
perabitur aurum vnum pondus cadit ſu-
er mille pondera Lunæ fuſæ & ſuper alia
mnia metalla etiam cadit & traſmutat
pſa in optimum aurum imo & mercuriũ
rudum in crucibulo excalefactum tranſ-
mutat in lapidem eiuſdem virtutis & effi-
caciæ & huius mercurij pondus vnum
cadit ſuper centum pondera argenti viui
& fixat in aurum.

ARCANVM 31.

Arcenici præparatio ad dealbandam venerem.

℞ SAlis intri aluminis Rochæ ſalis cõmunis præparati an. libi. fac aquã fortem vt moris eſt, feres huius aquæ fortis accipe & tritura & his fecibus optime tritis adde arcenici criſtallini pulnerati libi. & ſublima ſemel ſublimatum hoc arcenicum & trituratum ſalue in prædicta aqua forti ſolutionem clarifica, & diſtilla per retortam arcenicũ manet in fundo ſiccum quod in humido loco in oleum conuertitur huic oleo adde oleum Lunæ ſuperius multis in arcanis præparatum & fixa ſimul per menſem fouendo & abſtrahenda per diſtillationem ſuperfluam humiditatem donec remaneat in fundo vaſis diſtillatorij in verum oleum fixum tingens & penetrans cuprum, & mutans in verum argentum pondus vnum ſuper 100. pondera cupri fuſi.

ARCANVM 32.

Pro Luna fixa & in aurum tinctura

℞ LVnæ optimæ calcinatæ cum mercurio & ſale communi præparato miſce cum pari quantitate cinabrij antimonij & ſublima idque ter, & in ſingulis ſublimationibus repete cinabrium antimoniale hanc materiam deinde ſolue in aqua forti compoſita ex libi. ſalis petræ & vitrioli an. antimonij viridis æris an. ℥iij. in hanc aquam pone tuam Lunam ſuperius præparatam & ſolue in cineribus calidis: fouendo diſſolutionem per tres dies, in fine trium dierum diſtilla aquam & feres reduc in corpus per liquationem cum borace & remanet tincta Lunæ quæ conuertendis eſt cum ſolis optimi pari quantitate & omne eſt optimum aurum,

ARCANVM. 33.

Aqua mercurij.

MErcurij ſublimati & bene puluerati lib. 1. extendes ſupra laminum iouis fortē in medico perforatum & pone ſuper vitritum infundibilum in loco frigido, & humido, & ſoluetur in aquam, quam diſtilla in balnea & hoc iterabis toties donec tota materia conuertatur in aquam & aſcendat tota per diſtillationem balnie ♃ totam iſtam aquam diſtillatam & diitalla ſupra cineres quod reſidum eſt in fundo alembici: eſt iterum aeri frigido & humido exponendum vt ſoluatur in aquam quam per balneum mariæ diſtillabis & iterum per cineres donec nullas feres in fundo alembici relinqunt, huic aquæ mercuriali ſepties per cineres diſtillatæ aurum calcinatum cum mercurio ſulphure & ſale, eſt diſſoluendum & hæc diſſolutio eſt putrefacienda per quindecim dies in fimo calido, & deinde per cineres diſtillãda lento igne & per cohobationem reijcienda ſuper feres donec conuertatur, in oleum verum fixum cuius virtus eſt mira cadit vnum pridus ſupra 100. lunæ fuſæ pondera & conuertit in aurum purum, hoc arcanum pro fundus tingit & tranſmutat

ſi oleum eius dulceſcat ſpiritu roris maij ſæpius diſſoluendo hoc oleum in oleo ſpontu & diſtilando & cohobando ſic creſcit eius virtus & efficatia & morbos curat omnes tum humanos tum metallicos.

ARCANVM. 34.

Pro tinctura lunæ in aurum.

AVri optime calcinati, croci martis ærue vſti, aua partes æquales, his adde ſatis armoniaci ruficati ſupra crocum martis per diſſolutionem eius ſalis armoniaci, cum acetto ſtillatitio fortiſſimo, & croco martis ſic ſoluitur crocus martis & tingit ſuo colore ſalem armoniacum & per exſiccationem & ſublimationem tinctura illa coniungitur ſali armoniaci huius ſalis armoniaci ℥iiij & ſolus in aceto noſtro lacteo virgineo & pone in hac ſolutione tuos pulueres ex auro croco & ære vſte factes & fac curbi diſſolue omnes pulueres & diſſolutionē clarifica & putrefac per menſem in fimo calido equino deinde diſtilla hanc ſolutionem putrefactam per retortam in cineribus lento igne, & cohoba ſaper feres ponenda aquam quæ aſcendit donec materia in ſalem fuſibilē conuertatur quæ edulcoranda eſt cum ſpiritu roris maij & tunc profundius tingit: vana pane ſupra 10. partes lunæ fuſæ in aurum optimum,

ARCANVM 35.

Vt crocus martis nobilis fiat ad hoc arcanum perficiendum.

LImaturæ calibis quantum vis & laua ipſam limaturum cum aqua in qua ſit ſal diſſolutum & laua decies aut viginti vices donec limatura fit clara & lipida, & exſicca ipſam & pone in vaſe vitreo & pone ſupra acetum fortiſſimum ſtillatium cui boni bona quantitas ſalis armoniaci ſit diſſoluta, & pone ad ſolem per octo pies, & moue ſingulis diebus agitando matratum in quo eſt materia deinde tolle acetum per inclinationem & nouum pone acetum ſtillatitium cum nouo & recenti ſale armoniaco, & ad ſolem pone agitante vt ponus donec coloretur acetum & hoc tinctum acetum tolle vt ponus & cum priori coniunge & hoc ſuc toties omnis limatura ſit ſolita in aceto ſale armoniaco impregnato, has tincturas recijs, diſtilia lentiſſimo calore & in fundo remanet crocus martis perquam optime, vt tincturam augmentet arcani ſuperioris. qui quidem crocus poteſt reduci in verum oleum martis rubicundiſſimum ſi ſoluatur multoties cum aceto ſtillatitio, & deinde vltimo, cum ſpiritu roris maij ſoluendo

conuertitur in oleum rubicundiſſimum quod ſi coniungatur cum oleo ſolis & ſigantur erit perfectiſſimum opus & adit vna pares ſupra, centum lunæ fuſæ, tingitur mercurius ſepties ſublimatus & conuertitur in oleum rubicundiſſimum æquale in virtute & efficacia priori oleo auri.

ARCANVM 36.

Ad aquam in vinum optimum conuertendam.

℞ VIni optimi lib. xij, aut quantũ vis diſtilla vinum, in alembico vitreo alto & capaci lentiſſimo calore, aut ſpiritus viui prius hinc eliciatur, rectifica ſpiritum hinc diſtillatum ſepties ad minus vt vindicetur ab omnio flegmate, hunc ſpiritum ſic rectificatum conſerua in phiala optime clauſa, continua deinde diſtillationem vini, & exibit flegma, egreſſũ flegma rectifica ſeptima diſtillatione donec puriſſimum ſit, & nullas emittat feces in diſtillatione ſed clarum exeat & limpidiſſimum hoc flegma ſic præparatũ conſerua in phiala vitrea optime clauſa ne repiret ſeparatim à ſpiritu vini, perge iterum diſtillationem vini ex quo ſpiritũ extraxiſti & flegma & auge ignem & exibit oleum rubeum fœtidum, diſtillatum

hoc oleum rectifica multoties donec candidum ſit & clarum & nullum fretorem habeat ſed bene oleat, & hoc rectificatum oleum conſerua in fiala vitrea optime obturata ne reſpiciet, combura deinde feres quę ſuper ſunt in alembico & calcina fortiſſimo & aperto igne in crucibulo, donec candeſcant feres & albeſcant, his fecibus calcinatis ad albedinem, adde flegma ſuperius diſtillatum & rectificatum in alembico nouo vitreo & ſuper poſito ſalatello bulliant per horam feres in prædicto flegmate, & filtrentur & clarificentur per cartam bibulam infundibulo vitreo ſuſpenſam hanc ſic clarificatam materiam diſtilla in alembico, & quod remanet in fundo alembici calcina iterum aperto igne in crucibulo, & ſolue calcinatum in flegmate & hoc ſepties aut deces repete, calcinando ſoluendo filtrando donec ſal habeas vini candidum & ab omnibus fecibus vindicatum purum & putum huic ſali puro & candidiſſimo adde ſpiritum ſuum ſepties rectificatum & ſuperius reſeruatum, & ſolue in cineribus calidis & ſolutionem filtra & clarifica, & ſi quid eſt quod ſolui non poſſit calcinetur & flegmati rectificato ſoluatur & deſiccetur, & deinde ſpiritu coniungatur vt ſoluatur, ſolutionem diſtilla conſeruato ſemper ſpiritu qui inde aſcen-

lit & cohobetur ſuper ſalem fixum infe-
ris remanentem donec coniungantur ſi-
mul in oleum fixum , quod vt ad extremũ
purificetur , volatile faciendum eſt cum
ſpiritu ſuo coniuncto , & coctione conti-
nua fixum faciendum eſt: & huic fixo oleo
puro & candido, oleum ſuum rectifica-
tum eſt conuertendum & ſimul fixandum
poſt ſuam volatili ſatiedum, poſtquam au-
tem fixum factum eſt elementa vini om-
nia ſimul iuncta in oleum fixum , quod
conuertit ipſam aquam in purum & opti-
mum vnum pondus vnum cadit ſupra
300. aquæ pondera , ita vt guttula vna
iſtius olei conuertat aquæ ſciatum vnum
quod mirum eſt & ſtupendum , & hinc
poſſunt excogitari multa alia ſimilia ſe-
creta ex animalibus & vegetabilibus extra-
cta quæ animalis omnia & vegetantia per-
ficiunt,

ARCAMVM 37.

Marcaſitæ aureæ oleum fuſibile ad in aurum conuertendum.

MArcaſitæ aureæ optimæ lib. 11. tunde & tritura optime in puluerem tenuiſſimum valde hunc puluerem diſſolue in ſufficienta quantitate aquæ fotti regali, fons diſſolutionem in cineribus lepidis & quod clarum erit in diſſolutione ſepara per inclinationem à fecibus turbidis quos proijce diſſolutionem claram diſtilla , exſicca & cohobater ſuper feces aquam diſtillatam clarificādo ſemper diſſolutionem per inclinationem ſeparando clarum & turbido , vltimo deſicca marcoſitā adde auri optimi calcinati cum mercurio ſale & ſulphur ℥j ſales armoniaci ſuperius cum croco martis rubifacati ʒij. mercurij ſeptius ſublimati ʒiij. miſce omnia ſimul & incorpora in mortario marmore cum piſtillo marmareo vt vitreo & pone omnia in retorta , & hanc pone in cineribus lento igne donec humiditas ſuperflua euanecit poſt vigora ignem , vt quidquid eſt volatilis ſublimetur in collo retortæ , tunc frange retortam & collige materiam quæ eſt fundo, & tritura & coniunge cum eo quod eſt in cello volatile & cōuerte ſimul & iterū ſublima, & hoc ſepties reple & erit materia fuſibilis vt cera

n fundo retortæ, & coniunge ipſam ma-
eriam fuſibilem cum oleo fixo ſalis alca-
i, & coque per menſem in athamone in
natratio forti, aut plus donec congeletur
n materiam fixam & fuſibilem cuius pon-
lus vnum cadit ſupra ☿ calidum in cru-
ibulo pondera 100.

ARCANVM 38.

De oleo Alcale ſalis ad præparandum ſuperius arcanum.

℥ Lib. 10. ſalis alcali & tunde ſubtiliter in marmore & incorpora cum
ceto ſtillatitio & fac pilas rotundas quas
n ſole exſicca & deinde in furno reber-
erij calcina per 24. horas & deinde diſ-
olue in aceti ſtillatitij ſufficienti quanti-
ate, filtra diſſolutionem & diſtilla & de-
cca, & ſolue iterum in nouo aceto ſtil-
atitio, donec materia ſoluatur in oleum
ixum, & ſalem fuſibilem vt cera.

ARCANVM. 39.

Ad Lunam in aurum tingendam.

ANtimonij optimi in puluerem redacti libi. tartari crudi libi. ſalis petræ tãtumdem miſce omnia in puluerem & calcinentur ſimul in tigilli forti, & in igne fortiſſimo fuſa moueant per quatuor horas, & vt regalus cadit in fundo tigilli ♃ materiam frigefactam & ſepara à regalo quem ſerua reliquum materiæ ſolue in aqua fontis per ebullitionem hanc filtra & clarifica quantum potes & ſuper hanc clarificatam & filtratam proijce acetum ſtillatitium, & præcipitabitur ſulphur aureum antimonij, quod ſepara per filtrationem & ſulphur aureum antimonij manet ſuper filtrum hoc ſulpur exſicca calore lento, exſiccatum ſulphur ſolue in lacte noſtro virgineo, digere donec tingatur ſolutionem diſtilla, & quod eſt acidum diſtillationis recohoba ſuper feces vt iterum ſoluantur & ſolutum clarifica & ſolue, & id toties repete donec in oleum fixum conuertatur rubeum, quod eſt cum oleo ſolis coniungendum & coquendum donec figatur in ſalem fuſibilem & tingentem & cadit vnum pondus ſupra pondera 100. Lunæ fuſæ, & conuertit in au-

um optimum.

ARCANVM. 40.

Ad ex antimonio extrahendum.

REguli ſuperius in arcano ſuperiori extracto ℥iiij. ſalis armoniaci depurati er ſolutionem & exſiccationem ſolutiois ℥viij. tundantur ſimul & coniungatur 1 puluerem tenuiſſimum & ſublimentur mul in vaſe vitreo forti & valito & ſublihationem quinquis aut ſexies repete doec regulas aſcendat cum ſale armoniaco : pone omnia ad diſſoluendum in aqua ommuni calida, cum ſale tartari impregata, & in fundo vaſis inuenies regulum 1 mercurium currentem conuerſum vt abes in arcano 21. huius libri poſt digeionem menſtrualem.

ARCANVM 41.

Ad extrahendum ex omnibus metallis in calcem reductis.

AQVAM fortem communem in ea diſſolue ſalem communem calcinatum pedetentim donec non amplius ſalis ſoluere poſſit hæc aqua fortis, in ea aqua forti pone regulum antimonij ſi ex regulo vis elicere mercurium; aut calcem plumbi ſi ex plumbo vis elicere mercurium aut calcem Iouis ſi Ioue, aut martis ſi ex marte aut veneris ſi ex venere, aut calcem Lunæ; & ſolis ſi ex Luna & ſale educere mercurium curentem & obtura bene matratium in quo fit diſſolutio calcis metallicæ, & pone in fimo calido per menſem diſtilla aquam deinde fortem & exſicca pone in fimo calido per menſem diſtilla aquam deinde fortem & exſicca, huic materiæ adde ſalis armoniaci quantum ponderet materia, & tantundem ſalis tartari, ſupra maximam quantitatem aquæ ardentis optimæ, & digere per quindecim dies & deinde fac bullire tuam materiam cũ aqua ardenti & in fundo inuenies mercurium currentem.

ARCANVM 42.

Ad antimonij in aurum conuertendum.

MErcurij ex regulo antimonij extra-
cti ℥ iij. auri optimi ſoluti aut te-
uiſſime limati ʒ j. fiat amalgama, deinde
c etiam amalgama ex communi mercu-
o cum Luna optima miſce hæc amalga-
ata optime terendo ipſa in mortario vi-
eo cum piſtillo vitreo vt optime per-
iſceantur & tunc cum optime permixta
erint pone in matratio longi colli & ob-
ra bene, & pone in igne lento & coque
ateriam lente donec materia nigreſcat
einde augmenta ignem & coque diutius
onec materia albeſcat, & tandem coque
utius & creſce ignem donec materia
beſcat, vt cinnabrium cui addas
ouum mercurium ex regulo extractum
l ex Lunæ & optime permiſceri, & co-
ues donec iterum nigreſcat albeſcat &
beſcat, & hoc ter facies & habebis ve-
ım elixir ad aurum cuius pondus vnum
dit ſupra 1000. Lunæ fuſæ & ſi diſſol-
atur hæ materia cum aqua mercurij ſupe-
us declarata arcano 33. fiet potentiſſimū
canum cui non eſt par, & ſi dulcoretur
ım ſpiritu roris curabit omnes morbos
umanos æque ac metallicos.

ARCANVM. 44.

Vt ex Luna fiat argentum viuum & cum hoc, elixir ſtupendum.

LVnæ optimæ ij. diſſoluatur in aqua forti foue diſſolutionem per menſem diſtilla cohoba diſtillationem ter aut quater & vltimo ſepara aquam fortem ad quartam partem reſiduum diſſolutionis pone in frigido aeris vt formentur criſtalli, in his criſtallis ſiccis & ab omni humiditate ſeparatis adde olei tartari optimi, ex optimo ſale tartareo & candido facti vj. ſalis armoniaci ſoluti ij. digerantur per menſem in fimo calido, aut in balneo mariæ tepido, in matratio optime clauſo, tandem addatur ſal armoniacum ſublimatum & nouum ſalem tartari æquali in põdere & cum ſpiritu viui digerantur per 15. dies & tandem bulliant & in fundo reperietur mercurius currens quem exſicca & Luna, cum ſale & aceto, & iterum exſicca, & fac ex eo amalgama, cum auro & argento & coque amalgama vt in puluerem rubeum conuertatur, hunc nutri ſimili mercurio & coque vt figatur & iterum ſolue & hoc ſepties repete, & figa donec in puluerem rubeum conuertatur, huius pulueris pondus vnum cadit ſuper

100. pondera Lunæ fuſæ & conuertit ipſam Lunam in verum aurum, & ſi ſoluatur hic puluis cum aqua mercurij & coquatur & figatur in oleum fixum cadit eius pondus ſupra 1000. pondera Lunæ fuſæ & ſuper alia omnia metalla præſertim Iouem & Saturnum.

ARCANVM 45.

Ad fixandum in veram Lunam & tingendam venerem.

MErcurij ſepties ſublimati ℥vj. ſalis armoniaci tantumdem calcis Lunæ per mercurium calcinæ ℥ij. miſce omnia & pone ad ſublimandum in matratio, redde quod ſublimatur fecibus & tere optime & ſublima iterum in nouo matratio & hoc toties repete donec nihil ſublimetur & totum maneat in fundo, hoc omne puluériſa & in loco humido ſolue in aquam, hãc aquam filtra & purifica, & congela ſuper cineres calidos, diſſolue iterum cum aqua quæ aſcendit & iterum filtra & congela in cineribus idque ſepties & erit medicina de qua pondus vnum congelat 50. mercurij pondera in veram Lunam, & tingit cupri pondera 100. in veriſſimam Lunam.

ARCANVM 46.

Ad fixandum in verum aurum & tingendam Lunam in verum aurum.

MErcurij ſepties ſublimati ℥iij. auri calcinati cum mercuria ſale & ſulphure & optime loti ℥j. olei croci martis multoties ſoluti & clarificati ℥iij. ſalis armoniaci rubei ℥iiij. miſce ſimul & pone in matratio forti & ſublima igne cinerum fortiſſimo, & quod ſublimatur reduc ſuper feces quæ in fundo remanent & toties repete ſublimatione donec nihil aſcendat tunc temporis quod eſt in fundo tunde & trituram in puluerem ſubtilem valde hunc puluerem pone in calido vitreo perforato ſũper infundibulum vitreum & hoc pones in loco frigido & humido, pone ad diſſoluendum in aquam, hanc clarifica per filtrum, & diſtilla & quod in fundo remanet iterum diſſolue cum aqua ſua egreſſa & hoc repete toties donec materia remaneat in fundo in ſalem rubicundiſſimum fuſibilem conuerſa, huius ſalis projjce ʒj. ſuper 100. dragmam mercurij in cricibulo calidi & totum vertetur in aurũ & vnum pondus huiuſce ſalis rubei fuſibilis turget in aurum Lunæ ponderacentium.

ARCANVM 47.

Ad fixandum in veram Lunam.

IOuis calcinati ℥iiij. diſſoluantur in lacte virgineo noſtro in arcano 23. declarato ſufficienti in quantitate foue diſſolutionem per octo dies in cineribus tepidis, & interim ſoluatur calx. Lunæ in eodem lacte virgineo noſtro, & foue ſolutionem per octo dies, & clarifica, & in fine octo dierum ſolutiones ambas horum metallorum coniunge & diſtilla in cineribus & materia in fundo reſtanti adde olei ſalis alcali ſuperius præparati in arcano 38. ℥iiij. & diſtilla iterim & exſicca & coniunge diſtillationes ſcilicet id quod ex lacte virgineo aſcendit, & quod ex oleo ſalis alcali aſcenderit id omne ſimul coniunge, & cum his aquis ſolue materiam tuam in fundo remanentem & filtra & clarifica, & iterum diſtilla & hoc toties repete ſoluendo filtrando diſtillando, donec materia ſoluatur in oleum fixum, vel ſalem fuſibilem cuius pondus vnum cadit ſuper põdera 100. mercurij candi in crucibulo excalefacti & tranſmutat in veram Lunam.

ARCANVM 48.

Ad fixandum in verum aurum.

MInij optimi ℥vj. diſſoluantur in la-
cte virgineo noſtro ſufficienti quã-
titate frueatur ſolutio per octo addatu
huic ſolutioni croci martis vel eius ole
ʒiiij. miſceantur omnia putrefiantque pe
octo dies in fimo equino, vel balneo ma
riæ deinde diſtillentur ad ſiccitatem ſolua
tur iterum cum aqua ſua, & filtretur &
clarificetur ſolutum idque toties repet
donec materia conuertatur in ſalem fuſi
bilem rubeum, & fixum, huic adde aure
olei ij. & ſimul miſce & coque omnia op
time donec figantur omnia ſoluatur iter
aqua ſua & hoc multoties repete, done
materia in verum oleum fixum rubicun
diſſimum conuertatur cuius pondus vn
conuertit & fixat mercurij pondera 100c
in crucibulo excalefacti, & tingit etiar
Lunam in verum aurum.

ARCANVM 49.

Ad fixandum in verum aurum.

CRoci martis iiij. minij optimi tantundem diſſoluantur omnia in lactis virginei noſtri ſufficienti quantitate & foueatur diſſolutio in balneo marię per quindecim dies clarificetur per filtrum diſſolutio quam diſtilla per cineres in retorta vitrea, ad ſiccitatem, aquam ſtillatam reduc ſuper feces & ſoluantur iterum & clarificetur ſolutio per filtrum & iterum diſtilletur per retortam, ad ſiccitatem & id toties repete donec materia ſoluatur ſine fecibus vllis, ſolue deinde & diſtilla, donec materia conuertatur in ſalem fuſibilem huic ſali deinde auri calcinati ſale mercurio & ſulphure & optime loti, ij. olei ſalis alcali iij. miſceantur ſimul & foueantur per quindecim dies ſuper cineres calidos, abſtrahatur deinde humiditas ſuperflua, & per cohobationem ſoluendo diſtillando & filtrando repete toties donec puriſſimum ſalem fuſibilem rubeum habeas cuius pondus vnum conuertit & fixat mercurij in verum aurum pondera 1000.

ARCANVM 50.

Ad fixandum in veram Lunam.

CErufæ optime & calcis Lunæ per mercurivm calcinatæ an. ℥ ij. diſſoluantur ſimul per lac virgineum noſtrum ſolutionem filtra poſt eius ſotum ex quindecim diebus in balneo, adde fecibus nouum lac virgineum at ſoluantur omnes, nam calx argenti difficili via ſoluitur & manet inſoluta, niſi cautus ſis cognoſces autem Lunam eſſe ſolutam & fecibus leuioribus quæ reſident in fundo, ſolitorij vaſis, poſtquam omnia ſoluta ſunt & clara forta, diſtilla ad ſiccitatem & ſolus iterum & clarifica ſolutionem donec omnia conuertantur in ſalem fuſibilem fixum, quod in 12. 15. ſolutione & diſtillatione abſoluitur, huius ſolis fuſibilis pondus vnum conuertit mercurij excalefacti pondera centum.

ARCANVM 51.

Ad fixandum in verum aurum.

SViridem lapidem mineralem rubeum crudeſcat in igne & extinguatur aceto fortiſſimo idque fiat ſepties deinde trituretur lapis, & in tenuiſſimam puluerem reducatur, diſſoluatur puluis aqua forti communi putrefiat ſoluto per 15. in fimo equino aut balneo mariæ, quod clarum eſt & limpidum ex ſolutione per inclinationem ſepara à fecibus aut filtretur, diſtilletur filtratum & cohobetur quod ſtillat ſuper id quod remanet in fundo vaſis diſtillatorij per decem vices, deinde ſoluatur aceto noſtro vel lacte virgineo, ſolutionem clarifica & ſiltra & diſtilla vt prius. deinde ſoluatur oleo vel aqua mercurij ſuperius declarata arcano 33. & tandiu ſoluatur & exſiccetur per diſtillationem donec materia conuertatur in oleum fixum vel ſalem fixum fuſibilem cui addendum eſt oleum auri tantundem & coquendum donec figantur optime, quod breuiſſimo tempore fit quia auri oleum eſt fixum & perinde ſoluto fit hæc fixatio quia dum permiſcentur fixa, ſixantur eo tempore, tinctura rubea multiplicatur & creſcit eius virtus & energia, & cadit hæc

tinctura ſuper mercurij excalefacti in crucibulo pondera 1000. & fixatur in puriſſimum aurum.

ARCANVM 52.

Ad oleum auri perficiendum.

AVri optime calcinati ſale ſulphure & mercurio & deinde loti, ℥ij. ſoluantur in aqua forti regali ſufficienti in quantitate, ſolutio fons per quindecim dies in fimo equino vel balneo mariæ, deinde diſtilla ſolutionem ad tertiæ partis conſumptionem reſidum ſolutionis aufer ab igne, & aeri frigido expone, & congelabitur aurum ſolutum in lapides rufos hos lepidos ſuper vitrum expone aeri frigido & humido, & ſoluentur in aquam reliquum ſolutionis iterum diſtilla, ad tertias & expone loco frigido & humido, & fient iterum quos iterum frigido & humido loco, ſoluentur vt priores & coniungentur aquæ, & diſtillabuntur ad tertias, & vas deinde exponetur frigido & humido loco & fient iterum lapilli qui ſoluentur deinde ſi aeri frigido & humido exponatur, hoc tandem repete toties donec per ſolutionem hanc in frigido & humido loco, lapilli conuertantur in oleum fixum, & citius autem fit per aquam forte

arijs & multiplicibus cohobatioribus do- ec in ſalem fuſibilem vertatur materia odem modo paratur oleum fixum argen- , quæ quidem olei ſunt neceſſaria ad o- era quamplurima perficienda, & ſola ſuf- ciunt in arte Chymica abſoluenda, & on opus habemus alijs arcanis niſi his lis oleis Lunæ & ſolis & ſi alia multa roſint id faciunt quia augmentant & ultiplicant hæc olea prædicta ſolis & unæ & ſunt eiuſdem efficacias & vera sūt rmenta, conuertentia, alia olea fixa, uæ ex mineralibus & metallis omnibus iciuntur, in ſui ſubſtantiam & ita mul- plicantur olea fixa metallorum imperfe- orum oleis auri & argenti.

ARCANVM 53.

De fixatione Lunæ.

VItrioli Romani deſiccati ℥xij. an- thimonij & ſulphuris an. ℥iiij. iride æris & mercurij ſublimati an. ℥ij. lis petræ ℥vij. fac inde aquam ♃ huius quæ libi. huic impone arcenici criſtallini vij. & pone in matratio longi colli, & irculentur ſimul donec omnia fixa ſint & cca, in puluerem huius pulueris ♃ pō- us vnum & proijce ſupra Lunæ fuſæ pō- era ſex & erit bina frangibilis hanc traijce

per copellam donec dulcis ſit, deind diſſolue in aqua purat ſiue in aqna forti regali, & quod diſſolui non poteſt funde & liqua cum borace, inuenies Lunar in aurum aduerſum media ex parte.

ARCANVM 54.

De *extractione mercurÿ ex ſola.*

AVri quantum vis calcinetur optim per mercurium ſalem & ſulphur, hcc ſepties repetendo abſtrahendo pe corintam mercurium & repetendo mercurium ſuper materiam in fundo reſtant donec aurum in puluerem impalpabilem reducatur ℞ huius auri ita præparati ℥i ſalis tartari optime præparati & albiſſin ſuper quem ſit diſtillata optimæ aqua a dens ℥iiij. ſalis communis decrepitati ſo luti & deſiccati ℥ij. ſalis armoniaci opti me ſublimati ℥j. ſpiritus vini optimi ℥v putrefiant omnia in matratio optime clau ſo in fimo equino aut balneo per menſe deinde ſtillet ſpiritus viui & ſi reperiatu mercurius viuus in vaſe diſſolue mater cum aqua forti abſtrahe aquam fortem cohoba per vices tres aut quatuor, vltimo adde ſpiritum viui optimi, & fa bullire & inuenies mercurium ſolus fundo vaſis tui, quem optime purificab

cuſtodies ad arcana ſequentia perficienda.

ARCANVM. 55.

Ad fixandum in aurum optimum.

HVius mercurij ſupradicti ex ſole extracti ℥j. mercurij communis ex cinabrio per calcem, & ſalem tartari extracti ℥ xx. miſce hunc mercuriũ ſimul & addilli olei optimi ʒj. miſceantur in matioforti & coquantur per menſem in cineribus donec omnia reducantur in pulverem fixum rubeum huic pulverem diſſolue cum lacte noſtro virgineo, ſuperius declarato arcano ſuperiori 2. & filtretur clarificetur diſſolutio, per coquantur fimo equino per menſem deinde abstrahatur lac virginem & cuſtodiatur pro js arcanis peragendis, diſſoluatur deinde, materia ſuperſtet in fundo cum ſpiritu roris maij & filtretur & clarificetur diſſolutio, & abſtrahatur per diſtillationem ntam& totus fiat donec habeas ſalem ſubilem vt cera, vel butirum cuius pondus num fixat mercurij cemmunis optime ti pondera 1000. in verum aurum.

ARCANVM 32.

Ad fixandum in veram lunam.

MErcurij ex luna extracti ℥ij. merc
rij communis ex ſublimato comm
ni extracti ℥xx. olei lunæ ℥ij. olei io
℥iij. miſceantur omnia in matratio fo
& coquantur in cineribus donec figan
in puluerem ſeu ſalem albiſſimum ſol
tur hic puluis lacte virgineo noſtro , c
rificetur & filtretur ſolutio abſtrahatur
virgineũ per diſtillationem, cohoba m
toties donec in ſalem fuſibilem vt era c
uertantur hæc omnia ſoluatur hic ſal fu
bilis in ſpiritu roris maij & dulcifice
cohobando, donec ſal in verum ole
album & fixum conuertatur olei hu
pondus vnus , conuertit pondera m
mercurij communis in veram lunam
fixat perpetuo.

ARCANVM 57.

Ad cementendam lunam in verum ſolem.

ÆRis æſſi ℥j. vitrioli romani rubi ficati & croci marilis optimi au ℥ij. ..tiæ & ſalis armoniaci an. ℥j. fiat puluis ..nuiſſimus ex omnibus ſimul mixtis dein.. recipe ſolem optimum & lunam opti..am an, partes æquales funde & fac inde ..minas tenues, quas cementa hoc pul..erem cruiubulo ſtratum ſuper ſtratum ..ptime lutato per 24. horas deinde laua, .. funde, & iterum fac laminas & augmen.. eas hoc prædicto puluere & hoc ſepties ..cile, & erit tota luna aurum opti..um.

ARCAMVM 58.

Ad aurum potabile faciendum. Ad vitam prorrogandam.

AVri optimi quantum ſoluutur in aqua regali cui ſal commune præpa..atum diſſolutum ſi, aurum ſic ſolutum ..utrefac in fimo, per menſem & adde il.. ſolutioni ſpiritus viui rectificati lib. b. .. digere in balneo per quindecim dies ..einde abſtrahe ſpiritum viui & aurum

iterum ſoluetur poſtquam ſpiritus vini erit ſeparatus ab aqua forti, hunc ſpiritum cohoba ſepties ſuper materiam in funde reſtantem notandum eſt in hac ſolutione aquam fortem quæ prius infunditur ſuper aurum ſoluendum ſepties eſſe diſtillandã in nouis retortis vt vindicetur à ſale, poſtquam autem habebis aurum ſic ſolutum, ponendus eſt ibi ſpiritus roris maij & ſoluenda eſt hæc materia cum tali ſpiritu, & ſubtrahēda eſt ſolutio & iterum abſtrahenda ad ſiccitatem, hanc materiam ſiccam aeri frigido & humido per noctem exponendam credimus, vt ſoluatur & acrimonia aquæ fortis per quam optime tollatur, & cum nouo ſpiritu viui rectificato, ſoluenda eſt de nouo, & exſiccanda per diſtillationem, & hoc ſepties repetendum donec in oleum conuertatur aurum dulce & optimum, ad curandum omnes infirmitates & ad prorrogandam vitam humanã vltra communes & vulgares terminos vitę humanæ doſis eſt graue vinum vel guttula vna cum in ſpiritus viui optimi cocleari vno.

ARCANVM 59.

Ad Lunam potentabilem faciendam ad curandos cerebri morbos omnes.

℞ LVnæ optimæ quantum vis diſſoluatur in aqua forti vulgari ſufficienti quantitati, putrefiat per menſem ſolutio in fimo equino, aut in balneo mariæ diſtilla deinde ſolutionem ad ſiccitatem reduc aquam diſtillatam ſuper feces idque ſepties repete, ſolue iterum materiam cũ lacte virgineo noſtro, & clarifica ſolutionem per filtrum & putrefac per 15. dies in fimo abſtrahe deinde lac virgineum, & cohoba ſepties ſuper id quod manet in fundo, deinde ſoluatur cum ſpiritu vini optime rectificati ſufficienti quantitate, ſolutionem clarificatam putrefac per octo dies in fimo calido aut in balneo mariæ abſtrahe ſpiritum & cohoba ſepties & clarifica ſolutionem ſiquid eſt tumidi in fimo deinde abſtracto ſpiritu ſolue cum ſpiritu roris maii & filtra ſolutionem & abſtrahe multoties donec materia conuertatur in ſalem fuſibilem & dulcem, qui ad maiorem dulcificationem illi conſiliandam ſoluendus eſt iterum ter aut quater cum ſpiritu nouo rectificato & ſic paratur oleum dulce Lunæ ad morbos omnes curandos

qui cerebro humano adueniunt.

Veriſſimum eſt quod ſi olea omnia auri & argenti ſuperius præparata, multoties ſoluantur cum ſpiritu viui rectificato, & cum ſpiritu roris ſic dulcificata, & ab ſpiritu aquæ fortis uindicata, tuto & iucunde poſſunt aſſumi intra corpus ad curandos morbos omnes humanos, nec perinde deficit virtus & proprietas tranſmutandi metalla imperfecta in aurum & argentum, ſed fortius mutant, & extenditur eorum oleorum virtus & efficatia ſed facies cautus & doctus operato, exigitur in hiſce oleis metallicis præparandis at ſi poſſis habere hæc olea, habes quicquid in Alchymia deſiderari poteſt, ad curanda omnia corpora tum humana tum metallica, vt experientia ipſa certificari & comprobari poteſt imo & vegetantia corpora etiam curari poſſunt hiſce oleis perfecte dulcificatis, viuunt enim omnia corpora tum vegetantia tum animantia & mineralia ex vno & eodem fonte, & ex eodem etiam poſſunt conſeruari, & ad vltimam perfectionem reduci, quod quidem paucis eſt conj[illegible]tum & credibile.

ARCANVM. 60.

Ad Lunam in aurum tranſmutandam.

VQua fortis optimæ lib. diſtilletur ſuper ſalis armoniaci & communis ſa- s præparati an. ℥iij. idque ſepties, in ea qua forti ſolue auri optimi ℥ii mercurii um tali auro amalgamati iiii. amalgama matratio forti in cineribus calidis per enſem coquatur donec in puluerem ru- um conuertatur, hic puluis ſoluatur in ædicta aqua ſolutionem foue per men- m in balneo mariæ deinde diſtilla ad ſic- tatem cohoba ſepties reponenda aquā iſtillatam ſupe id quod manet in fundo ccum deinde adde aquæ diſtillatæ ſpiri- um roris maii & ſolue materiam tuam & larifica & filtra ſolutionem hoc multo- es repete donec materia conuertatur in alem fuſibilem hunc dulcifica cum ſpiri- u roris ſæpius mutatio & renouato donec al dulcis ſit & nullam habeat acrimoni- m, hunc proiice ſuper Lunam fuſam in crucibulo, & cadit vnum pondus ſuper Lunæ pondera 1000. quod ſi continue- ur ſolutio illius ſalis cum ſpiritu roris multiplicatur eius virtus & efficacia magis ac magis.

ARCANVM. 61.

Ad cuprum in Lunam tranſmutandum

MErcurij ex ſublimato cum calce & tartaro extracti ℥viij optimæ Lunæ foliatæ ℥iij. miſce ſimul fiat amalgama, hoc amalgama per menſem in cineribus calidis multum, in matratio obturato, in puluerem conuerte aut in arborem, ſoluatur hæc arbor mercurialis & lunacea, in aquam fortem communem ex vitriolo ſalis petra & alumina factam, foueat ſolutio per menſem in balneo: deinde extrahatur & diſtilletur ſolutio ad ſiccitatem, cohobetur ſepties aqua diſtillata, deinde foueatur materia cum aceto ſtillatitio fortiſſimo, & filtretur ſolutio & clarificetur, & putreſcat per 15. dies in ſimo equino calido; deinde diſtilletur, ſoluatur quod in fundo remanet ſpiritu roris maij ſepties diſtillato, & id toties repete donec materia in ſalem fuſibilem & fixum conuertatur: huius ſalis proijce pondus vnum, ſupra cupri pondera 1000. & conuertentur in Lunam optimam & ſic hæc Luna fuſibilis facta ſoluatur multoties aere frigido & humido & congeletur ſoluta, multiplicatur eius virtus & efficacia ex qua poteſt parari fodina Lunacea ad con-

uertendum cuprum in Lunam veram ex qua fodina poteſt tolli ſingulis menſibus aut hepdomadis medietas ponderis huius materiæ ad proijciendum ſuper cuprum & additur ſuperſtiti materiæ mercurium ſublimatum aut crudum, & ſic numquam deficit fodina ſeu materia illa lunacea aut ſequenti arcano fit clarum & manifeſtum & de auro ſuperius præparato idem fieri poteſt ad aurum habendum.

ARCANVM. 62.

Fodina Lunæ perennis & nunquam deficiens

SVperioris arcanis lunacei & mercurialis lib. 1. huic adde mercurij ex cinnabrio calce & ſale tartari educto per diſtillationem lib. b. & miſce ſimul & tritura in mortario vitreo cum piſtillo vitreo & pone in matratio longi colli optime obturati, per menſem in cineribus calidis & totum eo tempori figitur & conuertitur in vnam ſubſtantiam eiuſdem virtutis ac primam Tolle igitur ex eo libram ſemi & proijce ſuper pondera cupri purgari 100. & totum erit luna optima, & ne deficiat & ne deficiat fodina argentea, pone iterũ lib. b. mercurij ſuperus paratus præparati aut communis optime loti ſuper fodinã

in matratio reſtantem & coque per menſem in matratio reſtantem & coque per menſem in matratio obturato in cineribus calidis & fiet totum medicina eiuſdem virtutus vt prima, & ſic in æternum perdurabit fodina tua, ita vt ſingulis menſibus auferre poſſis libram ſemis pro conuertendo capro in lunam veram & ſic de auro facere poteris vt clarum eſt & manifeſtum arcano ſequenti.

ARCANVM 63.

Fodina auri per ennis & perpetua ad lunam in aurum conuertendam.

ARcani aurei ſuperius declarati, vel cuiuſcumque ſit modo aurum ſit arte conuerſum in oleum fixum vel ſalem fuſibilem ℞ huius ſalis aurei fuſibilis lib. 1. mercurij extracti ex cinnabrio vt ſuperius lib. b. miſce ſimul, & tritura in mortario vitreo cum piſtillo vitreo, & pone in matratio forti vitreo oblongi colli optime obturato in cineribus calidis per menſem & eo tēpore totus mercurius commutetur in medicinam eiuſdem virtutis ac primam & ex hac auferre dotes lib. b. ad proiiciendum vinum pondus ſuper 1000. pondera lunæ fuſæ in crucibulo & totum conuertetur in aurum, & materiæ ſupeſtiti in

atratio addi poteſt lib.b.mercurii eodem odo præparato & coquere per menſem : probes & ſic muquam deficiet fodina irea hæc, ſic veræ fodinæ perficiuntur iræ & argenteæ ex oleis perfectis auri & genti.

ARCANVM 64.

d aquam tingentem perficiendam pro luna tingenda.

AEris vſti præparati & in aqua forti communi diſſoluti & deſiccati per oſtractionem aquæ fortis lib. b. poſtea ccipe tincturam martis ſeu croci martes ı oleum diſſoluti lib. b. deinde accipe itrioli romani ſiccati tantum ad albediem lib. 1. antimonio crudi ſulphuris & iercurij ſublimati an ℥iii. viride æris & utiæ an. ℈ii. miſce omnia in puluerem uem in retortam collocabis vitream optime lutatam, & ex ante purabis ex his nateriis aquam fortem, & cum hac aqua orti imbibes multoties in crucibulo calina cum ſale communi & communi : mercurio, vel diſſolues ipſam lunam n alembico, vitreo, & abſtrahes per diſtillationem aquam fortem & quod in funlo remanet erit luna tincta, quam cum orace reducet in corpus optime tinctum

aurei coloris, feces huius aquæ forte tingentes ad cementandam lunam cum æquati pondere ſolis proficiunt valde, & ſunt medicamentum optimum ad lunā tingendam in aurum modo aurum addatur lunæ & laminæ inde fiant cementandæ cum illo puluere per 24. horas vt artes e in crucibulo optime lutato.

ARCANVM 65.

Ad argentum multiplicandum.

MErcurij optimi loti ℥ii extinguatur cum ſale communi & ſaliua humana in mortario vitreo triturando fortit cum piſtillo vitreo deinde, ſic extinctu & mortificatus mercurius ponatur in crucibulo, & ſuper cum pone arcenici criſtalini pulueralí ʒb. tartari calcinati ad albedinem cum ſale petra tantundem: habe deinde alterum crucibulum in fundo cuius ſit lamina cuprea bene abligata re c dat inferius cum iungentur crucibulo, h crucibulum cui ineſt lamina cuprea o time iungatur vitriolo altero cui ineſt me curius cum arduico & tartaro calcina ita vt crucibulum laminatum ſe ſuperiu & crucibulum laminatum ſe ſuperius, crucibulum vbi eſt mercurius ſit infern

cuncta hæc optime crucibula, luto varian-
tur optimo, ne reſpirare poſſunt, deinde
probantur in igne rotæ per quatuor ho-
ras prima hora ignis ſatis lentus ſecunda
fortior, tertia fortiſſimus appropinquan-
do ſemper ignem & vltima hora coope-
riantur crcibulũ carbonibus & igniantur
fortiter per haram illam deinde extincto
igne, & refrigeratis crucibilis, materiam
auferes quæ in ſuperiori crucibulo mu-
nies alligatam lamini cupreę & tolles eam,
& deinde fundes optimum vinum 3i. &
ſuper fuſam lunam addes pedetentim mer-
curium repertum in crucibulo ſuperiori
& impone tartarium crudum, donec vi-
deam materiam tuam claram & ſplenden-
tem & erit deinde optima multiplicata pro
medietate ſui.

ARCANVM 66.

Ad Lunæ tincturam in ſolem.

OLei rubei antimonii & olei rubei vratur an. ℥ iii. diſtilla ſimul vt clariſſima & limpida rubea fiunt, his adde olei auri ℥iiii. & miſce ſimul & coque donec figantur omnia in ſalem fuſibilem ſeu in oleum fixum quod auri olei fit ope & auxilio, poſtquam hæc omnia fixa ſunt proijce vnum pondus ſupra pondera 100. lunæ fixæ & collocabitur in aurum optimum.

Hæc olea antimonii & martis te docui multis in arcanis ſuperioribus vt & auri ita vt neceſſarium non ſit hæc repetere, oleum autem rubeum antimonii veri non Docuimus, ſequenti tamen arcano docebitur ſequenti methodo.

ARCANVM 67.

Ad oleum antimonij rubeum perficiendũ

℞ MIneræ antimonij maris quod dignocitur radijs ſuis longis & rutilantibus, nam fœmella antimonium cognoſcitur & ſeparatur à maſculo antimonio radijs paruis & tenuiſſimis, ℞ ergo mineræ huiuſce antimonij maris libiij. reducatur in puluerem & cum ſpiritus roris maij libvj. permiſceatur in matratio oblongi colli, & putreſcant ibi per duos aut tres menſes in fimo equino calido aut in vindemia quæ magis obſeruat calorem putredinalem hiſce tranſactis menſibus diſtilletur materia alembico ſuperpoſito in matatio & diſtilletur per cineres quidquid ſtillari poterit ex minera, reduc ad omne quod ſtillatum eſt ſuper nouum & recentem mineram & putreſcat deinde mẽſem, hoc tranſacto diſtilletur eodem modo vt quod ſtillare poterit, & reduc iterum quod ſtillatum eſt ſuper mineram recentem & nouam antimonij & putrefac quindecim dies deinde diſtilla de nouo vt prius & toties hoc fac & repete, donec omnes ſpiritus roris aceſcat cum ſpiritibus mineræ antimonij, huius ſpiritus acidi recipe libi. mineræ antimonij libſ. foue-

antur ſuper cineres tepidos per diem vnũ agitando, donec ſpiritus acidus tingatur calore rubeo, aufer per inclinationem hunc ſpiritum & nouum adde vt iterum forte calores tepidi tingatur, in rubeum colorem hoc fac toties donec quantitatem maximam habeas ſpiritus tincti, hos omnes collige ſpiritus & diſtilla in balneo mariæ, in tenuiſſimo calore donec nihil ſtillare poterit, & maneat in fundo alëbici tinctura rubea antimonij, hanc deinde diſtilla per cineres & aſcendet oleum rubeum antimonij ter aut quater per diſtillationem in retortis vitreis rectificandum, hoc oleum deinde rubeum cum oleo martis eſt conuertendum & ſimul diſtillandum per retortam & hoc totum cũ oleo auri conuertendum æquali in quantitate, & fixandum vt diximus in arcano ſuperiori, & hoc eſt mirum ad tingendã Lunam in aurum.

Minera antimonij etiam ſi putrefac in fimo equino cum aqua therebentinæ, coloratur hæc aqua therebentinæ in ſanguinem colorem quæ quidem aqua ſic rubea facta ſi frueatur ſpiritalis nouæ & recentis mineræ antimonij, maiorem copiam dat & exhibet olei rubei antimonij quod eiuſdem eſt virtutis & efficaciæ, cum ſuperiori ſi eadem methodo & arte præparetur, quam det ſuperior methodus

cum

cum ſpiritus roris maij.

ARCANVM 68.

Ad fixandum Lunam.

AQuam vitrioli ſeu flegma in eo diſſolue ſalis armoniaci ℥j. & ſulfuris viui tantundem diſtilla in corinta vitrea, poſtquam egreſſam eſt flegma vitrioli auge & ſublima ſalem armonia cum ſulfure viuo, ſublimati huius proijce ſuper Lunã fuſam in crucibulo, & fixabitur ad recipiendam tincturam ſequentem auream.

ARCANVM. 69.

Ad tincturam ex ferro extrahendam ad calorandam Lunam.

LImaturæ calibis optimi igniatur & extinguatur in aceto forti, idque ſepties aut decies deinde huius limaturæ iiij. ſalis armoniaci ʒij. mercurij ſublimati tantundem diſſoluatur mercurius ſublimatus & ſal armoniacis in aqua calida, deinde filtretur & ſuperpone hanc aquam ſuper limaturam tuam in corınta vel alembico vitreo, & abſtrahe tuam aquam quod remanet in fundo diſſolue, in aceto noſtro vel lacte virgineo & tinctum eſt acetum

in calore ſanguinis aufer tincturam & nouum acetum repone, donec non amplius tingatur tincturam hanc diſtilla & in fundo alembici remanebit oleum rubeum optimum quod quidem erit melius & penetrantius, ſi cohobetur acetum vel lac virginis ſuper id quod aſcendere non poteſt ex alembico & manet in fundo, hoc oleũ cadit ſuper Lunam fuſam in crucibulo, vnum pondus huius olei ſuper 50. pondera, Lunæ & conuertit ipſam in veram aurum, hoc autem fit perfectie ſi oleum auri, oleo huic conuertatur in æquali quantitate & figantur ſimul in cineribus calidis in matratio optime clauſo per mẽſem

ARCANVM 69.

Ad aurum cum vulgari in reducendũ

AVri optimi antimonio purgati, & tenuiſſime limati ℥ ii. amalgametur cũ mercurio vulgari loto & optime purgato ſcilicet cum ℥xx4. illius mercurii & diuidatur amalgama in quatuor matratia, & ſuper illud amalgama in ſingulis matratiis adde aquæ fortis regalis ſuper ſalem armoniacum traiecti & diſtillati, duodecim partes aquæ, quantum ponderat totum amalgama, diuidatur hæc aqua pro

ſingulis matratiis ita vt in ſingulis matratiis ponatur ſuum pondus aquæ fortis, hoc duodecim partes vt aqua fortis diſſoluere poſſit totum amalgama per digeſtionem leuem intra menſem ſuper cineres calidos dum ſolutum eſt totum amalgama, diſtilletur ad ſiccitatem deinde aufer totam acrimoniam ſalis ſeu aquæ fortis per aquam fontis multoties eſtuſam, donec dulcis ſit aqua effuſa, & ſit aqua fontis clariſſima & diſtillata, nec inducat inpuluerem feces extraneas materia ſic bene tota deſicca lente in alembico per cineres vt conſeruetur mercurius tandem augeatur ignis vt totus mercurius tranſeat in recipiente & inuenies in fundo ſalem calcinatum quem reterberabis per quinque dies in reberberio & erit aurum optime calcinatum & in puluerem impalpabilem reductum & expongioſum.

Deinde ℞ mediam partem huius auri calcinati & mercurii ab eo extracti optime loti & per corim extracti, quia ab aqua forti contraxit impuritates ℞ huius mercurii puri quantum eſt auri calcinati & miſce triturando, & optime amalgamentur & permiſceantur, & pone in matratio optine obturato in cineribus calidis & ſit matratium inclinate ſepultum in cineribus per quinque dies, donec in puluerem hæc reducantur rubeum ex quiſco,

adde huic materiæ tertia pars nouum mercurium & tritura ſimul & miſce & coque in matratio vt pone donec reducatur in puluerem rubeum & hoc toties repetēdo, nec aurum bibat quindecim pondera ſui, hoc eſt bibat quindecies ſuũ pondus mercurij hunc puluerem pone in magna quãtitate aquæ communis ſtillatitiæ & moue cum digitto, vt turbetur aqua & turbidam aquam per inclinationem ſepara & pone in vaſe vitreo, repone aquam ſuper materiam & agita & moue donec turbetur aqua, hac ſepara donec totus puluе ſeparetut cum aqua, & ſic ſubtiliſſimus fiat puluis ille, & ſi quid eſt in fundo quod turbide non ſeparetur cum aqua, reduc ad calcinandum cum mercurio triturando & permiſcendo, & coquendo in matratio vt ſuperius donec tranſeat omne cum aqua, aquam deinde in quiete repone & deponat in fundo feces, per inclinationem ſepara aquam à fecibus quæ erunt aurei coloris & deſicca lento igne, & deinde repone in matratio forti, & inclina matratium & ſepeli in cineribus calidis & coque per diem deinde ſepara puluerem & tritura optime in mortario vitreo cum piſtillo vitreo, & hoc per octo dies repete coquendo per diem & triturando deinde & percoquendo lente in cineribus calidis deinde pone hanc puluerem in for-

tiſſimo matratio lutato & inclinato mutratio ſepeli ipſum in ſabulo calidiſſimo & in ignem calidiſſimum & primo exibit aqua ſuperflua mercurij & vltimo mercurius magna in quantitate, nam totus puluis fiet mercurius & nihil remanebit in matratio niſi puluis integer, qui fortiſſimo igne conuertitur in vitrum nigrum & ſic aurum reducitur in mercuriũ cum mercurio vulgari & mercurius amalgamatur anima & ſpiritu auri & vellitur mercurius animatus ex quo fieri poſſunt nuceræ & fodinæ aureæ ſequenti methodo.

ARCANVM 70.

Ad fodinam ſeu mineram auri faciendam

AVri ſuperius calcinati, cuius mediã partem reſeruauimus, & cuſtodiuimus ad hoc arcanum perficiendum ♃ ergo calcis aureæ reſeruatæ ℥iij. vel quantum eſt, & impone ei mercurij animali ſuperius præparati tertiam partem & coque in matratio forti inclinato & in cineribus ſepulto, & da ignem fortem aliqua fixabitur in matratio, repone quod ſtillatum eſt ſuper quod fixatum eſt & tritura ſimul incorporando, & permiſcendo, & coquendo in matratio donec auri calx biberit multum mercurij & ſi deficiat mer-

curius animatus ſpiritu auri idem poteſt fieri cum mercurio vulgari optime ſoluto, & ſic puluis rubeus creſcit in infinitum & quantum vis & hic puluis poteſt reduci iterum reduci in mercurium currentem & viuum & erit mercurius animatus & eiuſdem virtutis & efficaciæ ac prior mercurius qui iterum erit coquendus vt prius cum calce auri & pedetentim reducendus in puluerem rubeum ex quo puluere fac pillulas cum gummi tragacantgi in aqua diſſoluto & proijce ſuper aurum fuſum in crucibulo, & calx fundetur cum auro, & aurum multiplicabitur, & totus ſic mercurius animalis conuertetur in aurum optimum & ſic minera tua, erit perennis & perpetua, modo ſermentam cuſtodias hoc eſt calcem auri cum aqua mercurium permiſcebis & in calcem rubeam conuertes & hanc in mercurium animatum & hic mercurius cum calce in calcem, & hæc calx cum auro fuſo conuertetur in aurum.

ARCANVM 71.

Vt prædicta minera acquirat virtutem tingendi Lunam in aurum.

HVius mineræ ſeu fodinæ aureæ quãtum vis & pone in matratio forti optime obturato & pone in cineribus calidis & in ignem lentum per quadraginta dies donec calx acquirat rubicundiſſimum colorem quod coctione ſola acquirit virtute ſpiritus auri qui tincturam illam rubeam facit & ſi coquatur diutius maiorem rubeum & alborem colorem acquirit donec crocus aut ſanguis conbuſtus videatur ex altitudine caloris ℞ huiuſce calcis aureæ ſic rubefactæ ℥iij. tandem olei auri, & martis & olei actimonij rubei ſuperius præparati miſce ſimul & incorpore & coque donec omnia in puluerem rubicundiſſimum conuertantur, qui puluis cadit ſuper pondera Lunæ fuſæ 1000. & conuertit ipſam in ſolem optimum & ſi puluis hic, ſeu calx ſoluatur iterum in olefixum lacte virgineo noſtro, & clarificetur ſolutio & coquatur & figatur in oleum dulcę cum ſpiritu roris, vt ſuperius docuimus in multis arcanis tranſmutabit decem millia pondera Lunæ fuſæ in verum aurum & ſic adhuc attenuetur & ſubtiletur

oleum, ſine igne tranſmutabit Lunam in aurum ſola infuſio Lunæ in oleum iſtud.

ARCANVM 72.

Ad in aurum conuertendum.

℞ Libj. mercurij. vitrioli crudi libj. viride æris libi. tartari crudi libi. ſalis communis libi. ponatur vitriolum viride æris tartatus & ſal communis in olla ferrea & ſuperponatur acetum fortiſſimum vt omnia hæc diſſoluantur diſſoluta bulliant igne adhibito & dum incipiant ebullire, pone mercurium tuum in olla & continua ebullionem donec media pars aceti conſumatur aut plus, deinde aufer ab igne, & agita materiam, & proijce quod liquidum in vas terreum, & mercurius in fundo inuenietur ollæ ferreæ inuenietur; ſemi congelatus hunc laua cum aqua communi, optime, donec aqua clareſcat & coque iterum hunc mercurium totum cum liquida parte quæ ex olla extuliſti aceti & clarifica adbendo nouum acetum fortiſſimum & coque iterum per duas aut tres horas in illo aceto, cui viride æris ſal communis tartarus diſſoluta vna cum vitriolo deinde aufer quod liquidum eſt per inclinationem & inuenies mercurium ſemi congelatum hanc iterum Luna opti-

time cum aqua fontis donec clareſcat aqua
hudc mercurium ſic totum expone aeri
frigido per tres noctes , & coagulabitur
duriſſime , hunc in puluerem teniſſimum
reduc , miſce cum vilellis oui & croci
martis & terra mera ſtratum ſuper ſtar-
tum in crucibulo , per duas aut tres horas
igne ſatis forti & inuenies tuum mercuri-
um quaſi cuprum hunc iunge cum Lunæ
copellata æquali in quantitate , & funde,
& traijce hæc omnia per copellam & in-
uenies Lunam tinctam hanc miſce cum
æquali pondere auri optimi & funde & e-
rit optimum aurum & pulchrum & ſi tuũ
mercurium frigido noctis coagulatum in
puluerem tenuiſſimum reductum imbibat
oleo martis & cum Luna fundes erit om-
nio tincta Luna in aurum & ſic mercurius
fiet aurum optimum ad omne iudicium
modo aurum optimum illi coniungatur,
ſpiritum enim viridis æris conuertitur
mercurio & fixat ipſum in cuprum oleum
deinde martis auget tincturam & commu-
nicat Lunæ & omnia hæc firmantur auro
illis addito.

ARCANVM 73.

Ad conuertendum mercurium & lunam in aurum.

℞. MErcurij ſuperius fixati & coagulati in olla ferrea cum vaſe æris tartaro vitrioli, & ſale communi ℞. huius mercurij ℥xix, lunæ calcinatæ cum mercurio ſale & ſulphure tantundem miſce optime & imbibe hanc calcem oleo martis, ter aut quater imbibendo & deſiccando in crucibulo, adde deinde mercurij ſublimati ℥xvij. & tinctura optime & & imbibe ter aute quater iterum deſiccando & imbibendo in crucibulo deinde funde erit totum arum optimum quid ſi diſſoluas aceto noſtro & lacte virgineo & in oleum rubeum fixum conuertas & hoc oleum coniungas cum æquali pondere olei auri, & fixes habebis oleum cuius pondus cadet ſupra centum lunæ fuſæ, & mutabitur luna tota in verum acetum ad omne iudicium & examen optimum.

ARCANVM. 74.

Ad tingendum cuprum in veram lunam.

LVnæ calcinatæ ſale ſulphuræ & mercurio per tres vices repetita calcinatione, cũ nouo ſale ſulphure & mercurio huius lunæ ſic præparatæ recipe ℥xviij. imbibe ſequentis aquæ vndecies exſiccando & imbibendo in crucibulo ſuper lunã recipe ſalis armoniaci ℥xviij. ſublimati mercurij ſepties ℥xviij. miſceatur cum ſale armoniaco mercurius & ſoluatur in aqua ſtillatitia calida, & filtretur ſolutio, ex hac aqua deinde imbibe lunam tuam ſic calcinatã exſiccando & imbibendo vt diximus diſſolue in aceto ſtillatitio, hanc materiam & quod ſolui non poterit in cineribus calidis, reduc ad catenandum cum nouo ſale ſulphure & mercurio, & imbibe toties exſicca cum aqua ſatis cermomari prædicti idque ſemper toties repete donec ſoluatur omnis, luna ſolutiones tuæ diſtillentur in alembico, vitreo aut in corruta cohobando ſæpius ſuper id quod manet in fundo donec a cetum dulce & inſipidum aſcendat, adde nouum & iterum ſolue, & coagula, idque ſepties donec acetum aſcendat acre, & maneat ſolutio in oleum fixum vel ſalem fuſibilem conuerſa, huius

olei proijce ſuper cuprum fuſum pondus vnum ſupra pondera 100. cupri fuſi.

Aliud ARCANVM 75.

Ad idem cuprum in lunam conuertendum.

OLei ſalis alcani ſuperius præparati arcano 38. ℥xx. mercurij ſepties ſublimati & cum ſale cermonis comfixo in quantitate æquali coniuncto, & ſoluas in aqua communi ſtillatitia calida, ſimul & filtrata & aqua abſtracta per diſtillationem ſalem hunc & mercurium cum oleo ſalis atrati & diſſolue in aceto ſtillatitio fortiſſimo, & diſtilla omnia ad ſiccitatem cohobationum acetum ſtillatitium cohobando donec materia conuertetur in oleũ fixum huius olei fixi proiice vnum pondus ſupra lunam fuſam, æquali in quantitate & permiſce bene in crucibulo,& erit puluerem reductum oleum huius pulueris proiice vnum pondus ſupra 100. pondera cupri fuſi & erit optimum argentum quod ſi puluerem diſſoluas & aceto noſtro & in oleum fixum conuertas cadet oleum hoc, ſupra 1000. pondera cupri fuſi & conuertet in argentum optimam cui non eſt par in candore, & albedine & ſono claro.

ARCANVM 76.

Pro tinctura lunæ in ſolem.

ANtimonij crudi ℥xx. cræci martis tantumdem tartari crudi ℥xxi. ſalis petræ tantundem miſce in puluerem & in forti tigillo igne violento pone & calcina per ſex horas, deinde funde fortiter ut ruptus cadat in fundo crucibuli refrigerate facto cracibulo rumpe & tolle regulum materiam reliquam liqua & diſſolue in aqua clara fortis per ebullitionem & filtra diſſolutionem, huic claræ & filtratio diſſolutioni adde pedetentim & guttulatim acetum ſtillatitium & præcipitabitur in fundo vaſis ſulphur aureum antimonii rubei coloris, huic ſiccato ſulphuri adde croci martis æqualem quantitam ſales armoniaci fixi tantumdem mercurii ſublimati ℥xix. miſce omnia & ſtent in matratio oblongi colli per menſem in ſalis magno calore deinde diſſoluant omnia aqua calida communi ſtillatitia & filtra diſſolutionem & erit rubea diſſolutio pulcherrimi coloris, diſtilla ad ſiccitatem diſſolue iterim per quindecim vices ſiccando & diſſoluendo cum eadem aqua quæ surſum aſcendit & filtrando donec habeas oleum rubeum fixum cui ſi oleum auri & anti-

monii & coquas per menſem in matratio ad fixationem vſque habebis oleum fixum cuius pondus vnum cadit ſuper pondera 1000. lunæ fuſæ in crucibulo, & conuertit ipſam lunam in veriſſimum & optimum aurum ad omne iudicium & hoc fiet fortius ſit & potentius ſi luna ſit fixa, ſupra quam proiicies tum præſens hoc arcanum nihilominus hoc nihil intereſt, qnia modo ſit olei auri in præſenti arcano fac ex ſe fixat lunam, & ſic habes oleum rubeum ex ſulphure aureo antimonii miræ efficaciæ ad tranſmutanda metalla ſi operari bene ſcias.

ARCANVM 77.

Ad lunam tingendam.

AQuæ ex regulo antimonii ſuperius præparati in arcano ſuperius antequam aceto precipitetur in ſulphur aurei antimonii huiuius aquæ & filtratæ recipe lib. 11. croci metallorum optime rubificati tantundem miſce ſimul amalgamentu & fiat paſta quam ſiccabis ad ignem lentum, & calcinabis in tigillo per quatuor horas, deinde ſoluas aqua communi ſtillatia vel communi roris maii hunc clarifica, & filtra quod ſolui non poteſt calci-

a in tigillo forti, igne fortiſſimo per diem & noctem, & imbibe iterum cum aqua prædicta rubificata & fac puram quam deſicca & calcina deinde in tigillo forti per duas aut tres horas & ſolue iterum in ſpiritu roris & clarifica & ſolue, & quod diſſolui non ex croco calcina ad rubedinem & iterum in paſta cum aqua ſuperiori rubefacta & calcina vt prius & ſolue, donec totus crocus martis ſoluatur in aquam rubicundiſſimam huic adde mercurium ſepties ſublimatum coque ſimul donec figatur in oleum rubeum, hoc proiice ſuper lunam, pondus vnum ſupra pondera lunæ fuſæ 30. & conuertatur luna in verum aurum ſi huic oleo addatur auri ad parem quantitatem & figantur ſimul per menſem in matratio forti potentius & fortius tranſmutat.

ARCANVM 78.

Ad aquam faciendam.

Cinabrii mercurii ſublimati, ex vitriolo & ſale petra per tres aut quatuor vices renouato ſemper vitriolo & ſale petra, hunc mercurium ſic præparatum ex cinabrio pone in ſubſtruēti quantitate ſalis tartari albiſſimi & puaiſſimi & per retortæ diſtillationem in corpus currens & viuum hoc eſt exſucita mercurium ſublimatum hunc mercurium panno traiectum permiſce æquali in quantitate mercurii communis & vulgaris & miſe ſimul & pone in retorta & digere in balneo per octo dies, deinde diſtilla in cineres per retortam exibit aqua magna in quantitate & quod remanet in fundo eſt, ſal album quod ſoluetur in humido, hunc rectifica per diſtillationem in retorta ſuluendo ſemper quod remanet in fundo, quod aſcendere non poteſt & coniunge cum priori aqua prius diſtillata & rectifica ſepties & erit optima aqua ad paranda arcana infinita & potiſſimum ſequentia.

ARCANVM 79

Ad cuprum in Lunam tingendam.

Vnæ calcinatæ cum mercurio ſale & ſulphure ℥iij. diſſoluatur hæc Luna ſufficienti quantitate aquæ mercurij ſu-erius præparati hanc diſſolutionem fōs lore tepido , deinde diſtilletur aqua ercurij & cohobetur ſuper id quod rema-et in fundo & toties id repete, donec ni-il aſcendat, & erit oleum Lunæ quod onuertit cuprum in veram Lunam & adit vnum pondus ſupra cuprum fuſum crucibulo, ad pondera 50.

ARCANVM 80.

Ad aquam mercurij alio modo faciendam.

AVri calcinati mercurio ſalę & ſul-phure ℥iij. diſſoluantur in aqua mer-uriali ſuperius præparata diſtilla ſolu-ationem cohoba multoties iterando aquã ercurialem ſuper aurum donec aurum onuertatur in oleum fixum vel ſalem fu-bilem tranſactis omnibus coloribus, do-ec terminetur in ſalem rubeum fuſibilem t cera & fixum huiuſce ſalis fixi pondus num mutat Lunæ pondera centum in

verum aurum ſi huius olei multiplicat quantitate aquæ mercurialis diſtilletu omnes & volatile fiat deinde figatur co ctione continua & perenni in matrati forti, & optime obturato multiplicatu eius virtus & in infinitum quaſi proten ditur.

ARCANVM 81.

Ad aquam mercurij alio modo faciendam

SVmatur mercurius communis & vulgaris optime lotus & per corim traie ctus & includatur matratio forti longiſſi mi colli, & ſigilletur matratium ſigill hermetis, & ponatur ita ſigillatum matratium cum mercurio in calore putredinali glaſti Gallice paſtel vbi putreſcit glaſtum in officinis & præparatur ad tinctu ram pannorum vbi accenditur magnu calor qui perducat quatuor aut quinqu menſes, ibi ponendum eſt matratium ſe pultum in glaſto putrenti & calido, vſque ad medietatem colli, matratij & inibi i tali calore reliquendum per tres aut quatuor menſes & in tali tempore inueni tuum mercurium toum mercurium con uerſum in aquam, quam rectificabis ſep ties donec clariſſima fit & limpida,

mutas emittat feces in diſtillatione, cum hac aqua perſicere poteris cum metallis perfectis in ea ſolutis & coagulatis & in ſalem fuſibilem fixum conuerſis, multa ſecreta & elixiria ad tingendam Lunam in aurum vel cuprum in Lunam, & conuertenda alia metalla imperfecta vt Iouem & Saturnum in verum ſolem, & Lunam, in calore etiam putrenti vindemiæ poſſe fieri exiſtimo hanc aquam mercurij quæ rectificata eſt eiuſdem efficaciæ ac virtutis.

ARCANVM. 82.

Ex *lapide albo plumbi, ad elixir.*

LApides albi qui reperitur in fodinis plumbi & ♃ ipſum ex parte ſeptemrionali ipſius fodinæ, quia pars illa magis humida eſt recipe ergo ipſum lapidem & recenti ex fodina extractum & contunde in fruſtra parua, cum paruis etiam fruſtris ipſius fodinæ plumbi & repone omnia in retorta forti luto mutata, & diſtilla per duos dies in igne fortiſſimo donec candeſcat retorta ſit recipiens amplum & ſpiritu roris maij ad tertiam partem plenum vt recipiat ſpiritus inde egredientur. Poſtquam ſpiritus omn s egreſſi ſunt & remanſit retorta per duoe res candens & igneata, aufer ab igne, &

rumpe retortam poſtquam refrigerata eſt, & vnde cum materia ſit rubei coloris ſit ſit enim albi coloris magis adhuc eſt per calcinanda per ſex aut octo horas in tigillo in fortiſſimo igne deinde deueniendum eſt ad aquã, quam diſtillare oportet lentiſſimo calore, donec ſpiritus acidi aſcendũt qui ſunt recipiendi nudato vaſe, & ſpiritus roris qui primo aſcendit eſt conſeruãdus, in aqua autem acida, eſt diſſoluenda tunc materia ſic calcinata, cui ſuperimponendus eſt ſpiritus acidus magna in quantitate, & in vaſe vitreo clauſo, permittenda eſt vt bulliat per horam deinde eſt hęc aqua filtranda & clarificanda & nouus ſpiritus acidus ſuper materiam inſolutam reponendus, & iterum ebullire permittas in vaſe clauſo per horam filtra & clarifica, & ſolutiones omnes diſtilla ad ſiccitatem diſſoluatur iterum hæc materia effuſa omne quod aſcenderit ex diſtillatione filtra & clarifica & diſtilla, idque toties donec ſalem albiſſimum & puluerem habeas: & ſi mãteria ſuperſit inſolubilis iterum eſt calcinanda & ſoluenda donec tota materia ſoluatur & in ſalem conuertatur, qu quidem toties eſt ſoluendus cum ſpiritu acido ſuo, donec ſal aſcendat & volatili fiat, qui quidem eſt adhuc toties diſſoluendum cum ſpiritu ſuo acido, done tranſeat per diſtillationem multoties re

petitam in aquam, quæ erit ſepties ad minus rectificanda, tunc tempori ſummam penetrandi virtutem acquirit & diſſoluendi omnia mettalla, huic aquæ deinde fic præparatæ metalla perfecta, aurum puta vel argentum diſſoluenda ſunt vnum pōdus ſupra decem pondera aquæ prædictæ, & coquenda eſt hæc diſſolutio metallorū perfectorum in matratijs optime clauſis, vel ſigillo hermetis ſigillatis quod melius eſt, per nouem menſes aut per annum donec conuertatur hæc aqua cum metallo perfecto in ea ſoluto, in ſalem fuſibilem & fixum rubeum ſi aurum in ea ſolutum vel albiſſimum ſi ſit Luna in ea diſſoluta, & tunc temporis iſtud arcanum mirum eſt & ſtupendum eſt enim verum elixir Arabicum metalla omnia impura cōuertens, in aurum vel argentum, & quo puluis ſoluitur poſt congelationem in noua & recenti aqua ſuperius præparata, iuniores acquirit tranſmutandi virtutes ita ad infinitam virtutem & efficaciam deuenire queat.

ARCANVM 83.

Ex margaritis ad elixir præparandum.

MArgaritarum auri vel argenti quantum vis reducantur in puluere m& permiſceantur cum ſulphure viuo tantundem comburantur ſimul in tigillo forti fortiſſimo in igne, donec ſulphure flāma traſierit & euanuerit omnino addatur iterum nouum ſulphur, vnum non tantum quantum prius & calcina vt prius donec omnis flamma ſulphuris euanuerit deinde crudeſcat tigillum per quatuor aut ſex horas, refrigerato tigillo, teratur materia, optime, & in retorta optime lutata reponatur addiſtillandum igne forti exeū ſpiritus ſulphurei acidi, qui recipiendi ſunt in vaſe aqua roris ſemipleno, poſtquam egreſſi ſunt omnes ſpiritus, recipiatur retorta & rumpatur vt materia intus recluſa habeatur, conteratur & per noctem exponatur aeri frigido, cras mane includatur retortæ lute munitæ diſtilletur iterum fortiſſimo igne in eodem recipienti vt prius & exibunt ſpiritus adhuc ſulphuris, hic ſepties repete, exponendo aeri frigido per noctem & diſtillando donec aqua in recipiens depoſita, acida ſit, hanc diſtilla per retortam leuiſſim

gne ne bulliat, donec ſpiritus acidi aſcē-
ant mutatur temporis recipiens, & no-
uum repone, vt recipias ſpiritus acidos,
quod rectificabis ſepties diſtillando, vt
purificentur, in his ſpiritibus acidis ſic di-
ſtillabis materiam tuam in fundo retortæ
relictam poſt diſtillationes primas, ſolue
in matratio optime clauſo leuiſſimo calo-
ris fotu, & filtra ſolutionem & nouum
ſpiritum acidum ſuper materiam inſo-
lutam repone, clarifica ſolutionem fil-
trando, donec maiorem partem habeas
ſolutæ tuæ materiæ ex margaritis præ-
paratæ, ſolutiones diſtilla ad ſiccitatem &
materiam ſiccam pone, cum aqua quæ
aſcendit ex eadem materia & clarifica ſo-
lutionem per filtrum, hoc toties repete
donec ſalem habeas puriſſimum nullas
fœces in ſolutione relinquentem huius ſa-
lis recipe, quantum eſt & ſolue cum no-
uo ſpiritu acido ſuo ex omni flegmate a-
quoſo vindicato, fons ſolutionem cum
calore leui, diſtilla ad ſiccitatem repone
acetum & quod prius ſtillat, inſipidi gu-
ſti & ſaporis reijce aut cuſtodi cum aqua
diſtillata inſipida, & id toties repete do-
nec ſal tuum aſcendat volatile cum ſpiri-
tu acido tuo, & toties ſolue in aceto,
ſeparando ſemper flegma, ſuum quod
prius aſcendit, donec ſal conuertatur in
acetum & aſcendat cum ſpiritum aceto-

ſum hunc rectifica ſepties diſtillando & à flegmate ſuo ſeparando, tunc temporis in eo aceto, diſſoluenda ſunt metalla perfecta vnum pondus ſupra decem pondera aquæ diuinæ, noſtræ ſuperius præparatæ, & conquendum eſt id omne, matratio incluſum, & ſigillatim ſigillo Phiſolophorum ne reſpiret, donec figetur in ſalem fixum fuſibilem vt cera, primo quater eſt diſſoluendum cum noua aqua acetoſa noſtra & coagulandum & ſixandum tunc habes elixir potentiſſimum ad metalla omnia imperfecta, tranſmutanda in ſolem vel Lunam ſi Sol vel Luna in aqua noſtra fuerint ſoluta, & congelata per coctionem continuam & perennem.

Hic ſpiritus mineræ autem & metallicus poteſt ex marcaſitis & mineralibus omnibus educi quia in omnibus eſt, dat enim eſſe formale & eſſentiale mineralibus omnibus, ſed ex vitis facilius educitur quam ex alijs modus tamen eliciendi, verus hic arte Chymica tibi fideliſſime traditus, modo calleas autem calcinandi diſtillandi, & ſoluendi, & ſimilium recuperationum Chymicarum quæ omnino tibi neceſſariæ ſunt vt vindicetur hic ſpiritus ab omni elementorum amurca, & fœculenta ſpurcitia. deinde nulla alia opus habes operatione, quam coctione ſola.

ARCANVM 32.

Ad margaritas faciendas magnas ex minutis & paruis.

MArgaritas minutiſſimas & paruulas, ſed claras & candidas, quantum vis eaſque diſſolue in ſpiritu acido noſtro, vel in aqua mercurij duodecies aut plus diſtillata donec dulciſſima ſit & clariſſima ſit, in ea aqua diſſolue tuas margaritas in vaſe vitreo optime clauſo in breuiſſimo calore poſt quam diſſolutæ ſunt omnes margaritæ clarifica diſſolutionem per filtrum, in filtro papiri bibulæ, clarificatam tuam diſſolutionem diſtilla leniſſimo balnei calore, & cum diſtillare noluerit redde materiæ in fundo reſtant, quod ſtillatum eſt vt iterum diſſoluatur & clarificetur materia, poſtquam deinde ſoluetur ſine fecibus vllis ſed clariſſima manebit materia in fundo alembici reſtillans lucens & fulgens tamquam margarita præclara, tunc habe modulos ex argento factos deauratos eius magnitudinis & figuræ cuius volueris eſſe margaritas, & cum ſpatula argentea accipe materiã tuã ſic præparatã & reple tuos ex vtraque parte modulos, ſint partes moduli perforatæ tenuiſſimo foramine, & hinc traiice filum deaura-

tum vt margaritæ remaneant perforatæ, deinde obtura modulos & firma, & ſic occluſi moduli ex materia margaritarum vtrimque repleti maneant & ſtent per duos aut tres dies in loco calido. deinde tolle margaritas tuas ex modulis & pone in calido vitreo, alio vitreo catino cooperto, vel ſuſpende per filum quo traiiciantur in fiala vitrea, & obturata fiala, filis collo fialæ allagatis, ſtent per quindecim dies in tali fiala in loco moderate calido, vt optime indurentur, poſtquam induratæ fuerint margaritæ, recipe mercurii tui ſeu acidi liquoris, quo margaritas diſſoluiſti & in primam materiam reduxiſti & habeat ille liquor aliquid margaritarum in ſe diſſolutarum & per diſtillationem multoties repetitam ſit ſal margaritarum volatile factũ & aqua factum. recipe huius aqua ſal volatili margaritarum imprime, parum & pone in fundo fialæ cuius fundum ſit rotundum, & margaritæ ſiccæ deſcendant per collum fialæ filo alligæ, deſcendant vſque ad medietatem ventris neque tamen tangant aquam tuam in fundo fialæ ſtantem, occludatur fiala & in loco tepide calido, ſtet & decoquatur per menſem aut donec margaritæ tuæ in calore ſplendeant & tibi placeant tunc cuſtodi quia perfectæ ſunt.

Sic & eodem penitus modo purare po-

teris rubinos magnos & prælucentes ex paruis & minutis rubinis, quod tamen aliomodo, & perfectior, penitus via perfici poteſt, ex oleo rubeo fixo auri ſi proiiciatur in criſtallum fuſam deinde ex ea criſtallo parari poſſunt rubini, ſeu carbunculi lapidea arte.

ARCANVM. 85.

Ad vitrum mutabile faciendum.

OLei lunæ ℥xx. permiſceatur oleo mercurii vel aquę illis ſepties rectificatæ lib. 1, diſtillentur ſimul & toties repetatur diſtillatio donec oleum lunę vna cum aquæ mercurii ſurſum aſcendat per diſtillationem hanc aquam toties diſtilla donec figatur & iterum in oleum fixum conuertatur idque repetatur quater, in quarta vice oleum lunæ cum oleo mercurii fixum factum mutabile vatrum reddit, quia tanta eſt viſcoſitas in oleo vt frangibilitatem vitrei impediat, mutabile reddat, quia multiplicatur humor radicalis vitri ab humore radicali metallorum qui copioſus eſt & turgens in oleo lunæ & mercurii, & ſi in in hoc oleo volatile facto diſſoluantur adamantes & coquatur diſſolutio in oleum fixum, vitrum omne tranſmutatur in adamantes eo ipſo oleo proiiectione hu-

ius olei in vitrum clarum & fuſum, & alii lapides pretioſi incluantur in tali oleo dum eſt volatile factum, & deinde coquatur & figatur coctione perenni, determinatur hoc oleum ad lapides pretioſos faciendos ex vitro ſecundum ſpecies lapidis pretioſi in eo oleo ſoluti & cum eo cocti in oleum fixum nam ſicut metalla determinantur eo ipſo oleo ſic & lapides pretioſi vt teſtatur Raymundus Lullius multis in locis vt videbitur ſequenti arcano.

ARCANVM. 86.

Ad carbunculos faciendos ex cryſtallo.

OLei auri ℥iij. olei mercurij ſuperius vitali lib. II. diſſoluatur oleum auri in aqua iſta mercurij ſeu oleo, & diſtilletur toties excitando aquam mercurii ſuper oleum auri, donec oleum auri aſcendat clarum & rubicundiſſimum, in hoc oleo claro & limpido diſſolue rubinos optimos claros & limpidos, & diſſolutionem clarifica, diſtilla toties donec aſcendat omne, & clarificetur & luceat & ſplendeſcat hoc oleum in medijs mortis ipſius tenebris, nam ſplendor & candor carbunculorum conſiſtit, in radijs ſuis ſplendentibus, hanc aquam coque & fixa perpetua coctione & perenni in matratio optime

clauſo ſigillo hermetico, per annum donec perfectiſſime figatur, huius olei fixi rubei & radicantis proijce ſuper criſtallum fuſam in crucibulo, dico pondere, nam ſi nimio pondere cryſtallum exſuperet, cryſtallus ipſa conuertetur in medicidam ſed grana duo aut tria aut guttulæ tres proiiciendæ ſuper libram vnam cryſtalli fuſi & tranſmutabitur in carbunculum optimum & lucentem quam trades lapidario adornandum.

Hoc oleum carbunculorum prodeſt ſanitati prodeſt ſanitati conſeruandæ & æqualis eſt virtutis & proprietatis in oleo auri ad ſanitatem conſeruandam, & vitam prorrogandam vltra terminos vitæ humanæ.

ARCANVM 87.

Ad arbores omnes fructibus ter in anno decorandas.

FRuctus cuius genus ter in auro vis decorare arborem & contrude, & exprime prælio ſuccum eius repone ſuccum vt ſeruentur in vaſe ligneo optime clauſo addito pauco ſale in cellaria, poſtquam tepuerit ille ſuccus diſtilla lentiſſimo calore vt habeatur eius ſpiritus rectifica ſpiritum & ſepara à flemmate ſuo cu-

ſtodi flemma ſuum omne donec opus habeas rectificatum ſepties ſpiritum cuſtodi in vaſe vitreo optime clauſo ne reſpiret deinde diſtilla flēma tum rectificando ſepties aut pluries donec nullas emittat feces in diſtillatione in fundo alembici, ſed clarum aſcendat feces omnes huius ne fructum & in nouis fructibus additis comburantur aperto igne in olla terrea forti vt ſuſtineat ignem, & conburantur fructus huius magna quantitas vt habeatur cinis in ſufficienti quantitate pone cinerem optime ad candorem calcinatum cum ſole materiam rectificatam diſſolue bulliendo in vaſe vitreo optime obturato, poſtquam ebullierit, clarifica ebullitionem per filtrum traiiciendo, vt clareſcat ſolutio cineres iterum calcinentur in tigillo forti & addantur recens flemma ſepties rectificatum & iterum bulliant ſimul & clarificetur filtro ſolutio, deinde diſtillentur omnes ſolutiones leui diſtillationes ad ſiccitatem calcinetur ſal in fundo remanens leui igne fundatur, hoc ſal iterum ſoluatur in flemmate diſtillato & purifiretur filtro & diſtilletur & hoc toties repete donec ſal candidiſſimum habeas hunc deinde ſalem diſſolue ſpiritu ſuo ſuperius reſeruato, & diſtilla ſimul cohobando multoties donec ſal ſuperius aſcendat cum ſpiritu, quod

ſi aſcendere voluerit habeas in promptu fructum eiuſdem ſpeciei cuius eſt ſpiritus & ſal tuus contunde fructum & cum flemmate ſuo ſuperius reſeruato miſce cum pauco ſpiritu ſuo, & miſce ſimul & permiſce vt in vaſe vitreo clauſo in ſole aceſcat & conuertatur flemma in acetum, acetum diſtilla multoties cum aceto ipſo ſolue ſalem tuum fixum & in ſalem fuſibilem reiteratis diſtillationibus conuertes, & deinde cum ſpiritu volatilem facies, & ex volatili in aqvam conuertes, cui adde medietatem ſalis ſui fluxi, & coques iterum in fixum ſalem & conuertes in volatilem modo & via priori, & in aquam, & hunc aquam addita medictate ſalis ſui fluxi, cōuertes iterum coquendo in vaſe clauſo, in ſalem fixum, & hoc quater aut ſepties facies, fluxum ſolues ſolutum volatile facies & volatile fluxum, & ſic obtinebis arcanum prædictum cuius virtus & proprietas eſt, decorandi ter in anno arborem eiuſdem ſpeciei fructibus ſuis ſequenti methodo recipe ſalis huius fluxi ℥ i. diſſoluatur in aquæ communis vel roris Maij lib. x. & hac aqua irroretur arbor, eiuſdem ſpeciei, & decorabitur foliis fulgentibus ſingulis tribus aut quatuor menſibus & dū fructus maturi ſunt, ſtatim ſunt colligendi, & ſtatim irritanda eſt arbor ſin-

gulis diebus ex parua quantitate illius : aquæ cui diluta eſt dragma vna ſalis illius fixi , & deinde irroranda eſt alia aqua cõmuni nec eſt obliuiſcendus labor & cultus arbori neceſſarius & ſtercoratio hinc colligere poſſumus ſalem fueri poſſe volatilem & fluxũ ex fermento, quem ſi ſoluas in ſpiritu roris Maij, & ea aqua ſale illo impregnata madefiat frumentũ & ſoluatur multoties multiplicabitur eius ſemen & copioſora frumenta fierẽt ſpicæ & grana , & multiplicatur annona frumenti , & ſic fieri poteſt de alijs fructibus cuiuſcumque ſint ſpeciei , & multiplicari poſſunt fructus eorum in copia maxima & prægrandi.

ARCANVM

ARCANVM 88.

Ad fixandum mercurium. Cum ſale Iouis.

SAlis Iouis pari puli , ab omnibus fecibus vindicati ℥vij, mercurij ſublimati ſepties ℥iij. miſce ſimul & incorpora , & pone ad ſublimandum in maaratio forti ſublima iterum ſuper feces quæ reliquntur in fundo matratij & pondera an ſint maioris ponderis quam in principio ſi ſint enim maioris ponderis optimum eſt & incipit fixari aliquid mercurij cum ſale Iouis , continuetur ſublimatio mercurij ſuper feces triturando & permiſcendo mercurium cum ipſis & in nouo matratio ſublimando , donec tandem figatur omnis mercurius ſublimatus tuus & remaneat in fundo , quod in quinquageſima aut circiter fit tarde enim figitur mercurius ſed tandem figitur & metallicum dat fuſionē teſtante gebro. Et veritate, poſtquam habueris hunc fixum mercurium adde illi mercurium nouum ſepties ſublimatum & paucum adde nempe ʒij. aut ℥ij. & permiſce ſimul,& ſublima & cito tertia aut quarta ſublimatione figitur & conuertitur in mercurium fixum & fuſibile id repete quater aut ſepties addecido fixo tuo mer-

curio nouum mercurium ſublimatum ſepties donec habueris mercurium fixum & fluens vt cera, magna in quantitate, hunc proijce ſuper cuprum fuſum pondus vnũ ſupra pondera cupri fuſi 100. & conuertetur cuprum in veram Lunam, quod ſic in Lunam proijceris in crucibulo fuſam conuertetur Luna in medicinam eandem virtutis & proprietatis.

ARCANVM 89.

Ad fixandum in oleum fixum & rubeam vt ex eo metalla impura fiant aurum.

OLei martis puriſſimi ℥iiij. olei auri ʒiiij. miſce ſimul & his adde mercurij ſublimati ſepties ℥iij. miſce & ſublima in matratio forti quod ſublimatur ex mercurio reduc ſuper feces donec tandem figatur perfectiſſime adde nouum mercuriũ ſepties ſublimatum ʒij. & miſce ſimul triturando, & ſublima donec figatur, hoc repete ſepties, donec id quod manet in fundo matratij liquetur vt cera & congeletur in frigido huius materiæ ♃ pondus vnum & proijce ſuper mercurij crudi in crucibulo calefacti pondera 100. conuertetur mercurius in verum aurum & ſi proijcias ſuper Saturnum Iouem & venerem

conuertentur hæc omnia in verum aurum mercurius ſi figatur & tingatur auri tinctura fixa , conuertit omnia metalla in primum aurum, eſtque mercurius ita præparatus verum aurum apertum & tingens & figens reliqua ,metalla imperfecta in ſui ſubſtantiam quæ cum perfecta ſit & communicabilis,communicat ſuam perfectionem impuris metallis quod figat & perfecte coquat ſubſtantiam coctam & incoctam imperfectorum metallorum.

ARCANVM 90

Ad fixandum in oleum album & fixum vt hinc reliqua metalla fiant argentum.

OLei Lunæ & Iouis an. ℥iij. his adde mercurij ſepties ſublimati ℥iij. ſublima ſimul reduc ſublimatur ſuper feces donec figatur omne in fundo matratij, adde adhuc nouum mercurium ſepties ſublimatum & ſublima vt prius donec figatur omne in fundo matratij & vt citius figatur paucum eſt addendum argentum viuum ſublimatum ſingulis in vicibus & id toties repete , donec habeas oleum album fixum & fluens vt cera , huius olei proijce ſuper quæcumque metalla imperfecta , pondus vnum ſupra pondera 100,

metalli imperfecti & impuri, & omnia conuertentur in argentum optimum, ſi huius olei ſi ſoluatur aqua mercurij & volatile reddatur & iterum figatur coctione perenni in matratio clauſo & ſigillato hermetis ſigillo erit elixir album ſuper omnia metalla imperfecta, & tranſmutabit metallorum imperfectorum pondera mille vnum ſolum pondus & qui callent artem non ibunt inficies contra hæc arcana, poſtulant tamen doctum ingenioſum & ex pertum artificem.

ARCANVM 91.

Ex nitro vi hinc fiat tinctura rubea.

NItri optimi reduc in puluerem, & calcina cum carbonibus ignitis in olla ferrea, calcinationem ſolue in ſpiritu roris maij ſolutionem filtra & diſtilla ad ſiccitatem, hanc calcina iterum leui igne nefundatur materia ſoluatur iterum & filtra & diſtilla ad ſiccitatem & calcina, & hoc toties repete, cum nouo & ſpiritu recenti roris maij donec oleum fixum nitri vt cera fluens habeas. quod repetitis ſolutionibus diſtillationibus & ſiccationibus eſt volatile faciendum. huius volatilis ſalis maxima quantitas eſt conuertenda cum ſpiritu roris, putrefacienda in matratio

clauſo in fimo equino per menſem deinde diſtillanda materia donec omnia in ſpiritum roris conuertantur , & ſiant pura volatilis quæ quidem eſt à flegmate eſt ſeparanda in balneo mariæ lentiſſimo calore, & quod remanet in fundo vaſis nec aſcendere poteſt per balnei calorem transferendum eſt ad cineres & diſtillandum ſepties per cineres vt habeas mercurium mundi vniuerſalem clarum & mundum & ſubtiliſſimum cuius ope & beneficio fieri poſſunt mira in arte Chymica & potiſſimum hæc arcana ſequentia.

ARCANVM 92.

Ad elixir album faciendum.

LVnam foliatam aut calcinatam quãtum vis diſſoluatur hæc Luna in ſufficienti quantitate huius mercurij & liquoris vniuerſalis ſuperius præparati , ſolutionem facies per octo dies in fimo equino, deinde diſtilletur ad ad ſiccitatem , cohoba id quod ſtillat ſuper id quod remanet putrefaciendo per octo dies ſingulis in ſolutionibus, id toties repetendo donec ſolutio Lunæ aſcendat per diſtillationem vna cum ſpiritu qui Lunam ſoluerit hanc aquam ſepties diſtilla in nouis retortis , huic aquæ ſeu ſpiritui adde Lunæ

optimæ copellatæ quantum ſolui poterit in aqua ſeu prædicto ſpiritu ſolutionem claram & limpidum in matratio obturato oblongi colli repone & coque in athanore donec figatur in oleum fixum albiſſimum cuius pondus vnum mutat in verum argentum pondera 1000. reliquorum omnium metallotum, imo tranſmutat mercurium crudum in verum argentum ſiue . guttula vna iniecta in mercurium crudum quod ſi adhuc volatile redderetur hoc oleũ Lunæ ſic præparatum & iterum volatile factũ cõmutaretur vt prius in oleum fixum, tranſmutaret omnia metalla in verum argentum ſine vllo igne, guttula vna adhibita, ſuper metalla ipſa, penetraret enim ad centrum vſque hæc guttula & tingeret, & tranſmutaret omnia imperfecta metalla qnibus imponeretur, in verum argentum. Quod ad ſeptimam vicem in aquam iterum verteretur & figeretur ſimiliter in infinitum tranſmutaret, metalla omnia imperfecta in argentum & ſi ſuper argentum proijceretur mutaret argentum in medicinam eiuſdem virtutis & proprietatis & ſic multiplicaretur medicina in infinitum nec eſſet opus eam perficere de nouo.

ARCANVM 93.

Ad elixir rubeum faciendum vt ex eo reliqua omnia metalla fiant aurum.

AVri optimi per antimonium purgati ſepties & tenuiſſime limati ℥xviij. diſſoluatur in noſtro ſpiritu ſuperius præparato, & fons diſſolutionem in retorta balneo mariæ per octo dies deinde diſtilla per cineres ad ſiccitatem reduc cohobando ſuper ad quod remanet retortæ, & id toties repete addito nouo ſpiritu ſolutiuo ſi opus, eſt donec aurum aſcendat cum ſpiritu in aquam rubeam, vel albam huic aquæ ſepties diſtillatæ diſſolue nouum aurum quantum ſolui poteſt, & coque diſſolutionem tuam in matratio optime clauſo, aut ſigillato ſigillo hermetis ne reſpiret donec figatur in oleum fixum & rubicundiſſimum cuius virtus eſt ſtupenda in ſanitate conſeruanda, guttula vna aſſumpta ſingulis in hepdomadis in ſpiritu viui proragat vitam humanam vltera terminos communes vitæ humanæ tranſmutat omnio metalla in verum aurum, & in aurum proiecta, conuertit aurum in medicinam eiuſdem virtutis, & in cryſtallum proiecta mutat ipſam in rubinos & carbunculos adiacētes & optimos, & reddit vitrum mal-

leabile & rubeum ſplendentes & radiantis ſplendoris, & arborium omnium omnium fructus multiplicat, ſi ſoluatur guttula vna in aqua communi, & ea irroretur arborum, & omnia animalia viuum diutius & fortiora reddantur & fœcundiora, & ita tota natura renouatur hac ſola medicina, quæ ſuperat alias omnes medicinas.

ARCANVM 94.

Ad ſpiritum roris Maij præparandum ad ſuperiora præparanda arcana.

COlligatur ros Maij per lintea albiſſima & puriſſima ſuper prata extenſa, per expreſſionem linteorum & colligatur maxima in quantitate, deinde filtretur per cartã bibulã & ponatur in matratio magno & capaciſſimo optime obturato & putrefiat per quadraginta dies in fimo equino, deinde ſuperpoſito alembico, diſtilletur in balneo mariæ vſquæ ad quartam partem quarta pars remanens in fundo proijciatur nec enim valet accipiatur illud quod ſtillatum eſt ex balneo & ponatur in eodem matratio & obturetur quam optime, & putrefiat per quadraginta dies in fimo equino, & deinde diſtilletur in balneo ſuperpoſito alembico vt prius donec quarta pars remaneat in fundo matratij, proiicia-

tur hæc quarta pars quia nihil valet,& reponatur quod diſtillatum eſt in eodem matratio, & putrefiat iterum, per quindem dies in eodem matratio optime obtumato ne reſpiret in fimo equino, & deinde diſtilletur in balneo vt prius ad quartam partem, & hoc quater repete donec habeas ſpirtum roris clariſſimum & nitidiſſimum, & ſummopere penetrantem cuiuis benificæ & opere vitrum præparabis calcinatum & volatilem faciem & in aquam conuertes vt habetur arcano ſuperiori 61. cuius ope, ſalia calcinata & fixa volatilia efficiuntur & in aquam meram volatilem ſeu in ſpiritum volatilem conuertuntur cuius deinde ope, & auxilia ſalia metallorum volatilia eficiuntur & in aquam ſeu ſpiritum volatilem conuertun- cuius ope & auxilio ſi artem calleas metalla omnia conuertentur in materiam primam & ex illa materia pura & puta ab omnibus excrementis vindicata fit elixir miræ virtutis & proprietatis ad metalla inuicem tranſmutanda.

ARCANVM 95.

De *arcenici fixatione.*

ARcanum ſublimatũ bene optime, & cum oleo tartari miſce &impaſta cũ aqua ſalis armoniaci vt ſi paſta mollis,quã pone in matratio optime clauſo , & digere temperatiſſimo calore per 24. horas & extrahe: deinde tere ſuper marmor & irrora iterum cum aqua ſalis armoniaci & oleo tartari & digere iterum in matratio optime clauſo & hoc rumpe quater & tandem bene tritura ſuper marmor & claude in matratio , & ſolue in fimo equino calido & cogela in cineribus, & ſolue in fimo , & amalgama idque quinquies & inuenies arcenicum fixum & fluens vt cera , & tingit veneris partes 20. quod ſi hoc oleum ſpiritu roris ſoluatur & clarificetur & coniungatur cum æquali quantitate olei lunæ , & mercurij & coagulentur ſimul tinget potentius vna pars radit ſuper 100. partes veneris fuſæ & tinget in optimum argentum.

ARCANVM 96.

De auro in materiam primam reſoluendo.

ABſque remuneratione nullum Medicinæ arcanum haberi poteſt vnde ſi ex auro communi & vulgari aliquid habere cupiamus regenerandum eſt iſtud aurum, & vt regeneretur, in ſua principia eſt reducendum, & præſertim in vitale ſuum ſulphur totius naturæ balſamum eſt reducendum quod quidem ſulphur vocatur aurum ſic aurum compedibus liberatum ſuas vires exerere poteſt & actiones ac proprietates quæ in ipſo latent oſtendere valet ergo ſoluendum eſt aurum cum auro & iſtud aurum eſt ſulphur naturæ internum, quod cum in omnibus lateat ex ſulphur cummuni & vulgari toties educemus quam ex rebus aliis cum ſulphur contineat ſulphur iſtud in centro ſuo, quã aliquid aliud, maiori in quantitate recipe ergo ſulphur commune & vulgare quantum volueris ſoluatur in aqua forti communi, & pone ad circulandum in matratio optime clauſo donec aqua fortis dulcis ſit & inſipida, quam per diſtillationem extrahes & nouam & recentem aquã fortem impones, & digerendo in cineribus calidis & circulando, ad dulcendinem

perduces vt prius hanc iterum per diſtillationem extrahes & nouum iterum hanc impones & circulabis vt prius donec non amplius dulceſcat aqua fortis ſed acris & fortius aſcendat per diſtillationem, tunc temporis diſtilla omnes aquam fortem & digere & coque materiam in fundo reſtantem donec candeſcat & albeſcat, & continuato calore, & rubeſcat, & hæc materia ſoluenda eſt cum ſpiritu viui rectificato, & toties ſoluenda eſt & coagulanda per diſtillationem cum nouo & recenti ſpiritu donec tinctura rubicundiſſima aſcendat cum ſpiritu hæc tinctura ſeparanda eſt ab ſpiritu viui balneo mariæ per diſtillationem, & in cineribus tranſlatæ vaſe diſtillanda eſt tinctura, & ſepties rectificanda, & in ipſa tinctura, quæ eſt aurum materiæ & ſulphur verum, ſoluendum eſt aurum in tenuiſſimo calore & aurum ſolutum circulandum eſt, & toties diſtillandũ donec aſcendat aurum ſolutum, cum ſulphure materiæ & deinde in eo ipſo, aurum nouum commune optimum & ſoluotum diſſoluendum, eſt & ſimul in vaſe vitreo optime clauſo digerendum & coquendum donec figantur omnia in oleum rubicundiſſimum & fixum & ſuauiſſimi odoris cuius virtutes, pro ſanitate conſeruanda, & prorroganda vita ſunt ſtupendę, & pro tranſmutatione metallica non eſt pars in

tota alchymia, tranſmutat eũ partes 1000. cuiuſcumque metalli impuri & imperfecti vna pone ſola proiecta ſuper illa metalla impura & imperfecta.

ARCANVM. 97.

Ad ſpiritum mercurij faciendum.

MErcurij ſublimati libj. argillæ optimæ libiij. reducantur omnia in puluerem & cum ſpiritu roris malaxentur ſimul & fiant ex argilla & mercurio ſublimato ſimul permixtis pillulæ paruæ, quas ſiccare permixtis in mero, exſiccatis habeas optimam retortam luto munitam & in hac retorta repone tuas pillulas ex argilla & mercurio ſublimato factam diſtilla has per retortam igne ad hibitio per partes, per viginti quatuor horas, ſi quid ſublimetur in collo retortæ permiſcendũ eſt iterum cum noua argilla & irrorandũ cum eo liquor qui ſtillabit, & iterum diſtillandum per retortam donec nihil ſublimetur ex mercurij ſed omne tranſeat in ſpiritum ſucandum, qui rectificandus eſt ſepties ad minus, & eo ſpiritu mira fiunt in tranſmutatione metallica & ideo inter ſecreta & arcana repoſui.

ARCANVM. 97.

Ad ſpiritum calcis faciendum omnia ſoluentem.

CAlcis viuæ quantum vis ab ea ſepara viui ſpiritum decies aut quindecies renouando ſpiritum & nouum affundendo calci in fundo relictæ huius calcis accipe partes tres argillæ partes octo ſalis tartari optime purgati, partem vnam in retortam immite luto munitam, & fortiſſime igne diſtilla per gradus donec omnes ſpiritus tranſierint rectifica hunc ſpiritum omnia metalla diſſoluentem quo opus habes ad mira facienda in arte trãſmutatoria in quo ſi diſſoluas cryſtallos & ſolutionẽ claram facies parabis inde cryſtalli ſalem arcanum verum calculi ſoluendi tum in renibus tum in veſicca, doſis eius eſt ʒſ. in aqua petroſeliui & eſt arcanum & remedium podagræ tutum & certum.

ARCANVM 99.

Vt ex Ioue ſine ſtanno fiat argentum.

EXtingue ipſum Iouem fuſum in aqua calcis teſtaminum ouorum & perdit ſtridorem & fuſionis facilitatem, hunc accipe & amalgama cum pari quantitate mercurij optime loti, & laua amalgama cum aqua communi & ſale decrepitato, & poſtquam clara eſt materia diſtilla fortiſſimo igne per retortam vt ſeparetur mercurius à Ioue, mercurium tuum laua, & mundifica & per corim traijce, & iterum amalgama cum ſtanno & laua vt prius amalgama, vt candeſcat ſale communi, & aqua communi & iterum diſtilla per retortum fortiſſimo igne vt ſeparetur mercurius hunc laua & mundifica & iterum amalgama cum ſtanno, ſepara per retortam & hoc duodecies faciendo, lauando ſemper amalgama, & ſeparando mercurium ab ea, vltimo adde Lunæ mediam partem & traijce ſtannum per copellam inuenies maximam quantitatem Lunæ optimæ, quod fit ex lotione & diſtillatione nam mercurius ſic perficitur, & à ſulphure ſuo in Lunam conuertitur. Quod ſi Luna optima addatur in principio id fiet citius & potentius quia Luna indurat Iouem.

ARCANVM 100.

Ad elixir parandum album vt omnia metalla conuertantur in argentum.

SVblimatum ſepties mercurium diſſolue in aqua forti communi diſſolutionē digere in balneo mariæ per decem dies, his actis diſtilla materiam in balneo materiam deſiccatam ſublima : huius materiæ partem diſſolue in loco frigido & humido perſe hanc diſſolutionem digere in balneo per 10. dies, deinde diſtilla, diſtillatam ter ſerua, in fiala optime clauſa ne reſpiret; partem alteram mercurij tui ſublimati toties ſublima, per retortas donec figatur in fundo, huius fixæ partis cōiunge æqualem partem, cum ſpiriru mercurij tui ſuperius præparati & diſtillati quod coniunge in balneo in vaſe ſigillato per 15. dies donec putreſcat & albeſcat, hanc materiam albam per cineres ſublima in ſulphur mrteriæ hoc ſulphur diſſolue in duabus partibus ſui ſpiritus ſuperius reſeruati hanc diſſolutionem in balneo digere, per decem dies deinde diſtilla lente vt abſtrahatur ſpiritus, quod in fundo remanet eſt oleum ſulphuris naturæ, quod fermentandum eſt cum oleo Lunæ pari in pondere & coquendum eſt donec figatur

in

n matratio optime clauſo , & albeſcat ,
ılbedine perfecta, quodque eſt proijcien-
lum eſt ſuper argentum in crucibulo fu-
ũm & fit argentum frangibile vt vitrum,
ıuius vitri vna pars tingit cupri pondera
ooo. in veram lunam.

Oleũ lunę ad hoc arcanũ perficiendũ ſic
it ♃. Lunæ optime ℥iiij. diſſolue in aqua
orti , diſſolutionem digere per menſem in
ɔalneo , digeſtam materiam diſtilla , per
ɔalneum aut lento calore,materiæ in fun-
lo reſtanti liquidæ ſuper adde ſpiritus vi-
ıi rectificata tantumdem vt emineat, qua-
uor digeſtis hanc materiam digere in bal-
ıeo per decem dies digeſtam materiam di-
tilla , & abſtrahe ſpiritum viui , & mate-
iam in fundo reſtantem digere in balneo
ɔer 150. dies donec putreſcat ; & albeſcat ,
ıanc materiam albam ſublima ſublima-
um diſſolue in ſpiritu viui alcoliſato &
ligere in balneo per decem dies deinde
ıbſtrate ſpiritum viui & quod in fundo
emanet eſt oleum lunæ , & fermentum
apidis albi,quod ſi filtretur,& diſſoluatur
um ſpiritu mercurij fiet tandẽ lapis verus
& admodũ purus miræ virtutis vt ſuperius
actus eſt. Sic de auro faciendum eſt, ad
lixir rubeum ad omnia metalla in aurum
onuertenda.

ARCANVM 101.

Vt ex marte fiat tinctura rubea ad aurum.

SOluendum eſt ferrum in aqua noſtra ſolutiua ſolutionem digere, in balneo mariæ per decem 10. dies abſtrahe aquam fortem leui calore, materiam in fundo reſtantem diſſolue aceto ſtillatitio, digere diſſolutionem per 10. dies abtrahe per diſtillationem acetum, diſſolue iterum in nouo & recenti aceto, & digere diſſolutionem in balneo per 10. dies, digeſtam materiam diſtilla materiæ in fundo reſtanti, affunde ſpiritum viui ad ſex digitos digere materiam in balneo mariæ per 10. dies abſtrahatur per diſtillationem ſpiritus viui, & tinctura rubea martos in fundo remanens diſtillanda eſt vt aſcendat per alembicum hunc rectifica ter aut quater vt puriſſima ſit, & rutilan ſex terra autem ſua extrahe ſalem quem purifica ſolutionibus multis & calcinationibus, purificatum ſalem coniunge cum æquali pondere ſuæ tincturæ, ſiue olei rubei rectificati & coque donec figatur in rubinum, qui fermentandus eſt auri oleo ſuperius multis in locis citato & tota materia fixata proijcienda eſt, vna pars ſupra tres partes auri fuſi, & hæc materia ſupra 1000. partes lu-

æ, vel cuiuſcumque alterius metalli & ɔtum erit optimum aurum, quod ſi aduc hæc materia diſſoluatur cum tinctura artis volatili & iterum figatur ſoluatur erum & figatur eius virtus & efficacia anſmutandi metalla imperfecta in auım multiplicabitur fere in infinitum & oijci poterit vna pars ſupra 100000. partẽ etalli imperfecti & erit omne aurum & ſupra aurum cum factum proiiciatur mecina, aurum iſtud totum conuertetur medicinam perfectã & abſolutam eiuſem virtutis ac prima.

ARCANVM 102.

e elixire & medicina ex ioue ad album.

. MErcurij ex ioue extracti lib. ℔. diſſoluatur in aqua forti comuni ſolutionem ſolue in balneo per deım dies deinde diſtilla ad ſiccitatem, & ɔſtracta aqua forti per diſtillationem ſol: iterum quod in fundo reperitur noua ua forti, & recenti hanc diſſolutionem ns in balneo per decem dies, abſtrahe einde aquam fortem per diſſolutionem l ſiccitatem & hoc ter repete, repetita lutione cum cineribus aquę fortę, deinde blima materiam forti igne, in matraɔ forti, & lutato per ſex horas & miſce

ſublimatum hoc cum nouo & recenti mercurio ex ioue extracto & perfecte loto, & ſimul incorporentur & amalgamentur, lauetur perfecte amalgama, & filtretur oleo mundo, ita vt non appareat mercurius currere ex ioue, ſed fiat puluis cineribus ex ambobus mercurijs, hunc pulueren ſublima per ſex horas & huic materiæ adde amalgama lunæ & mercurij iouis, & ſublima ſimul donec omnia fixa remaneant in fundo vaſis, & fluant vt cera quod fiet nouo addito mercurio ſublimato ex ioue extracto, & in aqua forti ſoluto, & deinde ſublimato, fiet inde medicina fluens vt cera & fixa, qua proiecta ſuper iouem Saturnum mercurium & venerem conuertet hæc omnia metalla in purum argentum vna pars ſupra 100. cuiuſcumque metalli & imperfecti, & proijciatur hæc medicina ſupra lunam optimum conuertetur luna in medicinam eiuſdem virtutis & proprietatis, ac prima.

ARCANVM 103.

De tinctura minori ad album.

Salis communis in rore maiali ſoluti,& ſæpius coagulati donec fundatur & liqueſcat in igne vt cera, quod vt citius euomat in ſingulis deſiccationibus eſt liquandũ & fundendum in crucibulo ſimul & proijciendum in aquam roris Maij & diſſoluatur & filtretur & hoc toties eſt iterandum donec ſal fuſum vt cera. ℞. huius ʒxix. ſalis albiſſimi & puriſſimi ex calore putamium ouorum extracti ʒxix. mercurij ſublimati & dulcificati & ſepties ſublimati ʒxx. ſalis vitrioli albiſſimi ʒxviij. miſce ſimul & ſublima in forti matratio lutato,fortiſſimo igne quater aut ſepties repetendo, materiæ huic coniunge arcenicum ſublimatum & fixum ʒxviij. lunæ calcinatio, ʒxix. ſalis armoniaci ſublimati & fixi ʒxviij. miſce omnia ſimul, & ſublima, repetendo ſublimationem ſuper feces donec omnia fiant fixa & nihil aſcendat & deinde ſolue hæc omnia in loco, humido, & frigido, ſolutionem filtra & clarifica coagula ſolutionem & iterum ſolue in ſpiritu roris Maij donec conuertantur omnia in oleum fixum huius

olei guttula vna, proiecta ſupra centum pondera cupri in crucibulo fuſi, tranmutat in veram lunam: hi ſales ſic præparati & fuſibiles facti recipiunt tincturam ſummam ab arcenico à mercurio ſublimato & luna quæ omnia ſoluuntur cum his ſalibus & arte chymica præparata conuertuntur in oleum fixum album quod valde tingit, & tingendo fixat, cum habeat in ſe ipſo fixitatem & conſtantiam in igne permanentem.

ARCANVM 104.

De lapide phyſico ex rore.

♃ MAgnam quantitatem roris Maij, aut aprilis, diſtilla lentiſſimo calore, donec in fundo alembicorum remaneat magis ſpiſſum oportet autem habere magnatis illius in aquam quantitatem & ex illo magnate fortiſſimo igne per relictum eliciendi ſunt ſpiritus acidi et acris qui ſepties eeunt rectificandi erunt & cuſtodiendi donec his opus habeas, ex magnate illo fortiſſimo igne in crucibulo forti calcinato per tres horas extrahe ſalẽ vtiliſſimum cum ſuo phlemmate roris, prius diſtillato, per ebullitionem magnatis in flegmate, filtra flegma & clarifica, & diſtilla in alembico, in cuius fundo reperie-

tur ſal clariſſimum & candidum hunc calcina in crucibulo per ignem fortem tribus aut quatuor horis, hunc ſalem ſolue in ſpiritu, roris ſuperius præparato ſolutionem filtra & diſtilla lentiſſimo calore, & quod manet in fundo ſolue & filtra, donec nullas emittat feces in lotione, & remaneat in fundo alembici diſtillatorij in forma olei albiſſimi, hunc fortiſſimo igne ſublima in materiæ ſulphur, hoc ſulphur diſſolue in ſpiritu acido ſuperius præparato & ſeruato hanc ſolutionem purifica & per diſtillationem deſicca & iterum ſolue & deſicca per diſtillationem & tandiu hoc repete, donec, ſulphur iſtud materiæ ſoluatur in aquam volatilem & aſcendat per alembicum cum ſpiritu acido, & fiat ſpiritus acidus veriſſimum chymicorum acetũ, accerrimum omnia ſoluens ℞. huius aceti acerrimi ℥xxviii. auri optimi ℥xvii. diſſoluatur aurum in hoc aceto acerrimo, & foueatur diſſolutio per menſem in matratio optime clauſo, & deinde ſuperpoſito alembico diſtilletur quod ſtillari poterit cohobando ſemper id quod aſcendit ſuper id quod remanet in fundo, & toties hoc repete, donec omnia in oleum rubeum fixũ conuertantur in fundo matratij ſeu vaſis diſtillatorij ſeparatis inde flegmatibus ſeu guttulis aquæ inſipidæ quæ primo aſcendunt ex diſtillatione à ceti noſtri & repo-

nendo tantum id quod acetoſum eſt ſuper materiam remanentem, donec totum figatur in oleum fixum rubeum cuius pondus vnum conuertit cuiuſcumque metalli imperfecti pondera 1000. verum aurum & ſi proijciatur ſuper aurum optime purificatum, æquali in quantitate conuertitur aurum totum in medicinam eiuſdem virtutis & proprietatis & ſi ſoluatur hæc medicina cum nouo & recenti ſpiritu acetoſo & coquatur iterum in matratio optime clauſo donec omnia figantur in oleum rubeum fixum multiplicatur medicina in quantitate & cum virtute.

ARCANVM 195.

Ad mercurium fixandum.

MErcurij dulcificati & multoties ſublimati ℥viij. ſalis petræ ab omni ſal communi depurato & vindicato, tantundem miſce & ſublima in matratio forti, & igne fortiſſimo, deinde ſublima ſine fecibus quæ relinquntur in fundo & tandiu ſublima, donec figatur in fundo, & ſic habebis mercurium fundentem figentem & tingentem cuius vna pars ſupra centum partes cupri fuſi, & ſi hoc oleum fixum mercurij coniungatur Lunæ oleo fixo tingit potentius & multiplicentur

eius virtutes , & ſi hoc oleum fixum diſſoluatur in aceto noſtro fortiſſimo ſuperius declarato arcano 104. conuertetur in aquam ſpiritualem omnia penetrantem & reſoluentem ex qua fient arcana ſtupenda cum auro & Luna & lapidibus prætioſis, tum ad ſanitatem, tum ad vitrum mutabile faciendum & in lapides prettoſos cõmutandum.

ARCANVM 106.

Ad mercurium in Lunam congelandum.

AVripigmenti libſ. mercurij ſublimati tantundem miſce ſimul in achool, & inde retortæ , & diſtilla ex arte in cineribus gummoſum liquorem hunc liquorem rectifica ſepties deinde recipe mercurij ℥ iiij. optime loti,& amalgamentur ℥ j. Lunæ optime limatæ aut ſolutæ . lauetur amalgama , cum ſale & aceto ſtillatitio, donec candeſcat amalgama , imbue deinde hoc amalgama liquore præcedenti , & digere per quatuor dies forti igne in matratio clauſo , cum luto ſapientiæ & da ignem fortiorem per horas 11. & vltimo fundo & liqua in crucibulo , & erit Luna optima , & ſi addas aliquid calcis Iouis optime calcinati, & optime loti erit melius & maiorem Lunæ quantitatem infu-

ſione inuenies.

ARCANVM. 107

Ad mercurium antimonij extrahendum.

FLores antimonij per ſe in vaſe terreo extractos quantum vis his adde ſalis tartari purificati tantundem & tartari crudi in puluerem tenuiſſimum redacti etiam tantundem calcis viuo adde etiam tantundem & ſalis armoniaci , his omnibus adde ſpiritum vini optimi , & digere ſimul per menſem in matratio optime clauſo in fimo equino calido vel balneo , deinde diſtilla & diſtillalatur in recipienre in ſane diſtillationis mercurius currens antimonij.

ARCANVM. 108.

Ad conuertendum plumbum in mercurium.

SAlis boracis optimi ℥iij. ſalis plumbi ℥iij. olei tartari ℥iij limaturæ plũbi ℥iiij. ſalis armoniaci ℥iij. ſpiritus vini optimi ℥vj. miſce in matratio vitreo, & digere in balneo per menſem & tandem diſtilla & ſtillabit mercurius currens ex plumbo, qui figetur facili via in Lunam cum oleo Lunæ & in aurum cum oleo auri, ex ſuperioribus arcanis tu lector collige modos & normas.

ARCANVM 109.

De tinctura ſolis ad Lunam.

MIneræ auri recentis libj. incide in fonſtula aut in puluerem groſſum & impone retortæ luto munitæ diſtilla forti admodum calore, & quod ſtillat reſerua in recipienti optime clauſo, quod remanet retortæ, dum adhuc calet expone aeri frigido noctis per noctem cras mane impone tetortæ & diſtilla, vt prius in eodem recipiente, & quod ſtillat conſerua vt prius in eodem recipiente & quod re-

manet in fundo retortæ dum adhuc calet expone iterum vt prius aeri faigido noctis per noctem totum & cras mane, ſtilla & pone vt hoc toties fac, donec aquæ magnam habeas quantitatẽ & copiam deinde diſſolue mineram tuam quæ in fundo retortæ remanet & ſolue eam per aquam fortem, & clarifica diſtilationem & foue per balneum mariæ ſpatio menſis integri deinde diſtilla & exſicca, & cohoba ſuper feces aquam ex ea ſtilla, donec omnino dulceſcat tunc temporis diſſolue materiam in fundo reſtantem, cum aqua ſuperius reſeruata cum recipientem optime clauſo ex diſtillatione ex mineræ frigido aeris expoſitæ. ſolue hanc materiam clarifica & filtra ſolutionem & diſtilla & putrefac prius in balneo mariæ per menſem, diſtilla & ſicca, & iterum diſtilla. donec materia aſcendat per alembicum in ſalem mirabilem, hunc ſalem ſolue, & diſtilla & toties ſolue & diſtilla donec conuertatur in aquam acidam, quam rectifica, & ab omni flegmate inſipido ſepara & vindica huic deinde aceto, fortiſſimo rectificato, aurum calcinatum cum ſale & mercurio, & optime totum ſolue, & ſolutionem clarifica. & coque abſtrahendo flegma ſi quod ſit, donec figatur materia per coctionem perennem in verum oleum rubeum & fixum quod vt reliqua olea ru bea

ſuperiora poteſt multiplicari, & extendi eius virtus & efficacia, vnum pondus cadet ſuper pondera 1000. cuiuscumque metalli & in aurum conuertet puriſſimum optimum cui non datur ex materia par.

ARCANVM. 110.

De tinctura Lunæ ad alia metalla.

MInerae argenti groſſiter contoſæ libij. mercurij ſepties ſublimati libſ. miſce ſimul & per menſem in balneo mariæ putrefac deinde diſtilla recipiente optime iuncto cum collo retortæ, quod ſtillat cuſtodi optime, in recipiente optime clauſo materiam in fundo reſtantem dum adhuc calet aeri frigido noctis expone per noctem rupta retorta & ſublimatum quod in collo eſt, ſi quod ſit, iterum tunde & tritura & permiſce materiæ, & cras mane diſtilla vt prius & conſerua liquorem qui inde egreditur in recipiente optime clauſo, & dum adhuc calet materia expone aeri frigido per noctem vt prius & ſublimatum ſi quod ſit permiſce cum reliqua materia, & iterum diſtilla in noua retorta & hoc toties repete, donec magnam habeas aquæ acetoſæ quantitatem hunc rectiſica, & ſepara à flegmate deinde partem Lunæ materiæ in fundo reſtan-

tis ſolue in ſufficienti quantitate aquæ fortis, non eſt autem tota materia ſoluenda quia eſt nimia quantitas, ſed ſoluendæ ſunt ℥ iiij. ſolutionem fons in balneo per menſem diſtilla & exſicca idque toties repete donec in oleum conuertatur tua materia ſoluta, hoc oleum ſolue, cum aqua acida ſuperius reſeruata, ſolutionem hāc & ſiccationem per diſtillationem toties repete donec oleum aſcendat vna cum aqua acida, & fiat totum aqua acida, huic aquæ acidæ ſepties rectificatæ Lunam ſolue & repetitis ſolutionibus, & deſiccationibus hoc continua donec omnia conuertantur in oleum Lunæ fixum & clariſſimum quod conuertit omnia metalla imperfecta in veram Lunam & multiplicatur eius virtus ſi iterum ſoluatur cum aqua acida ſuperius reſeruata, & rectificata, & iterum vt artis eſt coquatur in verum oleũ Lunę fixum cadit vnum pondus ſuper 10000. pondera metalli cuiuſcumque imperfecti, & ſuper Lunam ſi indicat, conuertit ipſam in medicinam eiuſdem virtutis & proprietatis.

ARCAMVM III.

Ad oleum rubeum ex vitriolo habendum morborum omnium arcanum.

℞ SAlis vitrioli calcinationibus multis & ſolutionibus iteratis ad rubedinē ſummam conducti libj. hanc ſolue in libris iij. ſpiritus vini optime rectificati ſolutionem foue in balneo mariæ per menſem, diſtilla in retorta forti ſimul igne, recohoba ſpiritum ſuper ſalem rubeum & toties rectifica, illum ſpiritum viui ſuper ſalem donec aſcendat oleum rubeum vna cum ſpiritu aut tingatur ſpiritus viui tinctura rubea vitrioli ſalis ſpiritum hunc tinctum per balneo mariæ calorem lentum diſtilla, & tinctura rubea manebit in fundo ſpiritum autem vini denudatum tinctura ſua repone ſuper ſalem vitrioli vt iterum tingatur, & id toties repetendum donec omne ſal vitrioli in tinctum volatilem abierit, hæc tinctura ab ſpiritu vini ſeparata eſt rectificanda, ter aut quater per retortam in cineribus, huic deinde tincturæ acerum calcinatum erit ſoluendum & ſic fugabitur hæc tinctura auro in ea ſoluta & conuertentur ambo in oleum quod ſi arte volatile ſoluas, & deinde fixum habebis inde medicinam

ſummam omnium morborum curatricem & lepram metallorum omnium depurantem granum vnum ſufficit pro conſeruatione vitæ humanæ ad longeuos annos & pro curatione cuiuſcumque morbi & granum etiam vnum ſufficit ad conuertendam libram vnam Lunæ in veriſſimum aurum aut Mercurij aut Iouis aut Saturni.

ARCANVM 112.

Ad tincturam rubeam arcenici extrahendã.

ARcenici cryſtallini libſ. contunde in puluerem tenuiſſimum & diſſolue in aqua forti communi ſepties diſtillata & rectificata, hanc diſſolutionem filtra purifica, & purificatam ſolutionem foue in balneo per quindecim dies deinde diſtilla ad ſiccitatem, diſſolue iterum cum ipſa eadem aqua, quæ diſtillata eſt & reduc ſuper feces, & diſſolue & clarifica per filtrum vt prius diſtilla iterum & reduc ſuper feces, & ſolue iterum & clarifica donec nullas emittat feces, ſed ſoluatur in rubeum colorem relicto ſale albo in fundo ſepara hunc ſalem pro tinctura alba ad albam & ricipe tantum diſſolutionem omnem huic adde auri optimi quartam partem tincturæ arcenicali omni, & ſit aurum

rum prius diſſolutum in aqua ſua regali, coniunge diſſolutionem & foue eas per menſem in balneo mariæ deinde diſtilla ad ſiccitatem, & iterum coniunge aquam quæ hinc ſtillat cum fecibus & diſſolue & clarifica diſſolutionem cum filtro, & iterum diſtilla ad ſiccitatem & iterum ſolue vt prius & hoc toties repete ſoluendo diſtillando & clarificando donec nullas in ſolutione emittat feces ſed conuertatur materia in oleum rubicundiſſimum hoc circula in matratio oblongi colli obturati donec oleum ſit fixum nec vllo pacto aſcendat huius olei recipe ſj. & proijce ſuper Lunæ optimæ in crucibulo fuſæ libj. & conuertetur in aurum optimum.

Concluſio huius Libri vltimi.

AMICE Lector multa hoc in libro appoſui arcana Chymica vt videas fertilitatem artis ad aurum & argentum habendum modo notitiam habeas humidi radicalis metallici & ſuis depurare, & à fecibus ſuis & impuritatibus vindicare, nam tranſmutatio metallica conſiſtit ſolum in humido illo metallico puro & fixo, ſeu tantum patiens & conſtans in operationibus Chymicis nam longum tẽpus exoptant vt ad finem laudatam, & de-

ſideratam conducantur, ars enim longa eſt, & artificem patientem doctum & expertum ac conſtantem expoſtulat fructus enim Chymię non cito ad maturita, tem conducuntur ſed longo cum tempore, & coctione perenni & continua, ideo patientiam conſtantem habere oportet, naturam enim imitatur Alchymia quæ longo tempore coquit metalla & perficit & ſolos fructus vegetabiles perficit per annum incorruptibiles autem ſunt minerales & metallici fructus, ideo longiſſimo tempore egent ad maturitatem & perfectionem ſuam humidum enim metallicum cum ſicco ſuo, radicali perfecte & abſolute vinci inuicem nequeunt niſi longiſſimo tempore & coctione longa; perfectio enim metallorum conſiſtit in depuratione ſumma metallici humidi & ſicci & in abſoluta vnione eorum adeo vt nunquam ab inuicem igne fortiſſimo nequeant ſeparari. Quocirca amice Lector quantum temporis impenditur in depuratione humidi illius metallici, & ſicci, & in eorum decoctione perenni in præcedentibus arcanis quæ ſolo humido & ſicco metallico conſtant ab omnibus excrementis & fœculentis elementaris depurato, & perfecte cocto vt inuicem vniantur& coniungantur. de veritate autem illorum ego quidem non dubito quamuis

non expertus ſum quia , ex principijs artis & naturæ conſtant natura ſiquidem minime fallax , modum ſequaris & principijs hiſdem vt ad non nulla ſiquidem eorum arcanorum vera eſſe expertus ſum quocirca & alia veriſſima eſſe ſuſpicor, cum hiſdem principijs naturę & artis conſtent , & ea quidem amice Lector vera eſſe experieris modo exacte & ad vnguem ſequeris quod ſcriptum eſt & patientiam habeas in coctione ; & vnione ſeu fixatione, eorum arcanorum quod ſi tempus à me præſcriptum non ſufficit conſumme longius tempus , donec peragatur arcanũ quia coctio longa & depuratio etſi ſit longiſſima nunquam deperit imo perfuit.

Vale & me ama , & pro me ora

INDEX RERVM QVAE IN OPERE CONtinentur.

ACTIONES vnde dependeant. 203.
Albugo quid ſit. 565.
Allumatio quid ſit. 567.
Actiones ſenſitiuæ vnde ſint. 208.
Aer non eſt elementum. 277. 298.
Aer non eſt de compoſitione ſpiritus. 210.
Amor & odium vnde. 103.
Alchymiæ curdo. 273.
Alimentum duplex ſuperius & inferius. 177.
Anima humana non ſubijcitur aſtris. 177.
Anima humana nihil habet naturæ primæ. 177.
Anima qua via ſub ijciatur aſtris. 180.
Anima humana omnino libera eſt. 183.
Anima humana fruſtra tentaretur. 186.
Angeli & Dæmones quod poſſunt in animam humanam .187
Angelus bonus cuſtos quid ſuadeat. 235.
Angelus bonus & malus homini datur. 112.
Alchymia eſt donum Dei. 88.
Actiones omnes animalium ab ſpiritu 90
Angeli & Dæmones ſunt ſpiritus docti. 216
Anima humana cur in ignotos circũferatur ore 213
Anima humana habet ſcientiam naturalem. 216
Angelus quid ſit. 217.
Anima humana quid ſit. 144.
Anima humana rationalis vnde. 163
Anima humana ad prophetiam euchi non poteſt. 226
Anima humana cur gaudeat corpori vniri. 239
Anima humana eſt forma hominis. 175
Anima humana quo medio agat. 174

Animæ humanæ paſſiones inter ſe diſtinctę. 200
Animam humanam ignorabit galenus & hypocrates. 146
Animæ humanæ vera definitio. 148
Anima humana non ſequitur formas aliarum formarum 158
Ani morborum cura. 677
Antimonij cinabrum. 7·7
Angina quid ſit & cura. 188
Argentum viuum qua via fiat. 438
Argenti viui philoſophorum & vulgaris differentia. 439.
Argentum vt fiat. 441
Arcanum minerale quibus conſtet. 444
Arbores vt fructificent. 893.
Arcenici tinctura rubea. 928.
Arcanum prorogandæ vitæ. 32.
Arthritis quid ſit. 710
Aquæ in vinum tranſmutatio. 829
Aſtra diſponi calidum innatum ad agendum. 195
Atrophia quid eſt eius cura. 634
Apoplexia vt fit. 499
Apoplexiæ curatio. 401
Apoplexiæ natura incognita galeno. 498
Auri fodina perpetua. 858. 869
Auri tintura ſuper lunam. 819.
Aurum potabile ad vitam. 851
Auri in primam materiam reductio. 907
Athei vnde mortem animę humanæ colligant. 150
Aurum vt fiat. 808
Aurum philoſophorum ſal & ſulphur. 423
Auri elixir tingens. 813
Auri oleum. 802. 846
Aurum vt multiplicetur. 803

B

Balnea ſudorifica paraliſi proſunt. 522
Balbuties quid. 536
Balbutiei curatio. 531
Balbutiei curandæ arcanum. 538
Bilis quid ſit. 336
Bonum ſolum amatur. 210
Boni & mali propenſio vnde. 193

Bulimos quid ſit & cura eius. 628

C

Calculi in vrina vnde. 389
Calculi vt fiant in corpore. 378
Calculus fellis vnde & eius cura. 643
Caligo oculorum vnde. 564
Cabala vera ſapientia. 19
Cognitio naturæ quid expetat. 19
Calcinatio alchymiæ per neceſſaria. 22
Calcinatio fit ſpiritus ſoluente. 22
Calcinationi tria neceſſaria. 23
Calcinatio rerum omnium. 23
Calcinacio mineralium. 777
Conſeruatio à calido innato. 20
Calcinationis charácther. 35
Congelatio & coagulatio aquæ proprietas innata. 30
Cardialgia quid & eius cura. 614
Calcis ſpiritus. 909
Cachexia quid ſit. 6349
Carus coma & catalepſis. 514
Cari comatis & catalepſis cura. 516
Conuulſio canina quid ſit. 524
Conuulſionis caninę curatio. 529
Corpus humanum varijs operibus aptum. 293
Corporis partes variæ ad quid deſtinatæ. 293
Corpori humano nihil ſuperfluum. 294
Corpus humanum quid ſit. 288
Corporis humani pręſtantia. 290
Corpus humanum ſole clarius erit in reſurrectione. 290
Corpus humanum non componitur ex quatuor humoribus. 325
& vnde factum ſit. 150
Cholera morbus quid ſit. 624
Capitis vertigo vnde & cura eius 484. 481
Condyloma in ano vt fiat. 676
Cupri dealbatio. 815
Cupri arcanum 816
Cuprum vt fiat. 436
Cupri tinctura in Lunam. 856

D

Deo ſoli eſt cognitio futurorum 220

Deus cur amet homines. 234
Deus cur permittat tentationes 235
Deum laudare homines & Angelorum. 164
Diana quid ſit. 83
Diſtillatio cur inuenta. 80.
Diſtillatio quid ſit. 87
Diſtillationis cura 87
Dolor capitis non ex intemperie. 461
Doloris capitis curatio. 466
Dolor inueteratus vnde 469. eius cura 470.
Dolor dentium quid ſit. 474
Doloris dentium curatio. 480
Dolor aurium vnde, & eius cura. 480

E

Ex&aſis quid ſit. 375
Elementa tendunt ad fixationem. 112
Epilepſia quid. 539
Elixir album. 901
Elix rubeum. 903
Epilepſiæ vera cura. 543. 810.

F

Flatus & ructus in ventriculo vnde. 623
Febribus vnde delirium. 491
Febris naturam ignorant ſcholæ. 744
Febris quid ſit. 744
Febrium differentiæ vnde. 746
Febris continua vt fiat. 748.
Febris quotidiana. 750
Febris tertiana quid & cura eius. 760. 761
Febris quartana vnde. 765
Febris quartanæ cura. 774
Febres caſtrenſes quæ ſint. 775
In febrium curatione ſalis proprietas. 777
Febris hertica vbi reſideat. 780
Febrium malignarum cura 778
Febris hecticæ cura. 782
Fellis laus & nobilitas 384
Fellis calculi vnde. 384
Ferrum vt fiat. 434

Ferrum vt fiat 434
Ferrum in cuprum mutatio. 435.
Ferri vtilitas maxima. 434
Fel non habent aſini & quare. 642

G

Gonorrhoea vteri ſimplex & virulenta 705
Galenici vt allucinati ſint. 328
Glaucoma quid & vnde. 558
Grauedo narium quid ſit & cura. 577

H

Hominum diferentiæ vnde ſunt. 201
Hernia quid & eius cura. 693
Hectica in iecore ventriculo & liene. 631
Hæmorragię cura. 578
Homo ad gloriam creatus. 292
Homines ſinguli, habent ſpiritum. 255
Humidi radicalis metallici ſubiectum. 54
Homo natus ad prelium. 237
Homo non coronatur ni vincat. 237
Homo quid ſit. 142
Hominis variæ definitiones. 142
Homo quid proprie ſit. 144
Honor & laus Deo debetur. 164
Homines alijs ſapientiores vnde 268
Hydrocephalus quid ſit. 504
Hydrocephali curatio. 506
Hydrops quid & vnde. 636
Hydropis ſpecies variæ. 637
Hydropis cura. 639.

I

Iecoris inflammatio quid 630
Iecoris hectica. 631
Infima non agunt in ſuperiora. 176
Impuritas & perfectio vnde ſint. 414
Inferiora non poſſunt conſeruari ſine ſuperiorum ope & auxilio. 273
Ignis qua ratione non eſt elementum. 296
Intelligendi acumen vnde. 204
Icterus quid & vnde. 648

Ingenij acumen. 259
Incubus quid ſit & vnde & cura. 546. 547
Immortalitas hominis vnde coligatur. 165
Iſcuria quid ſit. 689
Inteſtinorum morbi & quales & quid ſint. 661
Inteſtinorum dolor. 663
Inteſtinorum inflammatio. 665
Inteſtinorum fluxus. 667
Inteſtinorum vlcus. 670
Inteſtinorum lumbrici. 672. 673. 674.

L

Lac virginis quid & vt fiat. 814
lapis Philoſophorum quid & an ſit. 415
Lepra antiquis incognita. 732
Lepra quid ſit. 733
Lepræ curatio. 735
Luis venerea quid & qualis. 738
Luis venereæ curatio. 740
Lethargus quid ſit. 508
Letargos obliuio & delirium. 509. 510
Letargi curatio. 511
Limus obtenebrat corpus. 222
Lampades perennes vt fiant. 48
Lux eſt vita vera. 75
Lux cœleſtis eſt organum actionum in corpore humano. 172.
Luminis eſt cognoſcere. 224
Lumen naturale animæ humanæ diſtinguitur a genio. 230
Lumen brutorum non intellectuale.
Luna in aurum. 827
Limus terræ ex quibus compoſitus. 259
Lux naturalis eſt ardus animæ & corporis. 238
Lux in lucem habet ingreſſum. 170
Lucis eſt ſcire & cognoſcere. 150
Lucis diuinæ actiones quales. 160
Lucis mundanæ actiones quales. 160
Luci debetur hominis ſapientia. 160
Lunæ fixatio. 847
Lunæ tinctura ad venerem. 795
Luna potabilis ad morbos cerebri curandos. 853
Lunæ in aurum mutatio. 855

Lunæ argentum viuum. 858

Linguæ & gutturis morbi. 584. & cura 585

Lienis morbi vnde. 652

Lienis tumoris cura. 655

Lienis inflammatio. 657

M

Mania vnde. 378

Mors pediculorum vnde ſit. 380

Materia rerum prima vitæ plena. 361

Materia rerum prima arcanum vitæ prorrogandæ. 362

Materia rerum prima quid ſit. 84

Metallicus ſpiritus quid. 84

Meteria metallorum vnde vires habeat. 85

Maniæ cura. 551

Mania & melancholia vt differant. 549

Marchaſitæ oleum fixum. 833

Morborum linguæ cura. 585

Mercurij aqua. 826

Mercurij extractio ex antimonio. 812

Mercurij philoſophorum deſcriptio. 56

Mercurius animalium quid. 47

Morbi ſunt ab ſpiritu. 284

Metalla vt ſoluantur. 102

Melancholicus humor quid ſit. 340

Mercuri fixatio. 920

Mercurius in lunam. 921

Mercurius antimonij. 922

Mercurius plumbi. 923

Minerale ſemen qua via fiat lapis philoſophorum. 417

Mercurius quit ſit in ſemine minerale. 421

Mineralis ſeminis corpus quale. 422

Mercurius in aurum & lunam. 885

Mercurij aqua. 881

Margaritarum faciendi modus. 889

Malleabile vitrum vt faciendus. 891

Mors vnde & quare horrenda. 239

Meſenterij morbi quales. 659

Mercurij oleum fixum. 796

Mercurij coagulatio. 806
Mercurius ex auro 848
Mercurius huius in aurum fixatio. 849
Mercurij philoſophorum extrahendi modus. 61
Medicis chymia perneceſſaria.

N

Natura quid ſit. 264
Narium excrementa faciunt morbos. 575
Nihil eſt adeo impurum quin puri habeat partes. 395

O

Oleum vt coniungatur ſale fixo. 98
Oleum rubeum vitrioli ad morbos omnes curandos. 927
Oleum ſalis armoniaci. 799
Oculorum affectus. 562

P

Putrefactio vt fiat. 68
Putrefactio vt ſeparat purum. 73
Plumbum & ſtannum vt fiat. 430
Plumbum vt fiat ſtannum. 431
Pulmonum morbi & cura. 591
Prunella quid & cura. 589
Paralyſis vnde & quid 519
Paralyſis cura. 521
Palpitatio cordis. 607
Pleuritis quid & eius cura. 603
Parotis quid ſit & cura eius. 572
Perineupmonia quid. 593
Phrenitis quid. 490. 494
Phrenitidi cur albeſcunt vrinæ 494
Pituita quid ſit. 335
Peccatum omne lumen extinguit. 291
Peſtis quid ſit & cura eius. 711. 719
Peſtis ſpiritus fracidus. 720
Peſtis præſeruatio. 724
Peſtis cura. 727
Purum naturę quid. 397
Puri diuiſio in tria genera. 398
Purum animale quid. 399

Purum animale quid. 399
Purum vegetantium quit ſit. 401
Purum minerale vnde. 404
Purum naturæ longæ vitæ arcanum. 401

R

Rationes quærere in diuinis vanum eſt. 163
Renum officium. 387

S

Salamandra quid ſit. 121
Sal volatile augmentat fixum. 26
Saturnus Iupiter & mars in piſcibus pluuiam indicant. 229
Sapientia quare ſpectent omnes. 15
Sapientia quid agat & quid ſit. 16
Sapientia dicitur alchymia. 18
Sanguis quid ſit proprie. 330
Sanguis quo nomine inſignatur. 332
Seminis mineralis corpus. 429
Seminis mineralis diuiſio. 425
Semen hominis ex ſemine generali. 306
Senectus quid. 410
Sibilus aurium quid & cura. 573
Spaſmus quid ſit & cura. 530. 534
Soluens metallicum vnde. 106
Sudorificum iouis vt paretur. 742
Sulphuris tinctura. 822
Suffuſio occulorum quid. 560
Suffuſionis curatio. 561
Syncope quid & cura. 610
Stranguria quid & eius cura. 689
Spiritus eſt primus rerum motor. 83
Spiritus quid ſit. 44
Spiritus cur tam neceſſarius. 44
Soluere quid ſit. 39
Spiritus duplex fixus & influens. 275
Spiritus humanus quid. 244
Spiritus humani virtus. 247
Spiritus vt fortior fiat. 248
Spiritus naturę primę quid 235

Spiritus trinus & vnus. 266
Scroti morbi & cura eorum. 691
Spiritus humanus : ex hiſdem factus elementis ac corpus humanum. 253
Spiritus varia nomina. 253
Spiritus & elementum quid ſit. 312
Spiritus & aquæ differentia. 312
Spiritus metallicus cur dicatur lapis. 315
Sulphur philoſophorum. 316
Sulphur vt eſt elementum quid ſit 317
Sulphur eſt cauſa colorum. 320
Sal vt elementum quid ſit. 324
T
Temperamenta non conſtituunt differentias hominum. 201
Terra vt eſt elementum quid. 397
Terra eſt principium leuitatis. 308
Terra vbique eſt generationi apta. 310
V
Vapores ſunt theſauri diuini. 405
Vungula in oculo quid ſit. 567
Vita hominis eſt militia ſuper terram. 188
Ventriculi morbi & eorum cura. 614
Ventriculi tuber quid ſit & eius cura. 617
Vinum cur ebulliat. 48
Vini tartarum habet ſpiritus 49
Vomica quid ſit & eius cura. 597
Veſicæ morbi & eius partium. 680
Veſicæ ſymptomata. 688
Vegetantium calcinatio quid. 30
Vegetantium ſpiritus. 31
Vegetantium arcana vt multiplicentur. 79
Vita qua via producatur. 75
Vitriolum qua via fiat ſemen metallorum. 437
Vita quid ſit. 345
Vita triplex. 347
Vitæ diuerſitas vnde. 351
Vita longua vnde. 352
Vita quibus prolongatur. 357
Vitæ prolongandæ ſubiectum vt præparetur. 361

Vteri morbi quales & eorum cura. 696
Vteri ſchyrus quid & eius cura. 698
Vteri mola quid & eius cura. 699
Vteri hydrops quid & eius cura. 700
Vteri ſymptomata. 701
Vteri fluxus quid & eius cura. 705.

FINIS.

ERRATA.

p. 285. l. 11. l. corporis. p. 301. l. 20. l. filtrum. l. 27. vitreum. p. 341. l. 27. l. cauſticum. p. 342. l. 6. l. ſplenem p. 482. l. 22. l. nitri. p. 523. l. 30. & 31. l. ceræ. & mellis. p. 527. l. 6. adde. ℥. p. 563. l. 20. l. tutia. p. 596. l. 11. l. ß. p 620. l. 13. l. ß. p. 677. l. 11. l. ouorum. l. 27. l. boli Armeni. p. 694. l. 1. & 2. l. mane ieiuno.